REGESTA
PONTIFICUM ROMANORUM

AB CONDITA ECCLESIA

AD ANNUM POST CHRISTUM NATUM
MCXCVIII

EDIDIT
PHILIPPUS JAFFÉ

EDITIONEM SECUNDAM CORRECTAM ET AUCTAM
AUSPICIIS
GULIELMI WATTENBACH
PROFESSORIS BEROLINENSIS
CURAVERUNT
S. LOEWENFELD, F. KALTENBRUNNER, P. EWALD

TOMUS SECUNDUS
(AB A. MCXLIII AD A. MCXCVIII)

452093425

LIPSIAE
VEIT ET COMP.
1888

452093425-504

Part-1

452093425

504

Printed and bound in India for

SN Books World


Digitized by the Internet Archive
in 2026

https://archive.org/details/regestapontificu0000phil_d6n4

REGESTA

PONTIFICUM ROMANORUM

AB CONDITA ECCLESIA

AD ANNUM POST CHRISTUM NATUM

MCXCVIII

EDIDIT

PHILIPPUS JAFFÉ

EDITIONEM SECUNDAM CORRECTAM ET AUCTAM

AUSPICIIS

GULIELMI WATTENBACH

PROFESSORIS BEROLINENSIS

CURAVERUNT

S. LOEWENFELD, F. KALTENBRUNNER, P. EWALD

TOMUS SECUNDUS

(AB A. MCXLIII AD A. MCXCVIII)

452093425

LIPSIAE

VEIT ET COMP.

1888

Impreserunt Metzger & Wittig, Lipsiae.

PART-I

PRAEFATIO.

Non absque magno dolore alterum hunc Regestorum tomum in lucem proferimus, cum Paulum Ewald, qui haud exiguam operis partem perfecit, quominus de communi labore perfecto absolutoque laetaretur, acerbum et iniquum fatum prohibuerit. Sed eius memoriam quoad vivemus pio semper animo retinebimus, omnesque illos qui opera ab eo in paparum regestis impensa fruituri sunt, retenturos esse pro certo habemus.

Opus quod socius noster imperfectum reliquit, ipse perficiendum suscepi; cum vero perpaucae superessent schedae ad illud pertinentes, quatuor fere mensibus opus erat, ut quae in Regestis inde a Gregorio I. ad Iohannem VIII. (590—882) aut corrigenda aut supplenda erant, in unum colligerem, investigarem, typisque mandata purgarem. Neque tamen altior sollicitudo me deserit, ne scilicet rei exitus doctissimorum virorum exspectationi non omnino respondeat. Alio iam loco, benevole lector, veniam tuam imploravi iterumque imploro, si qua aut praetermissa aut male correcta vel addita a me esse animadverteris; neque enim in hac operis parte aeque sum versatus ac lugendus praedecessor meus.

Menda inesse in libro nostro nemo mirabitur, dum considerat, praeter magnam multitudinem notitiarum ad pontificum Romanorum electiones, consecrationes, obitus, ecclesias dedicatas, synodos pertinentium, eum plus quam 18000 regesta bullarum ac brevium continere. Haud raro enim accidit, ut librum quendam, quo ad absolvendam investigationem opus erat, frustra a bibliothecarum praefectis peteremus. Numquid exspectandum nobis erat, usque dum in scrinium suum rediret? Quisnam non intelligit, quantum ad tempus plane infinitum labor noster tunc protractus fuisset, cum a viris historiae studiosis operis finis iam diu desideraretur? Saepius praeterea occurrit, nos quaestiones quasdam de fide documentis concedenda vel abneganda non satis habuisse exploratas vel explorare non potuisse. Id quod ubique palam confessi sumus, minime verentes, ne praecipiti quorundam censura ob id vituperaremur. Est enim ars et scientia quaedam nesciendi.

Unicuique primam et secundam Regestorum editionem comparanti ut diversitatem temporum imprimis consideret suademus. Status etenim rei litterariae praesertim historicae anno circiter 1850 hic erat, ut Jaffeus ne decem quidem libros invenire posset, quibus aut fides epistolae aut tempus aut textus arte critica investigarentur; exempli gratia libros inscriptos „Jahrbücher des Deutschen Reichs unter dem Sächsischen Hause herausg. v. Leop. Ranke“, vel libros de Lothario III. et Conrado III. ab ipso Jaffeo compositas vel Lud. Aemil. Richteri libellum.

Econtra intra spatium dierum, qui exinde transierunt, quae multitudo librorum, qui numerus dissertationum academicarum, commentationum et notitiarum in variis variarum litterarum commentariis in lucem prodierunt! Quanta est novarum editionum copia! Sane plus semel desperare coepimus anxietate correpti, ne ingens harum rerum moles nos pene obrueret. Sed spes nos sustinuit et egregii viri GUILELMI WATTENBACH benevolentia, cuius auspiciis opus aggressi sumus et ad finem — utinam felix iudicetur — perduximus.

Aequissimus tomi primi iudex optavit ut altero tomo dissertationem adiungeremus similem illius, quam JAFFEUS suae editioni adiunxerat. Quae de variis annorum designandorum generibus in cancellaria pontificia usitatis dicenda erant, tam perfecte dixit illustrissimus ille Regestorum editor, ut verbotenus eius praefationem repetere non dubitaverimus. Sed rem diplomaticam minime tractavit nec tractandi eam hic videtur esse locus. Quae ad characteres bullarum interiores vel exteriores pertinent, ea et JAFFEUS et nos singula singulis locis annotanda esse duximus.

Multa sunt, quae dum opus nostrum typis mandabatur, in lucem prodierunt. Haec in fine voluminis aut in Addendis et Corrigendis aut in Supplemento reperiuntur; cur hoc ab illis seiungeremus, infra exposuimus pag. 687. Concordantiam quam praebemus numerorum hoc consilio instituimus, ut quo loco vetus quisque numerus in secunda editione inveniatur indicaremus. Ultimum, ut par est, libri locum obtinet index initiorum; de cuius indole ac usu anteposita praefatiuncula disseruimus, ad quam lectorem revocasse sufficiat.

Iucundissimum restat officium, ut doctissimis viris, qui magnopere saepiusque me in conficiendo hoc tomo adiuverunt, gratias quam maximas dicam. Ante omnes nominandus est LEOPOLDUS DELISLE, cuius liberalitas numquam nobis defuit; deinde vero comes HUGO BALZANI Romanus, EDMUNDUS BISHOP, qui nunc in monasterio S. Gregorii Bathoniensi moratur, HENR. BRESSLAU, A. CLERVAL Carnotensis, DELAVILLE LE ROULX Parisiensis, GILBERTUS DOLAN O. S. B. Bathoniensis, ERN. DÜMMLER, H. FINKE, FIDEL FITA Matritensis, PAULUS HINSCHIUS, O. HOLDER-EGGER, PAULUS LADEWIG, FELIX LIEBERMANN, ENGELBERTUS MÜHLBACHER, comes PAULUS RIANT, ULYXES ROBERT, REINH. RÖHRICHT, PAULUS SCHEFFER-BOICHORST, THEODORUS DE SICKEL, LUDOVICUS WEILAND, WILLELM. WISBAUM, et stud phil. BRÖCKING et KOEHNKE. Accedunt, qui singulis notitiis opus nostrum locupletarunt, PAULUS MARIA BAUMGARTEN, BASILIUS BOLOTOV Petropolitanus, BRETHOLZ instituti Austriaci sodalis, P. HENRICUS DENIFLE O. P., RICHARDUS DOEBNER, ARTHURUS GIRY Parisiensis, P. WILLIBALDUS HAUTHALER, KAR. KOEHNE, BRUNO KRUSCH, BERTH. LASCH, MARCUS MAURER, HENRICUS MEISSNER, GEROLDUS MEYER DE KNONAU, DE OTTENTHAL, ROSBACH Trevirensis, TANGL Vindobonensis, KAROLUS TANZI Mediolanensis, FRID. THANER, RUD. THOMMEN, WINKELMANN Heidelbergensis.

Maiorem vero quam exprimere verbis possum gratiam habeo GUILELMO WATTENBACH, cuius indefesso auxilio quantum etiam in hac Regestorum parte debeatur, unaquaeque pagina si fari posset luculentissime testaretur.

D. Berolini d. XXII. Febr. MDCCCLXXXVIII.

S. LOEWENFELD.

INDEX

PONTIFICUM ROMANORUM UNIVERSI OPERIS PER LITTERAS DIGESTUS.

Adeodatus. (672—676) . . . . . I. 237
Agapitus I. (535—536) . . . . . I. 113
Agapitus II. (946—955) . . . . . I. 459
Agatho. (678—681) . . . . . I. 238, II. 741
Alexander I. (105?—115?) . . . . I. 5
Alexander II. (1061—1073) . . . . I. 566, II. 750
Alexander III. (1159—1181) . . . . II. 145. 761
Anacletus. (76?—88?) . . . . . I. 1
Anastasius I. (398—401) . . . . . I. 42
Anastasius II. (496—498) . . . . . I. 95
Anastasius III. (911—913) . . . . I. 448
Anastasius IV. (1153—1154) . . . . II. 89. 759
Anicetus. (155?—166?) . . . . . I. 9
Anterus. (235—236) . . . . . I. 15
Benedictus I. (574—578) . . . . . I. 137
Benedictus II. (683?—685) . . . . I. 241
Benedictus III. (855—858) . . . . I. 339, II. 744
Benedictus IV. (900—903) . . . . I. 443
Benedictus V. (964) . . . . . I. 469
Benedictus VI. (972—974) . . . . I. 477
Benedictus VII. (974—983) . . . . I. 479
Benedictus VIII. (1012—1024) . . . I. 506, II. 747
Benedictus IX. (1033—1048) . . . I. 519, II. 748
Benedictus X. (1058—1060) . . . . I. 556
Bonifatius I. (418—422) . . . . . I. 52, II. 735
Bonifatius II. (530—532) . . . . . I. 111, II. 737
Bonifatius III. (607) . . . . . I. 220
Bonifatius IV. (608—615) . . . . . I. 220, II. 739
Bonifatius V. (619—625) . . . . . I. 222
Bonifatius VI. (896) . . . . . I. 439
Bonifatius VII. (974. 984—985) . . I. 485, II. 747
Caius. (283—296) . . . . . I. 25
Calixtus I. (217—222) . . . . . I. 12, II. 731
Calixtus II. (1119—1124) . . . . . I. 780, II. 755
Christophorus. (903—904) . . . . . I. 444
Clemens I. (88?—97?) . . . . . I. 2
Clemens II. (1046—1047) . . . . . I. 525
Clemens III. (1187—1191) . . . . II. 535. 770
Cletus vide Anacletus.
Coelestinus I. (422—432) . . . . . I. 55
Coelestinus II. (1143—1144) . . . II. 1. 758
Coelestinus III. (1191—1198) . . . II. 577. 771
Conon. (686—687) . . . . . I. 243
Constantinus I. (708—715) . . . . I. 247
Constantinus II. (767—768) . . . . I. 283
Cornelius. (251—253) . . . . . I. 17
Damasus I. (366—384) . . . . . I. 37, II. 733
Damasus II. (1048) . . . . . I. 528
Deusdedit (615—618) . . . . . I. 222, II. 739
Dionysius (259—268) . . . . . I. 22, II. 732
Donus. (676—678) . . . . . I. 238
(Donus II.) . . . . . I. 479
Eleutherus. (174?—189) . . . . . I. 10
Evaristus. (97?—105?) . . . . . I. 4
Eugenius I. (654—657) . . . . . I. 234, II. 740
Eugenius II. (824—827) . . . . . I. 320
Eugenius III. (1145—1153) . . . . II. 20. 758
Eusebius. (309) . . . . . I. 26, II. 732
Eutychianus. (275—283) . . . . . I. 24
Fabianus. (236—250) . . . . . I. 15
Felix I. (269—274) . . . . . I. 23
Felix II. vide infra inter antipapas.
Felix III. (483—492) . . . . . I. 80, II. 736
Felix IV. (526—530) . . . . . I. 110, II. 737
Formosus (891—896) . . . . . I. 435, II. 746
Gaius vide Caius.
Gelasius I. (492—496) . . . . . I. 83, II. 736
Gelasius II. (1118—1119) . . . . . I. 775, II. 754
Gregorius I. (590—604) . . . . . I. 143, II. 738
Gregorius II. (715—731) . . . . . I. 249, II. 742
Gregorius III. (731—741) . . . . I. 257, II. 742
Gregorius IV. (827—844) . . . . . I. 323, II. 743
Gregorius V. (996—999) . . . . . I. 489
Gregorius VI. (1045—1046) . . . . I. 524
Gregorius VII. (1073—1085) . . . I. 594, II. 751
Gregorius VIII. (1187) . . . . . II. 528. 770
Hadrianus I. (772—795) . . . . . I. 289
Hadrianus II. (867—872) . . . . . I. 368, II. 745
Hadrianus III. (884—885) . . . . I. 426
Hadrianus IV. (1154—1159) . . . . II. 102. 760
Hilarus. (461—468) . . . . . I. 75, II. 736
Honorius I. (625—638) . . . . . I. 223
Honorius II. (1124—1130) . . . . I. 824, II. 755
Hormisda. (514—523) . . . . . I. 101, II. 737
Hyginus. (136?—140?) . . . . . I. 6
Innocentius I. (401?—417) . . . . I. 44, II. 734
Innocentius II. (1130—1143) . . . . I. 840, II. 756
Iohannes I. (523—526) . . . . . I. 109, II. 737
Iohannes II. (532—535) . . . . . I. 113, II. 738
Iohannes III. (560—573) . . . . . I. 136
Iohannes IV. (640—642) . . . . . I. 227, II. 739
Iohannes V. (685—686) . . . . . I. 242
Iohannes VI. (701—705) . . . . . I. 245, II. 741
Iohannes VII. (705—707) . . . . . I. 246
Iohannes VIII. (872—882) . . . . I. 376, II. 746
Iohannes IX. (898—900) . . . . . I. 442
Iohannes X. (914—928) . . . . . I. 449
Iohannes XI. (931—936) . . . . . I. 454, II. 746
Iohannes XII. (955—963) . . . . . I. 463
Iohannes XIII. (965—972) . . . . I. 470
Iohannes XIV. (983—984) . . . . I. 484
Iohannes XV. (985—996) . . . . . I. 486
Iohannes XVII. (1003) . . . . . I. 501
Iohannes XVIII. (1003—1009) . . . I. 501
Iohannes XIX. (1024—1033) . . . I. 514, II. 748
Iulius. (337—352) . . . . . I. 30, II. 733
Lando. (913—914) . . . . . I. 448
Leo I. (440—461) . . . . . I. 58, II. 735

INDEX PONTIFICUM ROMANORUM.

Leo II. (681—683) . . . . . I. 240, II. 741
Leo III. (795—816) . . . . . I. 307, II. 743
Leo IV. (847—855) . . . . . I. 329, II. 744
Leo V. (903) . . . . . I. 444, II. 746
Leo VI. (928—929) . . . . . I. 453
Leo VII. (936—939) . . . . . I. 455, II. 747
Leo VIII (963—965) . . . . . I. 467
Leo IX. (1048—1054) . . . . . I. 529, II, 749
Liberius. (352—366) . . . . . I. 23
Linus. (64?—67?) . . . . . I. 1
Lucius I. (253—254?) . . . . . I. 19, II. 732
Lucius II. (1144—1145) . . . . . II. 7. 758
Lucius III. (1181—1185) . . . . . II. 431. 766
Marcellinus. (296—304) . . . . . I. 25
Marcellus. (307?—309) . . . . . I. 26
Marcus. (336) . . . . . I. 30
Marinus I. (882—884) . . . . . I. 425
Marinus II. (942—946) . . . . . I. 458
Martinus I. (649—653 [655]) . . . . I. 230, II. 740
(Miltades) Melchiades (310—314) . . I. 28, II. 732
Nicolaus I. (858—867) . . . . . I. 341, II. 745
Nicolaus II. (1059—1061) . . . . . I. 557, II. 750
Paschalis I. (817—824) . . . . . I. 318, II. 743
Paschalis II. (1099—1118) . . . . . I. 702, II. 753
Paulus I. (757—767) . . . . . I. 277
Pelagius I. (555—560) . . . . . I. 124, II. 738
Pelagius II. (578—590) . . . . . I. 137
Petrus. (..—64?) . . . . . I. 1
Philippus. (768) . . . . . I. 284
Pius I. (140?—155?) . . . . . I. 7
Pontianus. (230—235) . . . . . I. 14
Romanus. (897) . . . . . I. 441
Sabinianus. (604—606) . . . . . I. 220
Sergius I. (687—701) . . . . . I. 244, II. 741
Sergius II. (844—847) . . . . . I. 327, II. 744
Sergius III. (904—911) . . . . . I. 445, II. 746
Sergius IV. (1009—1012) . . . . . I. 504
Severinus. (638?—640) . . . . . I. 227
Silverius. (536—537) . . . . . I. 115, II. 738
Silvester I. (314—335) . . . . . I. 28, II. 733
Silvester II. (999—1003) . . . . . I. 496, II. 747
Simplicius. (468—483) . . . . . I. 77
Siricius. (384—398) . . . . . I. 40, II. 734
Sisinnius. (708) . . . . . I. 247
Sixtus I. (115?—125?) . . . . . I. 5
Sixtus II. (257—258) . . . . . I. 21
Sixtus III. (432—440) . . . . . I. 57
Soter. (166?—174?) . . . . . I. 9
Stephanus I. (254?—257) . . . . . I. 20, II. 732
Stephanus (electus). (752) . . . . . I. 270
Stephanus II. (752—757) . . . . . I. 271
Stephanus III. (768—772) . . . . . I. 285
Stephanus IV. (816—817) . . . . . I. 316
Stephanus V. (885—891) . . . . . I. 427
Stephanus VI. (896—897) . . . . . I. 439
Stephanus VII. (929—931) . . . . . I. 453
Stephanus VIII. (939—942) . . . . . I. 457
Stephanus IX. (1057—1058) . . . . . I. 553
Symmachus. (498—514) . . . . . I. 96, II. 736
Telesphorus. (125?—136?) . . . . . I. 6
Thebaldus Buccapecus. (1124) . . . . I. 822
Theodorus I. (642—649) . . . . . I. 228
Theodorus. (687) . . . . . I. 244
Theodorus II. (897) . . . . . I. 441
Urbanus I. (222—230) . . . . . I. 13, II. 731
Urbanus II. (1088—1099) . . . . . I. 657, II. 752
Urbanus III. (1185—1187) . . . . . II. 492. 769
Valentinus. (827) . . . . . I. 322
Victor I. (189—c. 199) . . . . . I. 11, II. 731
Victor II. (1054—1057) . . . . . I. 549, II. 750
Victor III. (1086—1087) . . . . . I. 655
Vigilius. (537—555) . . . . . I. 117, II. 738
Vitalianus. (657—672) . . . . . I. 235, II. 740
Zacharias. (741—752) . . . . . I. 262, II. 742
Zephyrinus. (c. 199—217) . . . . . I. 12, II. 731
Zosimus. (417—418) . . . . . I. 49, II. 735

—

INDEX ANTIPAPARUM.

Albertus. (1102) . . . . . I. 773
Anacletus II. (1130—1138) . . . . I. 911
Anastasius. (855) . . . . . I. 341
Burdinus, Gregorius VIII. (1118—1121) I. 821
Cadalus, Honorius II. (1061—1064) . I. 593
Calixtus III., Iohannes de Struma. (1168—1178) . . . . . II. 429
Dioscorus. (530) . . . . . I. 112
Eulalius. (418—419) . . . . . I. 51
Felix II. (355—365) . . . . . I. 35
Gregorius. (1012) . . . . . I. 514
Gregorius, Victor IV. (1138) . . . I. 919
Guido Cremensis vide Paschalis III.
Hippolytus. (217—235) . . . . . I. 15
Innocentius III., Landus Sitinus. (1178—1180) . . . . . II. 431
Iohannes diaconus. (844) . . . . . I. 327
Iohannes XVI., Calabritanus, Philagathus. (997—998) . . . . . I. 495
Iohannes de Struma vide Calixtus III.
Landus Sitinus vide Innocentius III.
Laurentius. (498—c. 505) . . . . I. 100
Maginulfus, Silvester IV. (1105—1111) I. 773
Novatianus. (251?) . . . . . I. 19
Octavianus vide Victor IV.
Paschalis. (687—c. 692) . . . . . I. 243
Paschalis III., Guido Cremensis. (1164—1168) . . . . . II. 426
Silvester III. (1045—1046) . . . . I. 523
Theodericus. (1100) . . . . . I 772
Ursinus. (366—367) . . . . . I. 36
Victor IV., Octavianus. (1159—1164) II. 418
Wibertus, Clemens III. (1080—1100) . I. 649, II. 751

COELESTINUS II. 1143—1144.

Coelestinus II. hac sententia usus est: „Fiat pax in virtute tua et abundantia in turribus tuis“ (8440. 8443. 8446. 8452 cet.)

Subscripserunt bullis eius:

ep. Albanensis		Petrus	a	9. Dec. 1143	ad	6. Mart. 1144
„ Ostiensis		Albericus	a	29. Nov. 1143	ad	6. Mart. 1144
„ Praenestinus		Stephanus	a	19. Oct. 1143	ad	6. Mart. 1144
„ S. Rufinae (Silvae-candidae)		Theodewinus	a	26. Nov. 1143	ad	28. Febr. 1144
„ Sabinensis		Conradus	a	19. Oct. 1143	ad	6. Mart. 1144
„ Tusculanus		Imarus	a	6. Dec. 1143	ad	6. Mart. 1144
pr. card. tit.	S. Anastasiae	Aribertus	a	12. Febr. 1144	ad	28. Febr. 1144
„ „ „	S. Caeciliae	Goizo	a	28. Dec. 1143	ad	6. Mart. 1144
„ „ „	S. Calixti	Gregorius	a	19. Oct. 1143	ad	19. Febr. 1144
„ „ „	S. Chrysogoni	Guido	a	6. Dec. 1143	ad	6. Mart. 1144
„ „ „	S. Cyriaci	Nicolaus	a	23. Dec. 1143	ad	6. Mart. 1144
„ „ „	SS. Iohannis et Pauli	Hubaldus	a	23. Dec. 1143	ad	19. Febr. 1144
„ „ „	S. Laurentii in Damaso	Guido	a	28. Dec. 1143	ad	28. Febr. 1144
„ „ „	S. Marci	Gilibertus	a	23. Dec. 1143	ad	4. Mart. 1144
„ „ „	S. Pastoris	Petrus	a	6. Dec. 1143	ad	4. Mart. 1144
„ „ „	S. Praxedis	Hubaldus	a	1. Dec. 1143	ad	6. Mart. 1144
„ „ „	S. Priscae	Rainerius	a	28. Oct. 1143	ad	6. Mart. 1144
„ „ „	S. Sabinae	Manfredus	a	10. Ian. 1144	ad	6. Mart. 1144
„ „ „	S. Stephani in Celio monte	Rainerius	a	23. Dec. 1143	ad	19. Febr. 1144
„ „ „	S. Susannae	Petrus	a	19. Oct. 1143	ad	24. Febr. 1144
„ „ „	S. Vestinae	Thomas	a	19. Oct. 1143	ad	6. Mart. 1144
diac. card.	S. Adriani	Iohannes Paparo	a	19. Febr. 1144	ad	6. Mart. 1144
„ „	S. Angeli	Gregorius	a	30. Dec. 1143	ad	4. Mart. 1144
„ „	SS. Cosmae et Damiani	Guido	a	17. Febr. 1144	ad	6. Mart. 1144
„ „	S. Eustachii iuxta templum Agrippae	Astaldus	a	10. Ian. 1144	ad	28. Febr. 1144
„ „	S. Georgii ad velum aureum	Otto	a	19. Oct. 1143	ad	4. Mart. 1144
„ „	S. Luciae in Septisolio	Rodulphus	a	29. Dec. 1143	ad	26. Febr. 1144
„ „	S. Luciae in Horphea	Hugo	a	19. Febr. 1144	ad	4. Mart. 1144
„ „	S. Mariae in Aquiro	Petrus	a	9. Dec. 1143	ad	19. Febr. 1144
„ „	S. Mariae in Dominica	Gerardus	a	1. Dec. 1143	ad	6. Mart. 1144
„ „	S. Mariae in porticu	Petrus	a	19. Oct. 1143	ad	19. Febr. 1144
„ „	S. Mariae in via lata	Ubaldus	a	19. Oct. 1143	ad	9. Dec. 1144
„ „	S. Mariae novae	Iohannes	a	10. Ian. 1144	ad	6. Mart. 1144
„ „	S. Nicolai de carcere Tulliano	Octavianus	a	28. Oct. 1143	ad	19. Febr. 1144
„ „	SS. Sergii et Bacchi	Gregorius	a	19. Oct. 1143	ad	4. Mart. 1144
„ „	S. R. E.	Nicolaus	d.	28. Oct. 1143		
in Romana ecclesia altaris minister		Guido	d.	17. et 24. et 28. Febr. 1144		
S. R. E. diaconus, Farfariensis abbas		Adenut	d.	28. Oct. 1143.		

Datae bullae sunt p. m.
Gerardi S. R. E. presb. card. et bibliothecarii a. 19. Oct. 1143 ad 6. Mart. 1144.

1143. *(Ind. 7, pont. a. 1.)*

Sept. 26. | In ecclesia Lateranensi | Eligitur. Vide infra ep. 8435. (Videtur eodem die consecratus quoque esse.)

Oct. 19. | Laterani | 8433 (5977) Ecclesiae S. Mariani Eugubinae possessiones et privilegia confirmat, petente Benedicto praeposito. Ughelli It. sacr. I. 637, Coequ. II. 261, Migne 179 p. 765. — „Desiderium. quod ad“.

Oct. 28. | | 8434 Ecclesiae S. Iacobi Bambergensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Eberhardo praeposito. (Fragmentum.) Schenkl Neue Chron. d. St. Amberg Suppl. p. 116, Bericht des hist. Ver. zu Bamberg XXI. (1858). 30. (Jacobs Urk. f. Langelu p. 4 in Gesch.-Qu. d. Pr. Sachs. XV.) — „Commissae nobis“.

Nov. 6. | | 8435 (5978) Petro abbati et monachis Cluniacensibus significat, Innocentio II. „octavo kal. Oct.“ (24. Sept.) mortuo in ecclesiaque Lateranensi sepulto, se „tertia die“ (26. Sept.) in eadem ecclesia electum pontificem esse. Negligentiam A(imerici), episcopi Arvernensis, qui ab Innocentio vocatus „praeterita b. Lucae festivitate“ (18. Oct.) non venerat, ignoscit. Bull. Clun. p. 51, D'Achery Spic. III. 496, Bouquet Rec. XV. 408, Mansi XXI. 592. Migne 179 p. 766. — „Caritatem vestram“.

1143. *(Ind. 7, pont. a. 1.)*

Nov. 6. Laterani 8436 (5979) Alviso, episcopo Atrebatensi, significat, se eius „de consanguinitate inter Stephani Blesensis comitis filium et filiam Theodorici Flandrensis comitis“ litteras accepisse: „verum quoniam“ inquit „episcopos Galliae in iustitia et observatione mandatorum sedis apostolicae tepidos invenimus, et . . . . . comes in causa matrimonii R. de Perona contra iustitiam ab ipsis tractatus est, causam ipsam iudicio sedis apostolicae duximus reservandam“. In proximam dominicam, qua cantatur: „Isti sunt dies“ (12. Mart. 1144) utramque partem evocat. Baluzii Misc. II. 167, Bouquet Rec. XV. 409, Mansi XXI. 595, Migne 179 p. 767. — „Litteras a tua“.

„ 6. 8437 (5980) A. praeposito et canonicis Rosatensibus praecipit, ne ducemas a sanctimonialibus S. Mariae Montanensibus exigant. Giulini Mem. d. Mil. V. 578, Migne 179 p. 768. — „A sede apostolica“.

15. 8438 Consules Mediolanenses miratur „de discordia inter canonicos et monachos S. Ambrosii se intromisisse et ab utraque parte pignora suscepisse, privilegia quoque eiusdem ecclesiae detinere“. Praecipit, „quia laicis nulla de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legatur attributa facultas“, ut pignora et privilegia restituant; utque „munitionem, quam monachi super ecclesiam construxerint, dirui faciant“. (Fragmenta.) Sormanus In causa praeeminentiae p. 68. — „Cum ecclesiastica negotia“.

23. 8439 Monasterium S. Laurentii, iuxta fluvium Anso situm, tuendum suscipit eiusque bona et privilegia confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 658. — „Piae postulatio voluntatis“.

„ 23. „ 8440 (5981) Ecclesiae S. Iohannis Modoetiensis possessiones et privilegia confirmat, petente Ubrando archipresbytero. Frisi Mem. de Monza II. 56, Migne 179 p. 768. — „Piae postulatio“.

„ 24. 8441 (5982) Ecclesiae Cellae superioris Wirzeburgensis protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Conrado praeposito. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 385, Migne 179 p. 770. — „Piae postulatio voluntatis“.

„ 26. „ 8442 (5983) Maioris ecclesiae Augustensis tutelam suscipit et possessiones confirmat, petente Sigefrido praeposito. Mon. Boic. XXXIII. 1. 24, Migne 179 p. 771. — „Commisse nobis apostolice“.

26. 8443 (5984) Monasterii S. Martini Ahusani protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Gualtero, episcopo Augustensi. Besold Doc. red. p. 202, Petri Suev. eccl. p. 91. Steichele Beiträge I. 259, Wirtemb. Urkdb. II. 30, Migne 179 p. 772. — „Desiderium, quod ad“.

26. 8444 Hospitalis S. Crucis Augustensis protectionem suscipit, petente Gualtero episcopo. Lang Regesta IV. 735, Neues Archiv VII. 90. — „Quoticns illud“.

„ 29. „ 8445 (5985) Monasterii Thenoliensis protectionem suscipit, et possessiones confirmat, petente Walfrido abbate. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 582, Migne 179 p. 774. — „Desiderium, quod ad“.

Dec. 1. 8446 (5986) Sententiam inter canonicos S. Alexandri et S. Vincentii Bergomates ab Innocentio II. latam approbat. Ecclesiae S. Alexandri bona ac privilegia quaedam confirmat. Lupi C. D. Berg. II. 1043, Migne 179 p. 775. — „Iustitie et rationis“.

(„) (..) 8447 (5987) G(regorium). episcopum Bergomatem, de praecedente approbatione certiorem facit. Lupi C. D. Berg. II. 1047, Migne 179 p. 777. — „Fraternitati tuae“.

„ 3. 8448 *Ecclesiae Faventinae possessiones, petente Roberto episcopo, confirmat. Scaletta Notizie p. 39.

5. 8449 (5988) Monasterium SS. Salvatoris et Quirici tuendum suscipit et eius possessiones ac privilegia confirmat, petente Alberto abbate. Ughelli It. sacr. III. 711, Coequ. II. 262, Migne 179 p. 777. — „Officii nostri nos“.

6. 8450 (5989) Monasterii Praemonstratensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Hugone abbate. Le Paige Bibl. Praem. p. 428, Hugo O. P. A. I. Pr. p. 14, Migne 179 p. 778. — „Iustis votis assensum“.

6. 8451 (5990) Archiepiscopis et episcopis praecipit, ne annuos abbatum praepositorumque Praemonstratensium conventus impediant. Le Paige Bibl. Praem. p. 422, Launoii Opp. III. 1. 456, Migne 179 p. 781. — „Desiderium nostrum est“.

6. 8452 Monasterii SS. martyrum Crispini et Crispiniani Suessionensis tutelam suscipit, possessionesque ac libertates confirmat, petente Ernaldo abbate. Autogr. in bibl. nat. Paris. Coll. Grenier t. 294. „Desiderium quod ad“.

1143. *(Ind. 7, pont. a. 1.)*

Dec. 8. Laterani 8453 (5991) A(rnaldo), archiepiscopo Narbonensi, et eius suffraganeis mandat, parochianos suos sub excommunicationis poena hortentur, ne Aimonios, Guillelmi domini Montispessulani inimicos, recipiant. Gariel Ser. I. 185, Bouquet Rec. XV. 409, Migne 179 p. 782. — „Dilectus filius noster".

„ 9. 8454 (5992) Ecclesiae S. Frigdiani Lucensis possessiones iuraque confirmat. Bull. Lat. p. 23. — „Quoniam sine verae".

„ 9. 8455 Monasterium S. Salvatoris de Monte-Amiato tuendum suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 659.

„ 10. „ 8456 (5993) Hugonem, archiepiscopum Turonensem, reprehendit, quod vocatus ab Innocentio II. „praeterita b. Lucae festivitate" (18. Oct.) Romae non fuerit. Praecipit, ut „proximis kalendiis Maii" (1. Maii 1144) ad sedem apostolicam accedat. Martene Thes. III. 887, Morice Mém. de Bret. I. 587, Bouquet Rec. XV. 410, Migne 179 p. 783. — „Praedecessor noster".

„ 10. „ 8457 (5994) P(etro) abbati S. Aegidii mandat, ut ad castrum Guillelmi domini Montispessulani se conferat, „et ipsius loci, in quo capella a Guillelmo aedificanda sit, donationem ad opus S. Romanae ecclesiae recipiat, atque censum congruum sibi suisque successoribus annualiter persolvendum constituat, postmodum ex more designatione facta primum lapidem in fundamento ponat, providens, ut Guillelmus clericis, qui eidem capellae servierint, tantum de bonis suis constituat, ut inde honeste vivere valeant". Gariel Ser. I. 184, Bouquet Rec. XV. 410, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 75, Migne 179 p. 784. — „Dilectus filius noster".

„ 10. „ 8458 (5995) Guillelmo recuperatam Montispessulani villam gratulatur. Gariel Ser. I. 185, Bouquet Rec. XV. 410, Migne 179 p. 783. — „Quod villam".

„ 16. „ 8459 Monasterii S. Mariae Pomposiani tutelam suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Paulo abbate. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12681 (Monast. bened. XXIV.) f. 167, (Wiener Sitzungsber. XCIV. 659). — „Apostolici moderaminis".

„ 23. „ 8460 (5996) Ecclesiae S. Mariae Halberstadensis protectionem suscipit possessionesque et privilegia confirmat, petente Brunone decano. Pflugk-Harttung Acta I. 170. — „Commissae nobis".

„ 27. „ 8461 (5997) H(einrico), abbati Corbeiensi, nunciat, se A. monacho delicti gratiam fecisse. At praeposituram vetat ei in praesentia tribui. Jaffé Bibl. I. 98, (Ledebur Neues allg. Archiv I. 74). — „Venienti ad nos dilectus".

„ 28. „ 8462 (5998) Adalberonem episcopum et clerum populumque Leodiensem laudat, quod Wibaldi abbatis monasteriique Stabulensis infestatores excommunicaverint. Mandat, ut nonnulla monasterii bona a quibusdam detenta reddi iubeant. Jaffé Bibl. I. 98, (Martene Coll. II. 117, Migne 179 p. 784). — „Gratum nobis est".

„ 28. „ 8463 Ecclesiam S. Mariae Beddeburanam tuendam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Hermanno praeposito. Sloet Oorkondenboek I. 274. — „Ad hoc universalis".

„ 28. „ 8464 *Maiori-monasterio bullam tribuit. Ex chartul. Maior.-mon. III. 489, ms. lat. 5441 bibl. nat. Paris. Misit Delisle

„ 29. „ 8465 Petro de Hongro (al. Honesto) „tutori filiorum quondam Rainerii de Cavalcaconte, illustris comitis Bretinorum, scilicet parvuli Cavalca comitis ac eius, qui queve conceptus est in utero Boldrudae, illustris comitissae, ad opus pupillorum et praedictae matris" in annos XXIX possessiones quasdam, quas pater eorum ex bonis b. Petri tenuerat, ea lege asserit, ut pupilli unum schifatum aureum Lateranensi palatio annuatim persolvant et cum puberes effecti fuerint, Romano pontifici fidelitatis iuramentum praestent. Theiner Cod. dipl. dom. temp. s. sed. I. 13, Pflugk-Harttung Acta II. 333. — „In nomine" „Ego Celestinus".

„ 30. „ 8466 (5999) Monasterii Stabulensis protectionem suscipit bonaque et privilegia confirmat, petente Wibaldo abbate. Martene Coll. II. 118, Migne 179 p. 785. — „Apostolici moderaminis clementiae".

„ 8467 Monasterii Cellae-Paullinae tutelam suscipit, bonaque et privilegia confirmat, imposita fratribus unius aurei pensione annua. Stumpf Acta Maguntina p. 28. — „Desiderium, quod ad".

(„) 8468 Monasterii Casalis S. Petri tutelam suscipit, possessionesque confirmat, petente Ranulfo abbate. (Fragmentum.) In bibl. nat. Paris. ms. lat. 13816. f. 296.

1143. *(Ind. 7, pont. a. 1.)*

Laterani 8469 *Monasterii Vallumbrosani privilegia confirmat. Franchi Hist. di Giovan Gualberto p. 292.

1143—1144.

8470 (6000) Ecclesiae Aquensis protectionem suscipit possessionesque confirmat, petente Bertrando praeposito. (Fragmentum.) Pitton Annal. d'Aix p. 130, Migne 179 p. 788. — „Aquensem ecclesiam".

8471 *R(obaldo) archiepiscopo Mediolanensi mandat. ut controversiam inter monachos et canonicos S. Ambrosii iudicio vel concordia terminet. Vide Lucii II. ep. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 337.

8471a *Monasterio S. Albani privilegium dat. Vide Matth. Paris Gesta abb. ed. Riley I. 107, MG. SS. XXVIII.

Laterani 8472 Monasterii Casae-dei (d. Ausciensis) tutelam suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Bernardo abbate. (Signa chronologica: „V. kal. Apr., ind. 6, 1143, p. a. I" mendum aperte continent. Data est bulla per manum Gerardi etc.) In bibl. nat. Paris. Coll. Doat 152. f. 64. — „Desiderium, quod ad".

1144. *(Ind. 7, pont. a. 1.)*

Ian. 1. Laterani 8473 Ecclesiae S. Eusebii Vercellensis protectionem suscipit et possessiones iuraque confirmat. Cusano Discorsi hist. p. 357, Pflugk-Harttung Iter p. 234. — „Equitatis et".

1. 8474 Ecclesiam S. Antonini Placentinam tuendam suscipit, possessionesque et iura confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 234. — „Officii nostri".

„ 2. 8475 (6001) C(onrado) archiepiscopo Salzburgensi. Hen(rico) Ratisponensi et R(eginberto) Passaviensi episcopis mandat, ut monasterium Rotense ab inimicis defendant. Mon. Boic. I. 358, Migne 179 p. 788. — „Fraternitati vestre notum".

„ 2. 8476 (6002) Waltero, episcopo Augustensi, scribit, ne monasterium Rotense sinat a G., relicta Ottonis comitis, et a Sigfrido, ministeriali ecclesiae suae, vexari. Mon. Boic. I. 359, Migne 179 p. 788. — „Dilectus filius noster".

„ 2. „ 8477 (6003) Folmaro Hirsaugiensi et Adamo Eberacensi abbatibus scribit de duobus abbatibus monasterii Laureshamensis. Baldemarum deiectum nunciat, de Folcnando, simoniae accusato, cognitionem iis defert. Chron. Laureshan. in MG. SS. XXI. 438, (Migne 179 p. 789). — „Veniens ad sedem".

„ 9. 8478 Archiepiscopis, episcopis, abbatibus et universis ecclesiarum praelatis mandat, moneant populum, ut in favorem Templariorum collectas faciant. Beneficia daturis indulgentiam promittit. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 227. n. 1. — „Milites templi".

„ 10. „ 8479 (6004) Ecclesiam S. Sepulcri Hierosolymitanam tuendam suscipit, bonaque eius petente Petro priore, confirmat. Cronica ord. can. p. 296, Pennotti Ord. cleric. can. hist. ed. Rom. p. 518, ed. Colon. p. 535, Bull. Lat. p. 21, Le Paige Bibl. Praem. p. 166, Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 29, Cocqu. II. 263, Wirtemberg. Urkundenb. II. 34, Migne 179 p. 790. — „Si mansuetudo".

„ 10. „ 8480 (6005) Ecclesiae S. Frigdiani Lucensis fratribus, Almerici, bon. mem. S. R. E. cancellarii, et ecclesiae b. Mariae novae diaconi cardinalis, heredibus, id privilegii tribuit, ut ex eorum numero in posterum deligantur diaconi cardinales ecclesiae b. Mariae novae. Bull. Lat. p. 22. — „Ad hoc universalis".

„ 10. 8481 (6006) Petro priori et fratribus S. Sepulcri Hierosolymitani, rogatu Fulconis, Hierosolymorum regis, et Milesennis reginae et Guillelmi patriarchae, concedit, ut „monasticae religionis viri aut mulieres in ecclesia S. Lazari, quae in Bethania sita est, statuantur". Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 27, Migne 179 p. 792. — „Quociens in quibusdam".

„ 12. „ 8482 (6007) P(etro) priori et canonicis S. Sepulcri Hierosolymitani commendat L. et G. fratres, quos ad Innocentium II. miserant. Haec addit: „dignum duximus, ut in Romana urbe vobis ecclesiam concedamus, in qua et domino serviatis, et cum pro negotiis ecclesiae vestrae veneritis, honestum hospitium habeatis". Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 76, Migne 179 p. 793. — „Fratres vestros, dilectos".

19. „ 8483 (6008) Monasterii S. Bertini Sithiensis libertatem, possessiones, privilegia confirmat, petente Leone abbate. Collection des Cartulaires III. 314, Migne 179 p. 794. — „Iustitiae et rationis".

1144. *(Ind. 7, pont. a. 1.)*

Ian. 27. Laterani — 8484 (6009) G(erhohum), praepositum Reichersbergensem, monet, ut molestias modice ferat. In dominicam: „Ego sum pastor bonus“ (9. Apr.) eum evocat. Mandat, ut fratrem suum Heinricum, monachis S. Mariae de Silva curiae (seu Waldhausensibus) „in magistrum concessum et postea ab ipso revocatum“ fratribus remittat. Pez Thes. anecd. VI. 1. 553, (Mansi XXI. 593, Migne 179 p. 797); huius epistolae finem in editionibus omnissum affert Scheibelberger in Oesterr. Vierteljahrschrift f. kath. Theologie X. 568. — „Super tribulantibus“ „Super tribulationibus“.

„ 27. „ — 8485 Monasterii S. Iuliani Turonensis protectionem, petente Aimerico abbate, suscipit, bonaque et privilegia confirmat, imposito monachis bizantii aurei censu annuo. Gallia christ. XIV. Instr. p. 83. — „Apostolici moderaminis clementiae“.

„ 29. „ — 8486 Parthenonis S. Mariae Minerviensis (Brixiensis) patrocinium suscipit bonaque et privilegia confirmat, petente Carecausa abbatissa. Odorici Storie Bresciane V. 99, Wiener Sitzungsber. XCIV. 659. — „Quoniam sine verae“.

Febr. 3. „ — 8487 Monasterii S. Victoris Parisiensis ecclesias quasdam confirmat, petente Gilduino abbate. Autogr. in tabul. nat. Paris. L. 227. n. 2. — „Quae a fratribus“.

„ 3. „ — 8488 Monasterium S. Victoris Parisiense protegendum suscipit eiusque possessiones confirmat, petente Gilduino abbate. Autogr. in tabular. nat. Paris. L. 227. n. 3. — — „Quotiens illud a“.

„ 8. „ — 8489 (6010) Parthenonis S. Hilari protectionem suscipit bonaque et privilegia confirmat, petente Agnete abbatissa. Lami Del. erud. 1737 p. 209, Migne 179 p. 797: „VI. id. Febr.“; Soldani Hist. mon. de Passin. p. 127: „III. id. Febr.“. — „Ad hoc universalis“.

„ 12. „ — 8490 (6011) Monasterii Montis S. Iohannis protectionem suscipit bonaque et privilegia, rogatu Giselberti abbatis, confirmat, imposito monachis annuo denario aureo. Miraei Opp. dipl. III. 722, Migne 179 p. 799. — „Apostolici moderaminis“.

„ 14. „ — 8491 Monasterium S. Petri de Pecoraria tuendum suscipit eiusque bona et privilegia confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 659. — „Ad hoc universalis“.

„ 15. — 8492 (6012) Monasterii S. Salvatoris Florentini protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Mittarelli Ann. Cam. III. 281, (Migne 179 p. 801).

„ 17. „ — 8493 (6013) Clerum populumque Pratensem monet, ut A(ttoni), episcopo Pistoriensi, obediant. Zacharia Anecd. m. aev. p. 212, Fioravanti Mem. di Pistoia p. 177, Migne 179 p. 801. — „Manifestum est“.

„ 17. „ — 8494 (6014) Ecclesiae Pistoriensis possessiones, rogante Attone episcopo, confirmat. Zacharia Anecd. m. aev. p. 230, Migne 179 p. 801. — „Pistoriensis ecclesia“.

„ 18. „ — 8495 (6015) Monasterii Undersdorfensis patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Richardo praeposito. Mon. Boic. X. 238, Hund III. 443, Cocqu. II. 264, Hundt Urk. d. Kl. Indersdorf I. 6, Migne 179 p. 803. — „Desiderium, quod ad“.

„ 19. „ — 8496 (6016) Ecclesiae Strombergensis (postea Heisterbacensis) protectionem suscipit et bona iuraque, rogatu Waltheri praepositi, confirmat, ea lege, ut fratres „II. tenacula libri“ pontificibus Romanis quotannis persolvant. Lacomblet Urk. I. 236, Migne 179 p. 804. — „Apostolici moderaminis“.

„ 23. „ — 8497 (6017) Monachorum Vivensium et Camaldulensium controversiam dirimit. Mittarelli Ann. Cam. III. app. 406, Migne 179 p. 806. — „Apostolicae sedis“.

„ 23. „ — 8498 Monasterii S. Salvatoris de Monte Amiato patrocinium suscipit, bonaque et iura confirmat, imposito fratribus duorum byzantiorum aureorum tributo annuo. Pflugk-Harttung Iter p. 234, (Wiener Sitzungsber. XCIV. 659, Iongelinus Notitiae abbatiarum VII. 26). — „Cum universis“.

„ 24. „ — 8499 (6018) Monasterii Ensdorfensis protectionem suscipit, bona confirmat, iura statuit, petente Thiedoino abbate. Ried I. 207, Migne 179 p. 808. — „Desiderium, quod ad“.

„ 24. „ — 8500 (6019) Canonicos S. Alexandri Bergomates ad dominicam „Pastor bonus“ (9. Apr.) evocat, eorum cum S. Vincentii canonicis dissidium compositurus. Lupi C. D. Berg. II. 1047, Migne 179 p. 809. — „De discordia“.

„ 24. „ — 8501 (6020) Monasterio Cluniacensi asserit ecclesiam S. Vincentii, concessam a Berengario episcopo Salmanticensi. (Pro „VI. Mart.“ legendum videtur „VI. kal. Mart.“). Bibl. Cluniac. p. 1413, Bullar. Cluniac. p. 52, Aguirre Conc. V. 59, Yepes Coronica general VII. app. p. 23, Mansi XXI. 454, Migne 179 p. 810. — „Cum ex iniuncto“.

1144. *(Ind. 7, pont. a. 1.)*

Febr. 27. Laterani 8502 (6021) Monasterii S. Mariae de Bonosolatio possessiones et privilegia, rogatu Lanfranci abbatis, confirmat, imposita monachis monetae Lucensis denariorum duodecim pensione annua. Ughelli It. sacr. III. 104, Migne 179 p. 810, ubi temporis significatio corrigenda est ex Pflugk-Harttung Iter p. 22. — „Quoniam sine".

27. 8503 (6022) Archiepiscopo Toletano mandat, ut paroecias de Tepolis et Caldellis, ab episcopo Asturicensi contra praeceptum G. diaconi cardinalis, apostolicae sedis legati, retentas, M(artino) episcopo Auriensi intra dies 40 restituat. Mansi XXI. 594, Aguirre Conc. V. 59, Migne 179 p. 811. — „Dilectus filius noster G."

„ 28. 8504 Ecclesiae Verulanae possessiones confirmat, petente Leone episcopo. Pflugk-Harttung Iter p. 234 (ad d. 27. m. Febr., annus vero bissextilis est). — „Piae postulatio".

„ 29. 8505 (6023) Monasterii Michaelfeldensis tutelam suscipit et possessiones iuraque confirmat, petente Adelberto abbate. Ussermann Ep. Bamb. C. Pr. p. 93, Pflugk-Harttung Acta II. 335, Migne 179 p. 812. — „Religiosis desideriis dignum".

29. 8506 Monasterii Stafardensis protectionem suscipit, disciplinamque possessiones privilegia confirmat, petente Carolo abbate. San Quintino Osservazioni II. 39, Chevalier Coll. de cart. Dauph. VI. II. 96. — „Quoniam sine vere".

Mart. 1. 8507 (6024) Conradum, archiepiscopum Salzburgensem, miratur Udalrici ex monasterio Benedictoburano in Admontense transgressi causam nondum diiudicasse. Quod ut faciat, mandat. Meichelbeck Chron. Benedictob. I. 93, Wichner Admont p. 307, Migne 179 p. 813, (Zahn Urk. v. Steiermark I. 224). — „Burensium fratrum".

„ 1. „ 8508 (6025) (Conrado), archiepiscopo Salzburgensi, Henrico Ratisponensi et R(eginberto) Passaviensi episcopis mandat, ut Oldrici e Burensi in Admontense monasterium transgressi causam cognoscant. Lang Regesta I. 172.

3. 8509 (6026) Ecclesiae Insulanae protectionem suscipit, bonaque confirmat, petentibus Simone Noviomensi et Milone Morinensi episcopis et Theodorico, Flandriae comite. Miraei Opp. dipl. IV. 15, Migne 179 p. 813, (Roisin Franchises de Lille p. 223, errore seductus bullam d. 7. Ianuar. datam esse dicit). — „Commissae nobis apostolicae".

3. 8510 Monasterii S. Petri Cremonensis possessiones et privilegia, petente Alberto abbate, confirmat, imposito monachis duodecim denariorum monetae Mediolanensis censu annuo. Penotti Ord cler. can. hist. ed. Rom. p. 636, ed. Colon. p. 656. (Signa temporis ex autographo in bibliotheca Francofurtensi cum Jaffëo communicavit Böhmer.) — „Suscepti regiminis cura".

3. „ 8511 *Monasterii Luxoviensis possessiones et privilegia confirmat. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12678 (Monasticon Benedict. XXI.) f. 370b.

„ 3. 8512 Capitulum Volaterrense tuendum suscipit eiusque bona et privilegia ea lege confirmat, ut sex denarii Lucensis monetae Lateranensi palatio annuatim persolvantur. Pflugk-Harttung Iter p. 235, (Leoncini Illustr. s. cat. di Volt. p. 312). — „Commissae nobis apostolicae".

„ 4. 8513 (6027) Ecclesiae S. Mariae Magdalenae Vesontionensis tutelam suscipit possessionesque confirmat, petente Manegaldo decano. Pflugk-Harttung Acta I. 171, (Mém. et doc. inéd. de la Franche-Comté II. 317, Migne 179 p. 814). — „Commisse nobis apostolice".

„ 6. 8514 (6028) Ecclesiam Faesulanam tuendam suscipit et eius possessiones ac iura confirmat, petente Ionatha episcopo. Ughelli It. sacr. III. 242, Lami Eccl. Fl. M. I. 677, Cocqu. II. 264, Migne 179 p. 815. — „Ex commisso nobis".

6. „ 8515 (6029) Petente Gryphone episcopo, „iuxta tenorem privilegiorum Ferrariensium episcopum a cardinalibus Romanis eligendum et a Romanae sedis antistite consecrandum decernit atque Ferrariensem ecclesiam sub iure et dominio sedis apostolicae decreto manere sancit". Ecclesiae possessiones confirmat et auget. (Pro: „II. non. Maii" legendum est: „II. non. Martii"). Difesa seconda del dominio temp. della sede apost. sopra la città di Commacchio p. 337, Cocqu. II. 265, Migne 179 p. 816; vide Pflugk-Harttung Iter p. 53. — „Ad hoc in apostolicae".

8. Romae 8516 Inter monasterium S. Petri et Obertum, episcopum Cremonensem, factam de ecclesia S. Margaritae compositionem approbat. Pflugk-Harttung Iter p. 235. — „Quae iudicii".

1144. *(Ind. 7, pont. a. 1.)*

Mart. 8. | Romae ap. Palladium — Moritur. Bosonis card. Vit. Coelest. ap. Watterich II. 276, Necrol. monast. Fontis-Avellanae, v. Mittarelli Ann. Cam. III. 283, (Necrol. S. Mariae tr. Tiberim in Neues Archiv XI. 101: „VII. id. Mart.").

LUCIUS II. 1144—1145.

In Lucii II. bullis habetur haec sententia: „Ostende nobis domine misericordiam tuam" (8522. 8536. 8544. 8587. 8606. 8608. 8609 ect.).

Subscripserunt:

ep. Albanensis		Petrus	a	15. Mart. 1144	ad 14. Febr. 1145
„ Ostiensis		Albericus	a	15. Mart. 1144	ad 30. Mai. 1144
„ Praenestinus		Stephanus	a	15. Mart. 1144	ad 28. Mart. 1144
		Guarinus	d.	14. Febr. 1145	
„ S. Rufinae		Theodewinus	a	15. Mart. 1144	ad 19. Ian. 1145
„ Sabinensis		Conradus	a	15. Mart. 1144	ad 14. Febr. 1145
„ Tusculanus		Imarus	a	15. Mart. 1144	ad 19. Dec. 1144
pr. card. tit.	S. Anastasiae	Aribertus	a	30. Apr. 1144	ad 14. Sept. 1144
„ „ „	S. Caeciliae	Goizo	a	15. Mart. 1144	ad 17. Mart. 1144
„ „ „	S. Calixti	Gregorius	a	15. Mart. 1144	ad 14. Febr. 1145
„ „ „	S. Chrysogoni	Guido	a	15. Mart. 1144	ad 10. Mai. 1144
„ „ „	S. Crucis in Hierusalem	Ubaldus	a	28. Iun. 1144	ad 14. Febr. 1145
„ „ „	S. Cyriaci	Nicolaus	a	15. Mart. 1144	ad 19. Ian. 1145
„ „ „	S. Laurentii in Damaso	Guido	a	15. Apr. 1144	ad 14. Febr. 1145
„ „ „	S. Laurentii in Lucina	Hugo	a	26. Mai. 1144	ad 14. Febr. 1145
„ „ „	S. Marcelli	Iulius	a	28. Mai. 1144	ad 19. Ian. 1145
„ „ „	S. Marci	Gilbertus	a	15. Mart. 1144	ad 10. Nov. 1144
„ „ „	S. Pastoris	Petrus	a	28. Mart. 1144	ad 15. Mai. 1144
„ „ „	S. Praxedis	Hubaldus	a	15. Mart. 1144	ad 30. Apr. 1144
„ „ „	S. Priscae	Rainerius	a	15. Apr. 1144	ad 27. Dec. 1144
„ „ „	S. Sabinae	Manfredus	a	15. Mart. 1144	ad 19. Ian. 1145
„ „ „	S. Stephani in Celio monte	Rainerius	a	15. Mart. 1144	ad 14. Dec. 1144
		Villanus	a	11. Ian. 1145	ad 19. Ian. 1145
„ „ „	S. Susannae	Gezo	d.	15. Mart. 1144	
„ „ „	S. Vestinae	Thomas	a	15. Mart. 1144	ad 14. Febr. 1145
diac. card.	S. Adriani	Iohannes	a	15. Mart. 1144	ad 19. Ian. 1145
„ „	S. Angeli	Gregorius	a	15. Mart. 1144	ad 14. Febr. 1145
„ „	SS. Cosmae et Damiani	Guido	a	15. Mart. 1144	ad 14. Febr. 1145
„ „	S. Eustachii iuxta templum Agrippae	Astaldus	a	15. Mart. 1144	ad 19. Ian. 1145
„ „	S. Georgii ad velum aureum	Otto	a	15. Mart. 1144	ad 19. Ian. 1145
„ „	S. Luciae in Septisolio	Rodulphus	a	2. Apr. 1144	ad 11. Ian. 1145
„ „	S. Luciae in Horphea	Hugo	a	21. Mart. 1144	ad 15. Mai. 1144
„ „	S. Mariae in Aquiro	Petrus	a	20. Mart. 1144	ad 20. Mai. 1144
„ „	S. Mariae in Cosmedin	Iacinthus	a	27. Dec. 1144	ad 14. Febr. 1145
„ „	S. Mariae in Dominica	Gerardus	a	15. Mart. 1144	ad 28. Mai. 1144
„ „	S. Mariae in Porticu	Petrus	a	15. Mart. 1144	ad 29. Nov. 1144
„ „	S. Mariae novae	Iohannes	a	15. Mart. 1144	ad 19. Ian. 1145
„ „	S. Nicolai de carcere Tulliano	Octavianus	a	14. Mai. 1144	ad 14. Febr. 1145
„ „	SS. Sergii et Bacchi	Gregorius	a	15. Mart. 1144	ad 14. Febr. 1145
„ „	S. R. E.	Cinthius	d.	19. Ian. 1145	
in Rom. eccl. altaris minister indignus		Guido	a	15. Mart. 1144	ad 14. Oct. 1144
indignus (serviens) S. R. E. diaconus		Gregorius	a	15. Mart. 1144	ad 21. Mart. 1144.

Datae bullae sunt p. m.

Baronis capellani et scriptoris	a	14. Mart. 1144	ad 20. Mai. 1144
Baronis S. R. E. subdiaconi	a	21. Mai. 1144	ad 23. Ian. 1145
Roberti S. R. E. presb. card. et cancellarii	d.	14. Febr. 1145.	

1144. *(Ind. 7. — 1. Sept. — 8, pont. a. 1.)*

Mart. 12. — Consecratur. Lucio, quem constat die 15. m. Febr. a. 1145 animam edidisse, menses 11 diesque 4 tribuuntur in vita a Bosone card. conscripta, apud Watterich II. 278. in Catal. Casin. in MG. SS. XXII. 361. in Catal. Conciano ibid. XXIV. 106; itaque eius consecratio ad dominicam diem 12. Mart. 1144 revocanda est.

1144. *(Ind. 7. — 1. Sept. — S, pont. a. 1.)*

Mart. 14. Laterani — 8517 (6030) Parthenonis S. Margarethae Wechterswinkelensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Lutgarda abbatissa. Jäger Gesch. Frankenl. III. 313. — „Apostolicae sedis".

15. „ — 8518 (6031) Monasterium S. Columbani Bobiense tuendum suscipit, et eius bona iuraque, petente Oglerio abbate, confirmat. Ughelli It. sacr. IV. 977, Migne 179 p. 823. — „Piae postulatio".

„ 15. — 8519 Abbati S. Columbani Bobiensi. Sic ap. Pflugk-Harttung Iter p. 235. — „Pura sinceritas".

„ 15. „ — 8520 (6032) Griffoni, episcopo Ferrariensi, eiusque successoribus, per cardinales apostolicae sedis eligendis et a pontifice Romano consecrandis, asserit ecclesiae eorum possessiones et privilegia. Savioli Ann. Bol. I. II. 203, Difesa seconda del dominio temp. della sede apostolica sopra la città di Commacchio p. 340, Migne 179 p. 825. — „Ad hoc in".

„ 15. — 8521 (6033) Monasterii S. Petri Perusini bona ac iura confirmat, petente Bernardo abbate. Margarini Bull. Cas. II. 160, Migne 179 p. 828. — „Desiderium, quod".

„ 15. — 8522 (6034) Parthenonis S. Trinitatis Paraclitensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Heloissa abbatissa. Abaelardi et Heloisae Opp. p. 338, Lalore Cart. du Paraclet p. 6, Migne 179 p. 830. — „Quoties illud a".

16. — 8523 Humberti archiepiscopi Vesontionensis possessiones confirmat. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 866. f. 491. — „Quotiens illud a".

„ 17. — 8524 (6035) Ecclesiae Cremonensis possessiones, Obertique episcopi iura confirmat. Ughelli It. sacr. IV. 602, Zacharias Crem. ep. scr. p. 113, Migne 179 p. 831. — „Sicut iniusta".

„ 17. — 8525 (6036) Monasterium S. Iohannis Parmense tuendum suscipit, et eius possessiones ac iura confirmat, petente Guidone abbate. Margarini Bull. Cas. II. 161, Affò St. di Parma II. 354, Migne 179 p. 833. — „Quoniam sine verae".

„ 18. — 8526 Fratribus Arremarensibus concessam ab Attone, episcopo Trecensi, ecclesiam de Follis asserit, rogatu Hu(gonis) episcopi Altissiodorensis et Bern(ardi) abbatis Clarevallensis. In bibl. nat. Paris. Cartul. de Montieramey, ms. lat. 5432. s. XIV. f. 46, ms. lat. 5433. s. XVII. f. 230b. — „Que a fratribus nostris".

18. — 8527 Monasterii Luxoviensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Stephano abbate. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992. f. 76 et 78. — „Cum ex iniuncto".

„ 18. — 8528 G(aufridum) archiepiscopum Burdigalensem iudicem constituit inter G(islebertum) episcopum Pictaviensem et M(ascelinum) abbatem S. Cypriani de ecclesiis quibusdam litigantes. Archives histor. du Poitou III. 9. — „Fraternitati tuae notum".

18. — 8529 Canonicis S. Lupi Trecensibus quatuor ecclesias ab Hatone episcopo Trecensi concessas asserit, Hugone episcopo Altissiodorensi et Bernardo abbate Claravallensi petentibus. Lalore Cart. de S. Loup de Troyes p. 27. — „Que a fratribus nostris".

„ 20. — 8530 Monasterii S. Emmerammi Ratisponensis protectionem suscipit iuraque confirmat, petente Bertholdo abbate. Coelestini Ratispona monastica I Liber probationum p. 139. — „Auctoritate sedis apostolicae".

„ 20. — 8531 Ecclesiae S. Mariae Magdalenae Vesontionensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Manegaldo decano. Cartul. de l'égl. de Besançon, Coll. Moreau 876. f. 10b in bibl. nat. Paris. — „Commissae nobis apostolicae".

„ 21. — 8532 Ecclesiae Augustodunensis possessiones et privilegia confirmat, petente Humberto episcopo. Charmasse Cart. de l'év. d'Autun p. 9. — „Equitatis et iusticie".

21. — 8533 Ecclesiae Burdigalensis ac suffragancarum ecclesiarum et abbatiarum eiusdem provinciae privilegia confirmat. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 18377 (Dom Fonteneau II.) f. 1. — „Privilegia quae intuitu".

21. — 8534 Ordini Praemonstratensi privilegium dat. (Huius bullae, perperam Lucio III. ascriptae, verba: „pont. a. I." aliena manu addita sunt.) Neues Archiv VI. 343.

„ 21. — 8535 (6037) Ecclesiae Olivolensis seu Castellanae (Venetae) libertatem, privilegia, possessiones confirmat, rogante Iohanne episcopo. Ughelli It. sacr. V. 1241, Migne 179 p. 835. — „Aequum et".

1144. *(Ind. 7. — 1. Sept. — 8. pont. a. 1.)*

Mart. 21. | Laterani | 8536 (6038) Monasterium Admontense tuendum suscipit eiusque bona confirmat, petente Gotefrido abbate. Pez Th. An. III. nr. 663, Wichner Admont p. 251, Zahn Urk. v. Steiermark I. 225, Migne 179 p. 837. — „Cum omnibus".

„ 21. | „ | 8537 Humberto, archiepiscopo Vesontionensi, et Godefrido, episcopo Lingonensi, mandat ut excommunicationis sententiam, in I. de .... (Iohannem de Burbona), qui Martinvillam monasterio Romaricensi abstulerit, promulgatam innovent, donec de illatis iniuriis satisfecerit. Annales de la soc. des Vosges XII. Cahier II. 264. — „Pervenit ad nos".

„ 22. | „ | 8538 (6039) Parthenonem Romaricensem, rogatu Iudith abbatissae, tuendum suscipit privilegiisque auget, ac bona eius confirmat, ea lege, ut quarto quoque anno sorores „cum rustrolino pallio equum candidum" pontifici Romano persolvant. Gall. Chr. XIII. Instr. p. 499, Migne 179 p. 839, (Guinot L'abbaye de Remiremont p. 399). — „Licet ex iniuncto".

„ 12. „ 9238 *(Raimundo) episcopo Magalonensi de hac re scribit et mandat, ut Anianenses in possessionem ecclesiae S. Salvatoris de Rubo inducat. Loewenfeld Epistolae p. 107 in fine ep. 202.

„ 13. „ 9239 (6419) Parthenonem S. Andreae Goessensem, rogatu Adelaidis abbatissae, tuendum suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat, imposito monialibus unius aurei tributo annuo. Pusch et Froehlich Dipl. Styr. I. 123, Zahn Urkundenb. v. Steiermark I. 287, Migne 180 p. 1335. — „Quoties illud".

„ 14. „ 9240 (6421) P(etro) Bituricensi, S(ansoni) Remensi, En(gelbaudo) Turonensi, G(aufredo) Burdigalensi, Hu(goni) Rotomagensi archiepiscopis, et G(aufrido) Carnotensi, M(anassi) Aurelianensi, G(isleberto) Pictaviensi, G(uillelmo) Cenomanensi, U(lgerio) Andegavensi, A(lano) Redonensi, I(ohanni) Aletensi, B(ernardo) Namnetensi, T(heobaldo) Parisiensi. M(anassi) Meldensi, G(osleno) Suessionensi, H(enrico) Trecensi, G(irardo) Sagiensi,

1148. *(Ind. 11. — 25. Sept. — 12. pont. a. 3. — 18. Febr. — 4. 1147. — 25. Mart. — 1148.)*

A(lgaro) Constantiensi, R(ichardo) Abrincensi, R(otrodo) Ebroicensi, Miloni Morinensi, Bartholomaeo Laudunensi, T(eoderico) Ambianensi, O(doni) Bellovacensi episcopis mandat, ut ecclesiarum Maiori-monasterio subiectarum presbyteros obedire abbati iubeant. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 708, Bouquet Rec. XV. 449, Migne 180 p. 1337. — „In generalibus conciliis".

Apr. 14. Remis — 9241 Hugoni archiepiscopo Rotomagensi, Algaro Constantiensi et Rotrodo Ebroicensi episcopis significat, sese militibus templi cum fratribus Troarnensibus super villa „Reimberti ulmus" nuncupata litigantibus „propter absentiam Willelmi comitis" Pontivorum indutias usque ad proximum festum omnium sanctorum (1. Nov.) concessisse. Mandat, ut nisi comes statuto tempore redierit, utraque parte convocata causam determinent. (Cf. supra epp. d. 18. Dec. 1147 datas.) Archives de l'or. lat. II. 255. — „Sicut vestra prudentia".

„ 16. „ — 9242 Ecclesiae Toletanae parochiarum limites confirmat, petente Raimundo archiepiscopo. Neues Archiv VI. 299. — „Pie postulatio".

„ 16. „ — 9243 Confirmat subiectionem eremitarum quorundam, apud Fontem-Gehardi (vel Gyardi) viventium, qui se suaque bona, assensu W(illelmi) episcopi Cenomanensis, Maiori-monasterio tradiderint. Loewenfeld Epistolae p. 107. — „Quemadmodum apostolicae".

„ 18. „ — 9244 *Waltero abbati S. Martini Laudunensis privilegium tribuit. Coll. Baluze t. 51. f. 131 in bibl. nat. Paris.

„ 18. „ — 9245 (6422) Decanos per Bonnensis ecclesiae archidiaconatum constitutos G(erardo) praeposito obtemperare iubet. Günther Cod. dipl. Rhen. Mosel. I. 340, Migne 180 p. 1338. — „Sicut obedientes".

„ 18. „ — 9246 (6423) Monasterii S. Theoderici protectionem suscipit bonaque confirmat, petente Aldrico abbate. Marlot Metr. Rem. II. 358, Migne 180 p. 1338. — „Piae postulatio voluntatis".

„ 20. Catalauni — 9247 (6424) Monasterii S. Dionysii privilegia ac possessiones confirmat, petente Sugerio abbate. Doublet Hist. de St. Denys p. 494, Migne 180 p. 1339. — „Cum omnibus ecclesiis".

„ 20. „ — 9248 (6425) Monasterii S. Remigii Remensis protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Odone abbate. Marlot Metr. Rem. II. 359, Varin Archives adm. de Reims I. 1. 321, Migne 180 p. 1342. — „Officii nostri nos".

„ 23. in territorio Trecensi ap. Brennam — 9249 (6426) Compositionem factam inter (Sibyllam) abbatissam S. Petri Remensis et abbatem (Iohannem) S. Nicasii confirmat. Martene Coll. II. 627, Migne 180 p. 1342. — „Causarum diffinitiones".

„ 24. ap. Claramvallem — 9250 (6427) Monasterii S. Mariae Bassofontensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Balduino abbate. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 151, Migne 180 p. 1343, (Camuzat Promptuarium p. 365[b]: „VIII. kal. Maii"; Lalore Coll. III. 132: „VI. kal. Mai."). — „Quoties illud a".

„ 24. „ — 9251 Monasterii de Insula S. Mariae possessiones confirmat, petente Roberto abbate. Sloet Oorkondenboek I. 285. — „Religiosis desideriis dignum".

„ 26. „ — 9252 Parthenonis de Fonte-summo protectionem suscipit, bonaque ac decumarum immunitatem confirmat, petente Hermingarde abbatissa. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 228. n. 11. (Cop. s. XVIII. in Coll. Moreau t. 63. f. 169 in bibl. nat. Paris.). — „Ad hoc a summo".

26. „ — 9253 (6428) Ecclesiae Buciliensis protectionem suscipit, disciplinamque Praemonstratensem et possessiones confirmat, petente Persico abbate. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 336, Migne 180 p. 1344. — „Piae voluntatis affectus".

(„) — 9254 (6429) Monasterii Theloniensis protectionem suscipit, disciplinamque Praemonstratensem ac bona confirmat. Hugo Vie de S. Norbert p. 134. — „Religiosis desideriis".

„ 27. In territorio Lingonensi — 9255 (6430) Alphonso, Hispaniarum regi, de sua erga eum voluntate scribit. Commemorat, se „petitiones eius pro expeditione contra infidelium tyrannidem facienda libenter admisisse". Hortatur, „ut a querimonia desistat, in eo videlicet, quod a Portugallensium duce ipsum aliquid recepisse, vel illi etiam concessisse opinatus sit, unde iura regni eius debeant imminui". Docet, (Iohannem) episcopum Bracarensem, qui obedire (Raymundo) primati Toletano noluisset, suspensionis sententia affectum esse. Episcopum Cauriensem (? an Auriensem?) propter ecclesiae inopiam a sese

1148. *(Ind. II. — 25. Sept. — 12, pont. a. 3. — 18. Febr. — 4, 1147. — 25. Mart. — 1148.)*

retentum esse. Rosam auream per P(etrum) episcopum Segoviensem mittit. Gratias agit, quod episcopos interesse concilio Remensi voluerit. Mansi XXI. 672, Aguirre Conc. V. 64, Migne 180 p. 1345. — „In pastorum specula".

Apr. 29. Lingonis — 9256 (6431) Sugerio, abbati S. Dionysii, mandat, ut Abbatis-villae priorem ecclesiae S. Genovefae abbatem praeficiat, eique octo fratres ecclesiae S. Martini de Campis adiungat. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 415, Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 501, Bouquet Rec. XV. 449, Mansi XXI. 637, Migne 180 p. 1347. — „Officii nostri nos".

„ 29. — 9257 (6432) Canonicos ecclesiae S. Genovefae de superiore epistola certiores facit. Praecipit, ut priorem Abbatis-villae et fratres S. Martini de Campis honeste recipiant; quorum „sustentationi beneficium decanatus, et praebendas Silvanectensis episcopi et Gregorii diaconi cardinalis et Autissiodorensis thesaurarii deputat". Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 501, Bouquet Rec. XV. 450, Mansi XXI. 637, Migne 180 p. 1347. — „Quisquis catholicae fidei".

„ 30. In territorio Lingonensi — 9258 G(uillelmo) episcopo Rotensi iterum mandat, ut Dodoni episcopo Oscensi adiudicatas ecclesias, remota omni dilatione, restituat. (Pro „II. kal. Mad." fortasse legendum est „V. kal. Mad.".) Neues Archiv VI. 354. — „Miramur et".

Mai. 5. Bisuntii — Ecclesiam S. Iohannis consecrat „3. non. Maii". Martyrol. Vesont. in Act. SS. Iun. T. I. 699.

„ 7. — 9259 (6433) Hugoni, episcopo Autissiodorensi, concedit, ne S. Germani abbas ab abbate Cluniacensi posthac per baculum investiatur. Gall. Chr. XII. Instr. p. 122, Bouquet Rec. XV. 450, Migne 180 p. 1348. — „Postquam controversia".

„ 7. — 9260 (6434) Ecclesiae S. Sepulcri Hierosolymitanae protectionem suscipit bonaque confirmat, petente Petro priore. Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 42, Migne 180 p. 1348. — „Incomprehensibilis et ineffabilis".

„ in montanis — Iurensibus, inter Pontem-Arleium et villam Iuniam. Vide Petri venerab. epist. L. VI. ep. 43 in Bibl. Cluniac. p. 947, ap. Migne 189 p. 461.

„ 14. Lausaniae — 9261 (6435) Ecclesiae ad Plebem martyrum (Ulciensis) protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Petro praeposito. Hist. Patr. Mon. Script. II. 398, Migne 180 p. 1350, (Ulciensis eccl. chartar. p. 5, cum additam. in Miscel. di stor. ital. XX. 563). — „Piae postulatio".

„ 17. — 9262 (6436) Monasterii Bellelagiensis protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Giraldo abbate. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 217, Trouillat Mon. de Bâle I. 311, Gall. Chr. XV. Instr. p. 205, Migne 180 p. 1352. — „Religiosam vitam eligentibus".

17. — 9263 Monasterii S. Mariae de Argonia patrocinium suscipit, ac disciplinam possessionesque confirmat, petente G(ervasio) abbate. Cartul. de Moutier-en-Argonne ms. lat. 10946. s. XII. f. 2, ms. lat. 9905. s. XVI. f. 47 in bibl. nat. Paris., (Neues Archiv VII. 93). — „Apostolicae sedis auctoritate".

„ 17. — 9264 Siginando, praeposito ecclesiae Grandivallensis, petente, possessiones domus pauperum in Villa Monasteriensi constructae confirmat. Trouillat Mon. de Bâle I. 308. — „Ad hoc in sede".

„ 20. — 9265 Ecclesiae S. Stephani Vesontionensis protectionem suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Petro decano. (Pro „12. kal. Ian." leg. „13. kal. Iun.") In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 866. f. 505b. — „Incomprehensibilis et ineffabilis".

„ 20. — 9266 Ecclesiae S. Iohannis Vesontionensis tutelam suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Landrico decano. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 866. f. 512. (Fragm. ap. Chifflet Hist. de Tournus Pr. p. 393.) — „Ex iniuncto nobis".

„ 20. — 9267 Ecclesiae S. Pauli Vesontionensis tutelam suscipit, possessionesque confirmat, petente Petro priore. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 973. f. 78b. — „Sicut iniusta posecntibus".

„ 20. — 9268 (6437) H(umberto), archiepiscopo Vesontionensi, P(etro) decano et capitulo S. Stephani mandat, ut ab Aymone, ecclesiae Biliacensis ad ecclesiam Balmensem pertinentis presbytero, qui adversus excommunicationem a sese prolatam sacra procuraverit, poenas petant. Ecclesiae Balmensi ablata ab eodem reddi iubet. Bullar. Cluniac. p. 60, Bouquet Rec. XV. 481, Migne 180 p. 1353. — „Ex parte Cluniacensium".

„ 25. Agauni — ecclesiam S. Mauritii dedicat „VIII. kal. Iunii". Vide bullam Coelestini III. ap. Aubert Trésor p. 223.

1148. *(Ind. 11. — 25. Sept. — 12, pont. a. 3. — 18. Febr. — 4, 1147. — 25. Mart. — 1148.)*

Mai. 26. ap. S. Mauritium — 9269 Monasterii Paterniacensis tutelam suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Gigone priore. Solothurnisches Wochenblatt 1829 p. 617, Archives de la soc. d'hist. de Fribourg I. 375, Fontes rer. Bern. I. 424. — „Sicut iniusta poscentibus".

„ 27. ap. Ottodorum — 9270 (6438) Monasterii Rochersbergensis protectionem suscipit possessionesque confirmat, petente Ulrico priore. Solothurnisches Wochenblatt 1829 p. 555, Zeerleder Urk. für Bern I. 88, Fontes Rer. Bern. I. 426. — „Piae postulatio voluntatis".

Iun. 15. Vercellis — 9271 Hug(utioni episcopo) . . . . . ceterisque canonicis Vercellensibus bullam tribuit. (Fragmentum.) Hist. Patr. Mon. Leg. municip. II. II. Praef. p. XI. n. 2.

„ 16. — 9272 (6439) Sugerio, abbati S. Dionysii, scribit haec: „praeceptum, quod pro religione monastica in ecclesia S. Genovefae dedisse meminimus, pro bono pacis, si regulares canonicos eiusdem ecclesiae canonici, salvis eorum praebendis, receperint, immutamus; praecipientes, ut beneficia, quae monachis, si in praefata ecclesia fuissent suscepti, duximus deputanda, canonicis ipsis deputentur". Duchesne II. Fr. SS. IV. 502, Bouquet Rec. XV. 451, Mansi XXI. 638, Migne 180 p. 1354. — „Cum dominus ac".

16. — 9273 Ecclesiae S. Mariae Vetiolanensis tutelam suscipit possessionesque confirmat, petente Andrea praeposito. Decimas a monachis exigi vetat. Miscell. di stor. Italiana I. 298. — „Quotiens illud a".

„ 23. Papiae — 9274 (6440) *Monasterii Clarae-vallis Mediolanensis possessiones confirmat. Giulini Mem. di Mil. V. 478—479.

„ 30. — 9275 (6441) A(lberoni), archiepiscopo Trevirensi, et (Alberoni), episcopo Virdunensi, et Metensis Tullensisque ecclesiarum archidiaconis mandat. Mathaeum ducem (Lotharingiae superioris) sub excommunicationis poena admoneant, ut castrum prope Tullum aedificatum destruat. Calmet Hist. de Lorr. II. Pr. p. 334, Hontheim Hist. Trev. I. 561, Benoit Hist. de Toul p. CXXVI, Bouquet Rec. XV. 451, Migne 180 p. 1354. — „Quemadmodum sancta".

„ 30. „ — 9276 Brunoni abbati Claravallensi (d. Mediol.) monasterium Cerretense aliasque possessiones asserit. Vignati Cod. dipl. Laud. I. 164. — „Quotiens illud a nobis".

Iul. 7. Cremae — 9277 (6442) Episcopatus Cremonensis ecclesias iubet Oberto episcopo obtemperare. Ughelli It. sacr. IV. 604, Zacharias Crem. ep. ser. p. 115, Migne 180 p. 1355. — „Ad hoc sancti".

„ 7. Cremonae — 9278 (6443) Monasterium Tollense tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat, petente Alberto abbate. Campi Hist. di Piac. I. 544, Migne 180 p. 1356. — „Quoniam sine verae".

„ 7. — 9279 (6444) Ecclesiae Ulciensi ecclesiam b. Mariae Secusiensem a sese addictam esse testatur. Ulciensis eccl. chartar. p. 18. — „Ne oblivionis".

7. — 9280 Monasterii S. Petri Coeli-aurei Papiensis tutelam suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Anselmo abbate. Wiener Sitzungsb. XCIV. 662. — „Cum omnium ecclesiarum".

(„ 7.) „ — Concilium cum Italiae episcopis, in quo 1) lis „de praecessione" inter (Mosem) Ravennatem et (Ubertum) Mediolanensem archiepiscopos diu agitata terminatur; 2) „Mediolanensis (Syrum) Ianuensem archiepiscopum tamquam de iure suffraganeum suum vendicat, Ravennas (Iohannem) Placentinum"; 3) (Airardus) episcopus Maurianensis adversus Mediolanensem „quaestionem proponit finium regundorum, rogans ut eum liceret egredi de cavernis montium"; 4) civitas Mutinensis (propter vexationes in abbatiam Nonantulanam) dignitate episcopali privatur et eius dioecesis „per quatuor vicinos episcopatus distribuitur", cf. etiam ep. 9331; 5) eadem decreta ac in synodo Remensi promulgantur. Histor. pontif. c. 21 in MG. SS. XX. 533. Cf. Bernhardi Konrad II. 731.

9. Brixiam — pervenit „VII. id. Iulii". Fragmentum ap. Zaccaria Della badia di Leno p. 30. n. 7, Luchi Mon. monast. Leonensis p. 9.

15. Brixiae — 9281 (6445) Universo clero Romano praecipit, ut Arnaldi (Brixiensis) schismatici errores vitent; quod nisi fecerint, eos tam officiis quam beneficiis ecclesiasticis privatum iri denunciat. Mansi XXI. 628, Manrique Ann. Cist. II. 116, Migne 180 p. 1358. — „Fallax et invidus".

16. — 9282 Ecclesiae S. Agathae Cremonensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Lanfranco praeposito. Wiener Sitzungsber. XCVII. 62. — „Quotiens illud a".

1148. *(Ind. II. — 25. Sept. — 12, pont. a. 3. — 18. Febr. — 4, 1147. — 25. Mart. — 1148.)*

Iul. 21.	Brixiae	9283 (6446) Ecclesiam S. Ambrosii Mediolanensem tuendam suscipit eiusque possessiones, petente Martino praeposito, confirmat. Giulini Mem. d. Mil. V. 592, Migne 180 p. 1358. — „Quotiens illud“.
„ 22.	„	9284 (6448) Canonicis ecclesiae S. Antonini Placentinae praecipit, ut „infra triginta dies chrisma et oleum ad opus capellae de Roncalia a Iohanne electo (episcopo) et a Placentina ecclesia humiliter postulent“. Campi Hist. di Piac. I. 545, Migne 180 p. 1361 („XI. kal. Aug.“, cf. Wiener Sitzungsber. XCIV. 638. n. 2). — „Universitati vestrae“.
„ 22.	„	9285 Ecclesiam S. Antonini Placentinam tuendam suscipit, possessionesque et iura confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 242. — „Quotiens illud“.
„ 29.	„	9286 (6447) Parthenonis S. Mauritii Mediolanensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Margarita abbatissa. Muratori Ant. It. V. 563, Puricelli De SS. martyr. Nazario et Celso p. 95, Migne 180 p. 1360. — „Pia postulatio“.
(„)	„	9287 *Episcopis totius Angliae mandat, commoneant (Stephanum) regem, ut (Theobaldo) archiepiscopo Cantuariensi ablata reddat et de iniuriis illatis satisfaciat. Nisi obtemperaverit, terram eius interdicto subiectum ipsumque in proximo festo S. Michaelis (Sept. 29) excommunicatum iri scribit. Hist. Pontif. c. 18 in MG. SS. XX. 532.
(„)	„	9288 *Episcopos et principes regni Francorum rogat, ut Theobaldum archiepiscopum Cantuariensem „in oportunitatibus suis“ adiuvent. Hist. Pontif. c. 18 in MG. SS. XX. 532.
(„)	„	5289 *Clero populoque provinciae Cantuariensis praecipit, ut Theobaldo, Cantuariensi archiepiscopo, obediant et „ad vocationem eius veniant, tamquam esset in sede sua“. Hist. Pont. c. 18 in MG. SS. XX. 532.
Aug. 13.	„	ad S. Petrum in Oliveto pervenit „Idibus Augusti, propter infirmitatem“. Fragmentum ap. Zaccaria Della badia di Leno p. 30. n. 7, et Luchi Mon. monast. Leonensis p. 9.
„ 20.	„	9290 (6449) Ecclesiae S. Salvatoris Venetae tutelam suscipit, possessionesque et iura confirmat. Cornelii Eccl. Ven. XIV. 93, Migne 180 p. 1361. — „Religiosam vitam“.
„ 24.	„	9291 (6450) Gerardum, episcopum Bononiensem, laudat, quod consules populumque Bononiensem induxerit, ut Nonantulanis succurrerent contra Mutinenses. Nuntiat, se Reginos ac Parmenses, ne Mutinensibus subvenirent, dehortatum esse, Mutinamque urbem sede episcopali in perpetuum privasse. Savioli An. Bol. I. II. 216, Migne 180 p. 1363. — „Super eo, quod“.
„ 29.	„	in ecclesia S. Petri in Oliveto „Africanum archiepiscopum“ consecrat „IV. kal. Sept.“. Fragmentum ap. Zaccaria Della badia di Leno p. 30. n. 7, Luchi Mon. monast. Leonensis p. 9.
Sept. 6.	„	9292 Guilelmo abbati S. Benedicti super Padum monasterium S. Mariae de Pratalia et monasterium SS. Firmi et Rustici in Paduano episcopatu sita asserit. Fragm. ap. Gloria Cod. dipl. Pad. I. 378, Regest. in Wiener Sitzungsber. XCVII. 63. — „Religiosis desideriis dignum“.
„ 8.	„	9293 (6451) Parthenonem S. Salvatoris et S. Iuliae Brixiensem tuendum suscipit, eiusque bona ac privilegia confirmat, petente Richilda abbatissa. Margarini Bull. Cas. II. 167, Migne 180 p. 1363. — „Cum omnibus“.
„ 8.	Brixia	discedit „VI. id. Sept.“. Fragmentum ap. Zaccaria Della badia di Leno p. 30. n. 7, Luchi Mon. monast. Leonensis p. 9.
„ 9.	Lenense	S. Benedicti monasterium consecrat „altera die“. Fragmentum ap. Zaccaria l. l. et Luchi l. l.
„ 9.	ap. Lenense monasterium	9294 Ecclesiam S. Crucis Colimbriensem tuendam suscipit, eiusque possessiones ac privilegia confirmat, petente Teutonio priore. Portugalliae monum. hist. SS. I. 69. — „Apostolicae sedis auctoritate“.
„ 9.	„	9295 (6452) Ecclesiae S. Mariae Brixiensis protectionem suscipit canonicorumque possessiones confirmat. Gradonici Pont. Brix. p. 205, Migne 180 p. 1366. — „Aequitatis et iustitiae“.
„ 13.	Aparme	9296 (6453) Heinrico, episcopo Moraviensi, commendat G(uidonis) diaconi cardinalis (S. Mariae in Porticu), legati in Poloniam missi, negotia tam ibidem, „quam in alia terra illa, quae noviter luce Christianae fidei est perfusa“, efficienda. Boczek C. D. M. I. 251, Theineri Disqu. crit. p. 211, Bielowski Mon. Pol. hist. II. 9, Cod. dipl. mai. Polon. I. 20, Migne 180 p. 1368. — „Qui de fratrum“.

1148. *(Ind. 11. — 25. Sept. — 12, pont. a. 3. — 18. Febr. — 4, 1147. — 25. Mart. — 1148.)*

9297 (6454) Sugerium, abbatem S. Dionysii, laudat, quod statum ecclesiae S. Genovefae ordinaverit; cuius „thesaurum et instrumenta, quae adhuc per seculares canonicos detineantur, abbati et fratribus assignari" iubet. Duchesne H. Fr. SS. IV. 508, Bouquet Rec. XV. 452, Mansi XXI. 640, Migne 180 p. 1368. — „Quoniam ad religiosorum".

Oct. 18. Pisis — altare S. Pauli consecrat „15. kal. Nov.". Vide titulum ap. Tronci Mem. di Pisa p. 79—80.

„ 19. „ — 9298 (6455) Monasterii S. Mariae in monte Silentii (seu in Arena) Vratislaviensis protectionem suscipit ac possessiones confirmat, petente Arnulfo abbate. Adler Aelteste Gesch. p. 23, (Stenzel SS. R. Sil. II. 164 not. 1, Cod. dipl. Silesiae VII. 27). — „Quotiens illud a".

Nov. 9. „ — 9299 (6456) Iohannem, electum Placentinum, graviter increpat, quod festo S. Lucae (18. Oct.) nec ad sese accesserit nec litteras responsales miserit. Praecipit ei, ut „usque ad octavas epiphaniae (13. Ian. 1149) Moysen Ravennatem archiepiscopum adeat, et ab eo tamquam metropolitano proprio consecrationem accipiat". Muratori R. It. SS. II. 1. 208, Migne 180 p. 1369. — „Nobis non exstat".

„ 9. — 9300 (6457) Clerum populumque Placentinum iubet (Moysi) metropolitae, archiepiscopo Ravennati, parere. Muratori R. It. SS. II. 1. 208, Migne 180 p. 1369. — „Sicut obediens".

„ 10. — 9301 (6458) Moysi, archiepiscopo Ravennati, eiusque successoribus asserit ius consecrandorum episcoporum Placentinorum. Rubei Hist. Rav. p. 332, Ughelli It. sacr. II. 215, Mansi XXI. 665, Migne 180 p. 1370. — „Dilecti filii".

„ 11. „ — 9302 (6459) Ecclesiam S. Mariae Lunensem, petente Gotifredo episcopo, tuendam suscipit eiusque bona confirmat. Ughelli It. sacr. I. 845, Migne 180 p. 1371. — „In eminenti sedis".

„ 13. „ — 9303 (6460) Monasterii Camaldulensis, rogatu Azonis prioris, possessiones confirmat, a Ieronimo, episcopo Aretino, concessas. Mittarelli Ann. Cam. III. app. p. 446, Migne 180 p. 1372. — „Locorum venerabilium".

„ 15. „ — 9304 (6461) Parthenonis S. Hilari protectionem suscipit, et possessiones ac privilegia confirmat, petente Agnete abbatissa. Lami Del. erud. 1737 p. 213, Soldani Hist. mon. de Passin. p. 128, Migne 180 p. 1373. — „Quoniam sine vero".

„ 18. — 9305 (6462) Parthenonem S. Martini Agellensem tuendum suscipit, eiusque disciplinam, possessiones, privilegia confirmat, petente Agnete abbatissa. Muratori Ant. It. V. 997, Migne 180 p. 1375. — „Prudentibus virginibus".

(„) „ — 9306 (6463) H(ugoni) Autissiodorensi et G(osleno) Suessionensi episcopis et Sugerio, abbati S. Dionysii, mandat, si H. magister post appellationem ad apostolicam sedem factam episcopus Atrebatensis electus sit, ut electionem rescindant. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 510, Bouquet Rec. XV. 452, Mansi XXI. 641, Migne 180 p. 1376. — „Dilectus filius noster L."

„ 22. ap. S. Geminianum — 9307 (6464) Monasterii S. Mariae Morronensis tutelam suscipit, possessionesque ac iura confirmat, petente Guidone abbate. Mittarelli Ann. Cam. III. app. p. 447, Muratori Ant. It. III. 1163, Migne 180 p. 1377. — „Religiosis desideriis".

23. „ — Ecclesiam dedicat „IX. cal. Dec.". Vide titulum ap. Coppi Annali di Sangimignano p. 52, sed in titulo ap. Pecori Storia di San Gimignano p. 633 legitur: „XI. kal. Dec." (21. Nov.).

„ 29. Sene — 9308 (6465) Monasterii Scotorum S. Iacobi Ratisponensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Christiano abbate. Ried I. 219, Migne 180 p. 1378. — „Quotiens illud a".

„ 29. Senis — 9309 Parthenonem S. Ambrosii de Monte Cellensi tuendum suscipit, eiusque possessiones et iura confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 662. — „Piae postulatio voluntatis".

Dec. 30. Viterbii — „III. kal. Ianuarias". Epist. Wibaldi ap. Jaffé Bibl. I. 264, Martene Coll. II. 327.

9310 Monasterii S. Crispini de Cavea Suessionensis tutelam suscipit, possessionesque confirmat, petente Rogero abbate. Ex Coll. Baluze t. 73. f. 229 in bibl. nat. Paris. misit Delisle; Chartularium S. Crispini ms. lat. 18372. f. 14 in eadem bibl. — „Honestis (an Religiosis?) desideriis".

1148?

9311 (6466) Sugerio, abbati S. Dionysii, scribit, se post nunciorum eius adventum de ecclesia S. Genovefae responsurum esse. Duchesne II. Fr. SS. IV. 515, Bouquet Rec. XV. 453, Mansi XXI. 641, Migne 180 p. 1379. — „Quoniam sicut literarum".

9312 (6467) Sugerio, abbati S. Dionysii, affirmat, se non diffidentia ei Hugonem, episcopum Autissiodorensem, „in denunciatione sententiae suae adiunxisse, sed ut S. Genovefae seculares canonici in eo specialiter invidiae causas non habeant exercere". Duchesne II. Fr. SS. IV. 515, Bouquet Rec. XV. 457, Mansi XXI. 642, Migne 180 p. 1380. — „Notum sit discretioni".

9313 (6468) Sugerium, abbatem S. Dionysii, rogat, ut Hugoni canonico S. Victoris ad sese reversuro „equitaturam unam et expensas, quae pro ipsa et eius sessore in reditu sufficiant, largiatur, et abbati ac fratribus S. Genovefae iniungat, ut de redditibus decanatus viginti quinque libras Proviniensium Hugoni restituant". Hugonem, episcopum Autissiodorensem, ei adiunctum esse scribit, „ut causae inimicitiarum secularium canonicorum ecclesiae S. Genovefae contra eum minuerentur". Duchesne II. Fr. SS. IV. 516, Bouquet Rec. XV. 457, Mansi XXI. 642, Migne 180 p. 1380. — „De dilectione tua".

1145—1149.

9314 G(aufrido) archiepiscopo Burdigalensi controversiam inter G(islebertum) episcopum Pictaviensem et monachos S. Cypriani terminandam committit. Archives hist. du Poitou III. 20. — „Causam monasterii".

9315 G(isleberto) episcopo Pictaviensi scribit, causam inter eum et S. Cypriani monachos G(aufrido) archiepiscopo Burdigalensi terminandam se commisisse. Archives hist. du Poitou III. 20. — „Super prudentia tua".

1149. *(Ind. 12, pont. a. 4. — 18. Febr. — 5, 1148. — 25. Mart. — 1149.)*

Ian. 1. Viterbii 9316 (6469) Wibaldo abbati et capitulo Corbeiensi significat, se archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis per regnum Teutonicum constitutis mandasse, ut „quamdiu Henricus, quondam Corbeiensis abbas, in suae pravitatis proposito perduraret, eum in suis ecclesiis nequaquam reciperent". Jaffé Bibl. I. 229, (Martene Coll. II. 293, Migne 180 p. 1380). — „Quantum sit necessarium".

„ 2. „ 9317 (6470) Rodulphi, episcopi Hortani, et canonicorum maioris ecclesiae controversias diiudicat. Ughelli It. sacr. I. 736, Migne 180 p. 1381. — „Ne oblivionis".

„ 15. „ 9318 (6471) Petri, praepositi Ulciensis, cum clericis S. Mariae Secusiensibus litem dirimit. Ulciensis eccl. chartar. p. 17, vide Miscell. di stor. ital. XX. 573. — „Quotiens aliqua".

„ 18. „ 9319 (6472) Hugoni abbati S. Augustini Cantuariensi praecipit, ut „tamdiu monasterium eius a divinis officiis abstineat, quamdiu post interdictum, a Theobaldo archiepiscopo prolatum, ibi fuerint indebite celebrata". Archiepiscopo permissum esse, ut (Silvestrum) priorem et Willelmum excommunicatos absolveret. Chron. W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1808, Hist. mon. S. August. Cant. p. 397, Migne 180 p. 1382. — „Antiquus humani generis".

„ 28. †9320 Monasterii Schaffhusensis possessiones, rogatu Odalrici abbatis, confirmat. („Dat. Lateranis V. kal. Febr., ind. X, inc. a. 1148, p. a. IV.") Fickler Quellen u. Forsch. p. 53, Quellen z. Schweiz. Gesch. III. 1. 118, Wirtemberg. Urkundenb. IV. 356, cf. etiam Hidber Schw. Urk.-Reg. II. 49. — „Commissi nobis officii".

„ 31. „ 9321 (6473) Heremi Fontis-Avellani protectionem suscipit et possessiones iuraque confirmat, petente Sabino priore. Mittarelli Ann. Cam. IX. 28, Migne 180 p. 1383. — „Piae postulatio voluntatis".

Febr. 8. „ 9322 (6474) Monasterii S. Petri Mutinensis, bulla ad Placitum abbatem, protectionem suscipit ac bona confirmat, haec praefatus: „Mutinensium contumaciam et graves excessus, quos diu contra mandata sedis apostolicae commiserunt, (punire volentes) communicato consilio fratrum nostrorum tam cardinalium quam aliorum episcoporum, Mutinensem ecclesiam in perpetuum episcopali dignitate privavimus et ipsius parochiam per vicinos episcopatus divisimus; monasterium b. Petri in ius et proprietatem S. R. ecclesiae reservavimus". Muratori Ant. It. IV. 185, Affarosi Notizie istoriche di Reggio I. p. XIV, Migne 180 p. 1384. — „Sicut devoti".

1149. *(Ind. 12, pont. a. 4. — 18. Febr. — 5, 1148. — 25. Mart. — 1149.)*

Febr. 25. Viterbii 9323 S. (leg. Theobaldo) Parisiensi, I(ocelino) Suessionensi, M(anassi) Meldensi, P(etro) Silvanectensi episcopis praecipit, ut presbyteros a fratribus S. Genovefae electos in ecclesiis eorum ad curam animarum admittant. Loewenfeld Epistolae p. 108. — „Ecclesia S. Genovefae".

Mart. 1. „ 9324 (6475) Heinrici, episcopi Moraviensis, valetudinem commiseratur. De rebellibus in gratiam cum eo reversis gratulatur. Boczek C. D. M. I. 243, Migne 180 p. 1385. — „Cum de statu".

„ 3. „ 9325 (6476) Heinrico, episcopo Moraviensi, mandat, absolvat L(adislaum), ducem Poloniae, a L. (Iacobo) iam defuncto archiepiscopo Gnesnensi, quod „collecta Saracenorum multitudine terram Christianorum invasisset", excommunicatum. (Pro „V. non. Maii" leg. „V. non. Martii". Cf. Erben Reg. Bohemiae I. 124.) Boczek C. D. M. I. 245, Bielowski Mon. Pol. hist. II. 9, Cod. dipl. mai. Pol. I. p. 19, Migne 180 p. 1385. Vide Bernhardi Konrad III. p. 470. — „Sicut ad vestram".

5. „ 9326 Ecclesiae Belnensis tutelam suscipit, possessionesque confirmat, petente Radulfo decano. Pflugk-Harttung Acta I. 205. — „Piae postulatio voluntatis".

„ 11. „ 9327 Ecclesiam S. Laurentii Corbeiensem tuendam suscipit, eiusque bona confirmat, petente Olrico priore. In bibl. nat. Paris. Cartul. noir de Corbie ms. lat. 17758. s. XIII. f. 156^{b} et 164; (Copia s. XIX in Coll. Moreau t. 64. f. 22 male descripta est). — „Quotiens illud a".

„ 17. „ 9328 (6477) Clero et populo de Lemos, de Sarria, de Flamoso, de Paramo, de utraque Neira, de Navia, de Suarna, de Buron, de Balonga, de Aviancos, de Camba, de Elma praecipit, cum M. episcopus Ovetensis ecclesias eorum episcopo Lucensi restituerit, ut huic obediant. Risco España sagr. XLI. 307, Migne 180 p. 1386. — „Cum ecclesiae vestrae".

„ 20. „ 9329 Plebem de Elsa tuendam suscipit eiusque possessiones et iura confirmat sub 12 nummorum tributo annuo. Pflugk-Harttung Iter p. 242. — „Quotiens illud".

„ 25. „ 9330 (6478) Heinrico, episcopo Moraviensi, epistolae latoris apud ducem negotia commendat. Boczek C. D. M. I. 244, Migne 180 p. 1386. — „Lator praesentium pro".

Apr. 8. Tusculani 9331 (6479) Archipresbyteris decem dioecesis Mutinensis significat, se ecclesias eorum A(lberio), episcopo Regino, concessisse, cum propter Mutinensium contumaciam paroecias civitatis inter episcopatus vicinos divisisset, quibusdam ecclesiis sibi reservatis. Tiraboschi Mem. Mod. III. 21, Migne 180 p. 1387. — „Sicut per partes".

„ 10. †9332 (6480) Monasterii S. Petri Salzburgensis privilegia, petente Eberhardo archiepiscopo, confirmat. („Dat. Trecis per man. Guidonis S. R. E. diac. card. et cancellarii", cet.) Nov. chron. S. Petri Salzb. p. 223, Migne 180 p. 1387. Cf. Meiller Reg. archiep. Salisb. p. 437. n. 82. — „Ad hoc ecclesiae".

„ 10. „ 9333 I(ohanni) Patavino et L(othario) Vicentino episcopis mandat, compellant quosdam parochianos Veronenses, ut bona canonicis Veronensibus ablata restituant. Wiener Sitzungsber. XCIV. 662. — „Ex parte canonicorum".

„ 13. „ 9334 Monasterii Montis S. Eligii patrocinium suscipit bonaque confirmat, petente Hugone abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 64. f. 61, (Pflugk-Harttung Acta I. 205, ubi clausulae verba „Dat. Pisis cet.", ex Innocentii II. bulla, quo modo nescio, huc translata, delenda sunt). — „Piae postulatio voluntatis".

„ 30. „ 9335 (6481) G(uidoni) abbati Bonavallensi, praecipit, ut fratres Vallis-magnae in ordinem Cisterciensem recipiat. Gall. Chr. VI. Instr. p. 322, Hist. de Languedoc II. Pr. p. 511, nov. ed. V. 1081, Migne 180 p. 1390. — „Quoniam sanctae", „Quando sanctae".

„ 30. „ 9336 (6482) G. Cuxanensi, Bisuldunensi, Balneolensi, Gerensi, Vabrensi, Castrensi et S. Savini abbatibus praecipit, ut G(uillelmo) abbati Massiliensi a sese confirmato obediant. Martene et Dur. Vet. Script. I. 803, Coll. de Cartulaires IX. 269, Migne 180 p. 1390. — „Dilectum filium".

Mai. 3. „ 9337 (6483) Conrado marchioni (Misnensi) respondet, se ad eius voluntatem archiepiscopo Magdeburgensi mandata dedisse. A(lbertum), praepositum Misnensem, eiusque canonicos commendat. Schöttgen Gesch. Conr. d. Grossen p. 309, Schannat Vind. lit. II. 77, Cod. dipl. Sax. reg. II. Hauptth. I. 52, MG. SS. XXIII. 147, Migne 180 p. 1390. — „Literas nobilitatis".

1149. *(Ind. 12, pont. a. 4. — 18. Febr. — 5, 1148. — 25. Mart. — 1149.)*

Mai. 6. Tusculani — 9338 Monasterii Cavensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, Marino abbate petente. Guillaume L'abbaye de Cava App. p. 32. — „Commisse nobis apostolice".

„ 16. „ — 9339 (6483a) (Hugonem) Senonensem et (Hugonem) Rotomagensem archiepiscopos et (Goslenum) Carnotensem, (Manassem) Meldensem, (Balduinum) Noviomensem episcopos hortatur, ut parochianos suos, qui damna et iniurias ecclesiae Parisiensi intulerint, ad satisfaciendum cogant. Cartul. de Notre-Dame (Suite des pastoraux) s. XII. LL. 177. p. 246 in tab. nat. Paris., (Collection des Cartulaires IV. 226). — „Filius noster Clemens".

„ 20. „ — 9340 (6484) H(ugoni), archiepiscopo Viennensi, mandat, iudicet inter Petrum, abbatem Cluniacensem, et (Henricum), episcopum Eduensem, de ecclesiis Poloniacensibus litigantes. Bullar. Cluniac. p. 62, Bouquet Rec. XV. 453, Migne 180 p. 1391. — „Controversiae, quae".

9341 (6485) Hugoni abbati S. Augustini Cantuariensi concedit, ut, sublato interdicto, inde a die 1. m. Augusti sacra in monasterio procurentur. Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1809, Hist. mon. S. August. Cant. p. 599, Migne 180 p. 1391. — „Obedientia et".

9342 (6486) Theobaldo, archiepiscopo Cantuariensi, exprobrat, quod (Silvestrum) priorem et Willelmum monachum S. Augustini nondum absolverit; quod fieri iubet. Reprehendit eum, quod „homines eiusdem monasterii pro participatione excommunicatorum praeter ecclesiasticam poenam ad redemptionem coegerit"; praecipit, ut expressam pecuniam reddat. Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1809, Hist. mon. S. August. Cant. p. 599, Migne 180 p. 1392. — „Quoniam personam".

Iun. 14. „ — 9343 (6487) (Hugoni) archiepiscopo et capitulo Turonensi respondet, se litteras ad excommunicatas Dolensem et Briocensem ecclesias non putasse mittendas. Excommunicationis sententiam, ab archiepiscopo in eas prolatam et in concilio Remensi a sese confirmatam, valere iubet, donec ad ecclesiae Turonensis obedientiam redierint. Martene et Dur. Vet. SS. I. 812, Bouquet Rec. XV. 453, Mansi XXI. 690, Migne 180 p. 1392. — „Litteras vestras".

„ 23. „ — 9344 (6488) C(onradum) Romanorum regem, Hierosolyma redeuntem, de acceptis calamitatibus consolatur. Scribit, „postquam eum ad Lombardiae partes incolumem pervenisse acceperit, sicut per Ar(tvicum), Bremensem archiepiscopum, et A(nselmum), Havelbergensem episcopum, ei significaverit", se ad eum legatos misisse, „qui siquidem" inquit „usque in Tusciam progressi, ex quo te ad Teutonicas partes pertransiisse noverunt, ad nostram praesentiam redierunt". Mittit Franconem, per quem de regni statu instrui cupit. Ottonis Fris. Gest. Frid. L. I. c. 61, in Mon. Germ. SS. XX. 387: „8. kal. Iul."; Jaffé Bibl. I. 304: „9. kal. Iul.", (Martene Coll. II. 357, Mansi XXI. 629, Migne 180 p. 1393). — „Cum in hoc mundo".

Iul. 8. „ — 9345 (6489) H(ugoni), archiepiscopo Senonensi, eiusque suffraganeis mandat, ut, Ludovico rege in partibus Hierosolymitanis commorante, congressu facto pertinaces regni perturbatores excommunicent. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 523, Bouquet Rec. XV. 454, Mansi XXI. 643, Migne 180 p. 1394. — „Quanta devotione".

„ 8. „ — 9346 (6490) Sugerium, abbatem S. Dionysii, iubet molestias fortiter ferre. Significat de litteris ad archiepiscopos de perturbatoribus regni missis. Duchesne II. Fr. SS. IV. 523, Bouquet Rec. XV. 453, Mansi XXI. 643, Migne 180 p. 1395. — „Literas, quas nobis".

Aug. 15. „ — 9347 (6491) Sugerio, abbati S. Dionysii, haec nunciat: „Rex Siciliae suis literis intimavit, sibi relatum fuisse, quod Ludovicus rex Franciae in regno suo applicuisset, et versus Siciliam tenderet, obviaturus reginae, putans eam ex partibus Barbariae illuc advenisse". Duchesne II. Fr. SS. IV. 522, Bouquet Rec. XV. 454, Mansi XXI. 642, Migne 180 p. 1396. — „Benedictus Deus, qui".

Sept. 7. „ — 9348 (6492) Sororibus Fontis-Ebraldi respondet, se de dedicanda abbatissa M(athilde) quod petierint facturum. Pavillon Vie de Rob. d'Arbr. p. 631, Gall. Chr. II. Instr. p. 362, Bouquet Rec. XV. 455, Migne 180 p. 1396. — „Sicut ex litterarum".

Oct. 6. „ — 9349 (6493) C(onrado), Romanorum regi, respondet. se T(iebaldo), eius capellano, praeposituram Xantensem ea lege asseruisse, ut eam, quam ante habuisset, praeposituram (S. Severini Coloniensem) deponeret. Henrico, iuniori regi, salutem ascribit. Jaffé

1149. *(Ind. 12. pont. a. 4. — 18. Febr. — 5, 1148. — 25. Mart. — 1149.)*

Bibl. I. 315. (Martene Coll. II. 367, Migne 180 p. 1397). — „Litteras excellentiae tuae".

Oct. 10. Tusculani 9350 (6494) B(ermundo), episcopo Biterrensi, mandat, ut T., nobili viro Hierosolymis redeunti, capellae in palatio construendae licentiam concedat. Martene Thes. I. 412, Hist. de Languedoc II. 521, Bouquet Rec. XV. 455, Migne 180 p. 1397. — „Nobilis vir".

„ 21. 9351 (6495) Serloni, abbati Savigneiensi, concedit, ut „tam de personis, quam de rebus monasteriorum ei subiectorum, iuxta Cisterciensium fratrum constitutionem disponendi et ordinandi habeat facultatem". „Prohibet, ut nulli post factam in eisdem locis professionem liceat, se ab eius vel successorum subiectione subtrahere". Martene et Dur. Vet. Script. I. 813, Neustria pia p. 684, Migne 180 p. 1398. — „Cum omnibus ecclesiasticis".

24. 9352 (6496) Heinrico, episcopo Moraviensi, consulenti respondet: 1) clericos gradu deiectos non esse restituendos; 2) qui non ordinatus sacra procuraverit, eum ut laicum principi terrae ad poenam esse tradendum; 3) non licere sororii viduam ducere. Addit de clerico quodam, bigamiae accusato, nisi „septima manu sui ordinis expurgari" possit, removendo. Mittit „bonum electuarium", quo valetudini suae consulat. Boczek C. D. M. I. 261, Migne 180 p. 1398. — „Litteras fraternitatis tuae".

25. 9353 (6497) Hen(rico) archiepiscopo Moguntino, mandat, ut „tam per se quam per episcopos suffraganeos circumvagationes pseudonunciorum", qui „sub nomine suo discurrant et indebitis exactionibus fideles ecclesiae fatigare praesumant, studiose ac diligenter attendat, et si aliquis ad manus eius vel suffraganeorum devenerit, et praecipue Ildebrandinus, quondam Iacincti diac. card. (S. Mariae in Cosmidin) serviens, capi faciat". Jaffé Bibl. III. 401, (Denis Cod. manuscr. I. III. 2871. Migne 180 p. 1399. — „Pervenit ad aures".

25. 9354 (6498) Universis fratribus Fontebraldensibus praecipit, „ut Fontebraldensi abbatissae et priorissae obediant, sanctimonialium claustra nequaquam ingredi absque licentia attentent, nec ad commune capitulum convenire negligant". Nicquet Hist. de l'ordre de Fontevraud p. 379, Migne 180 p. 1400. — „Quemadmodum sanctorum patrum".

Nov. 6. 9355 (6499) Monasterii S. Lucii Curiensis protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Aimone priore. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 65, Mohr Cod. dipl. I. 158, Migne 180 p. 1400. — „Iustis religiosorum desideriis".

7. „ 9356 (6500) Sugerio, abbati S. Dionysii, nunciat, se A. et Her. clericis Meldensibus communionem reddidisse. Mandat, ut inter eos et Goslinum accusatorem iudicium exerceat; „si vero" inquit „Goslinus in probatione defecerit, septima manu sui ordinis purgationem praedictorum clericorum suscipias et eos ab infamia immunes publice nuncies". Duchesne II. Fr. SS. IV. 527, Bouquet Rec. XV. 456, Mansi XXI. 644, Migne 180 p. 1401. — „Filii nostri A."

„ 19. 9357 (Iohanni) episcopo Placentino scribit, ut a (Moyse) episcopo Ravennate consecrationem in eius ecclesia accipiat. Pflugk-Harttung Iter p. 806.

„ 25. „ 9358 Warnerio abbati et fratribus Maioris-monasterii asserit ecclesiam S. Mariae Boninuntii, a Symone de Baugenciaco iniuste detentam ac in manibus Manassis episcopi Aurelianensis refutatam. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12739. f. 387 et 12879. f. 138. — „Divinis institutionibus".

28. Laterani 9359 (6501) C(onrado), Romanorum regi, scribit de electione (Thiedbaldi) praepositi Xantensis a sese confirmata. Memorat. „quanta Arnoldus, archiepiscopus Coloniensis, circa officium suum superbiendo commiserit; unde" inquit „in concilio, quod Remis celebravimus, excisionis sententiam pertulisset, nisi, regiae parcentes absentiae, detrimentum aliquod regno eventurum exinde putaremus". Regis precibus commotus, archiepiscopo „usque ad dominicam, qua cantatur: Ego sum pastor bonus (30. Apr. 1150) inducias concedit". Henricum, iuniorem regem, salutat. Jaffé Bibl. I. 323, (Martene Coll. II. 371. Mansi XXI. 684, Migne 180 p. 1403). — „Quantum affectum erga".

Dec. 19. 9360 (6502) Oberti archiepiscopi et ordinariorum ecclesiae Mediolanensis statuta de communi vita servanda et reditu ecclesiae distribuendo confirmat. Giulini Mem. di Mil. V. 594, Migne 180 p. 1403. — „Ad hoc universalis".

1149. *(Ind. 12, pont. a. 4. — 18. Febr. — 5, 1148. 25. Mart. — 1149.)*

Dec. 19. Laterani — 9361 (6503) Universis fidelibus, „qui ad annuam celebrationem dedicationis ecclesiae b. Frigdiani Lucensis convenerint, ex iniuncta iis poenitentia remissionem 40 dierum indulget". (Pro: „XIIII. Ianuarii" leg.: „XIIII. kal. Ian.") Baluzii Misc. IV. 594, Migne 180 p. 1404. — „Sicut ad vestram".

„ 29. — 9362 (6504) Archiepiscopo Bracarensi minatur, nisi ante proximam dominicam in ramis palmarum (9. Apr. 1150) primati Toletano obedientiam exhibuerit, fore ut a muneris administratione denuo removeatur. Mansi XXI. 674, Aguirre Conc. V. 66, Migne 180 p. 1405. — „Quanta sit obedientiae".

„ 29. „ — 9363 (6505) Alphonso, regi Hispaniarum, scribit, ex litteris eius se percepisse, eum ignorare, quibus beneficiis a sese affectus sit. Memorat, se „ecclesiam Compostellanam in deferenda cruce ante metropolitanum speciali praerogativa decorasse"; deque superiore epistola addit. (Pro „XIV. id. Ianuar." legendum videtur „IV. kal. Ian.") Mansi XXI. 673, Aguirre Conc. V. 65, Migne 180 p. 1405. — „Sicut ex inspectione".

1149?

9364 (6506) Sugerium, abbatem S. Dionysii, inter R. sacerdotem et S(tephanum) archidiaconum iudicem constituit. Illum qui verberaverint, eos excommunicari iubet. Duchesne H. Fr. SS. IV. 528, Bouquet Rec. XV. 442, Mansi XXI. 645, Migne 180 p. 1406. — „Quidam sacerdos R."

9365 (6507) H(ugoni), archiepiscopo Senonensi, de superiore epistola significat. Duchesne II. Fr. SS. IV. 528, Bouquet Rec. XV. 442, Mansi XXI. 645. Migne 180 p. 1407. — „Quidam sacerdos tuus".

9366 (6508) Sugerio, abbati S. Dionysii, mandat, indicet inter Petrum et Iozelinum, canonicum Meldensem. Duchesne II. Fr. SS. IV. 532, Bouquet Rec. XV. 455, Mansi XXI. 645, Migne 180 p. 1407. — „Pro controversia et".

9367 *Henrico, filio Willelmi archidiaconi Eliensis, ecclesiam de Stiveswrde asserit. Vide litteras in Mus. Brittan. ms. Cotton. Tit. A. 1. f. 40. Dedit F. Liebermann.

1145—1150.

9368 (6509) Fratrum S. Laudi Rotomagensium disciplinam canonicam confirmat, petentibus Hugone archiepiscopo et Algaro, episcopo Constantiensi. (Fragmentum.) Neustria pia p. 805, Migne 180 p. 1408. — „Religiosis desideriis".

1150. *(Ind. 13. — 25. Sept. — 14, pont. a. 5. — 18. Febr. — 6, 1149. — 25. Mart. — 1150.)*

Ian. 23. Laterani — 9369 (9510) Archiepiscopum, episcopos et alios ecclesiarum praelatos per Poloniam constitutos reprehendit, quod excommunicationis et interdicti sententiam, a G(uidone) diacono cardinali in W(ladislai) ducis adversarios prolatam, non observaverint; monet, ut resipiscant. Martene Coll. II. 406, Mansi XXI. 685, Bielowski Mon. Pol. hist. II. 17, Cod. dipl. maioris Pol. I. p. 22. Migne 180 p. 1408. — „Quod vos benedictionis".

„ 30. — 9370 (6511) Monasterii S. Martini Anhusani protectionem suscipit, bonaque ac iura confirmat, petente Gerhardo, episcopo Augustensi. Besold Doc. red. p. 204, Petri Suev. eccl. p. 92, Wirtemberg. Urkundenb. II. 55, Migne 180 p. 1409. — „Cum omnibus venerabilibus".

Mart. 12. — 9371 Redditus burgi S. Edmundi, „servitio altaris monasterii S. Edmundi et sacristae ministerio deputatos", confirmat, bulla Helyae sacristae directa. Battely Antiqu. S. Edm. p. 149. — „Quae ad honorem".

„ 12. — 9372 Iohanni (leg. Iordano) abbati Casae-dei ecclesiam b. Liberatae, ab Hildeberto episcopo Aginnensi traditam, asserit. (Clausula vitiosa). Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand XIX. 69, Mon. pont. Arverniae p. 217. — „Apostolicae sedis nos".

„ 12. — 9373 Compositionem inter Iordanum abbatem Casae-dei et Adelbertum episcopum Nemausensem factam approbat. Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrant XIX. 70, Mon. pont. Arverniae p. 218.

„ 13. — 9374 Inter fratres Casae-dei et monachos Brantomenses factam super ordinatione ipsius monasterii a Gaufrido, archiepiscopo Burdigalensi, concordiam approbat. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12767. f. 14. — „Quae a fratribus".

„ 15. „ — 9375 Monasterium S. Marini Papiense, ad ordinationem monasterii Casae-dei pertinens,

1150. *(Ind. 13. — 25. Sept. — 14, pont. a. 5. — 18. Febr. — 6, 1149. — 25. Mart. — 1150.)*

tuendum suscipit eiusque possessiones confirmat. (Notae temporis vitiosae.) In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12767. f. 23b. — „In apostolicae sedis".

Mart. 17. Laterani — 9376 Ar(noldo) Coloniensi et I(llino) Trevirensi archiepiscopis eorumque suffraganeis parthenonem Romaricensem nuper combustum reaedificandum commendat; „non tam attendentes", inquit, „quod illae iam pridem conversatione carnali subventionis nostrae indignas (se) exhibuerunt, quam quod sacrae religionis cultum in eodem loco credimus processu temporis reformandum et spiritalibus convertendam prudentiam esse". Annales de la soc. des Vosges XII. Cahier II. 271, Guinot L'abbaye de Remiremont p. 401. (Correxi ex autographo in bibl. nat. Paris. chartes de Remiremont.) — „Combustionem Romaricensis".

„ 19. — 9377 (6512) Episcopo Castellano (Veneto) scribit, sanctum esse patrum auctoritate, ut decimarum „una pars episcopo, alia clero, tertia pauperibus, quarta ecclesiae sartis tectis" debeatur; quare fratribus S. Salvatoris debitam decimarum partem assignandam curet. Ughelli It. sacr. V. 1240, Migne 180 p. 1411. — „Quod decimarum".

„ 21. — 9378 Rogerio abbati Balantiarum (seu Valloriensi) bullam tribuit. Neues Archiv VII. 93. — „Quod in nostra".

Apr. 14. — 9379 (6513) Monasterio S. Benedicti Placentino, rogatu Vitalis abbatis, oratorium b. Petri, in territorio Taurinensi situm, a fratribus Vallumbrosanis posthac incolendum, ita confert, ut annuus aurei unius census pontificibus Romanis persolvatur. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 801, Campi Hist. di Piac. II. 351, Migne 180 p. 1411. — „Quotiens illud".

14. „ — 9380 (6514) Ecclesiam S. Laurentii Ianuensem tuendam suscipit, canonicorumque possessiones confirmat. petente Guiberto praeposito. Ughelli It. sacr. IV. 863, Migne 180 p. 1411. — „Officii nostri".

„ 16. — 9381 Hugoni, abbati S. Germani de Pratis Parisiensi, asserit ecclesiam S. Mariae Magdalenae de Monte Calvulo. Autographum in tab. nat. Paris. L. 228. n. 1bis. (Cop. saec. XII in Cartul. S. Germ. de Pratis, Cartul. des trois croix, LL. 1024. fol. 8.) — „Quae a fratribus".

„ 20. — 9382 (6515) Parthenonis Fontis-Ebraldi, rogatu Mathildis abbatissae, statuta confirmat, et praecipit, „ut omnes virgines eiusdem ordinis, quae gratiam benedictionis debeant percipere, infra illius monasterii claustrum, in quo sint obsequio mancipatae, a diocesano episcopo benedictionem recipiant, si eam gratis et absque molestia et pravitate exhibere voluerit"; alioquin ad id alium episcopum vocent. Pavillon Vie de Robert d'Arbrissel p. 631, Migne 180 p. 1413. — „Religiosis postulationibus".

„ 23. — 9383 Archiepiscopos, episcopos, abbates et universos ecclesiarum praelatos hortatur, moneant populum, ut ad usum Templariorum pecuniam colligant. Benefacientibus indulgentiam proponit. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 228. n. 2bis. — „Milites templi".

„ 24. „ — 9384 Hartwico, praeposito S. Georgii, asserit capellam S. Andreae, petente C(onrado), episcopo Passaviensi. Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Quellen IX. 261, Marian Gesch. der österr. Klerisey IX. 191. — „Sicut iniusta poscentibus".

„ 25. „ — 9385 (6516) Sugerio, abbati S. Dionysii. haec scribit: „Immensum pietatis opus, quod Ludovico Francorum regi divina misericordia inspiravit, nos plurimum anxios reddit. Gravem namque Christiani nominis iacturam, quam nostris temporibus ecclesia Dei sustinuit, et recentem adhuc effusionem sanguinis tantorum virorum ad memoriam revocantes, grandi timore concutimur. Ceterum devotio praedicti filii aliquantulum dolorem mitigat. Sed ne tantum opus nostra occasione remaneat, mandamus, quatinus regis et baronum atque aliorum regni sui animos diligenter studeas perscrutari et si ad tam arduum opus eos promptos agnoveris, consilium et auxilium nostrum, quantum poteris, et remissionem peccatorum, sicut in aliis literis nostris continetur, secure promittas". Duchesne H. Fr. SS. IV. 538. Bouquet Rec. XV. 457, Mansi XXI. 646, Migne 180 p. 1414. — „Immensum pietatis".

„ 27. — 9386 *Ecclesiae Vicensis protectionem suscipit. Villanueva Viage literario VII. 6.

„ 28. Romae ap. S. Petrum — 9387 (6517) Sugerio. abbati S. Dionysii, mandat. ut „quidquid de ecclesiae S. Genovefae thesauro per seculares obligatum sit ex quo mutatio ecclesiae ad eorum pervenerit notitiam. de proprio eos redimere cogat; quod vero ante obligatum fuerit, de communi tam regularium quam secularium faciat redimi". Duchesne H. Fr. SS. IV. 537, Bouquet Rec. XV. 457, Mansi XXI. 646, Migne 180 p. 1415. — „Prudentiam tuam latere".

1150. *(Ind. 13. — 25. Sept. — 14, pont. a. 5. — 18. Febr. — 6, 1149. — 25. Mart. — 1150.)*

Mai. 13. Romae ap. S. Petrum — 9388 (6518) Ecclesiam S. Mariae de Reno tuendam suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat, petente Guidone priore. Trombelli Mem. di Reno p. 367, Bull. Lat. p. 33, Migne 180 p. 1415. — „Religiosis desideriis".

„ 23. „ — 9389 (6519) Waltero, abbati Walacriensi, concessam ab Hartberto episcopo Ultraiectensi licentiam monasterii in alium locum transferendi confirmat. Miraei Opp. dipl. III. 722, Hugo O. P. A. II. Pr. p. 129, Mieris Charterb. I. 99, Van den Bergh Oorkondenb. I. 1. 84, Migne 180 p. 1417. — „Sicut iniustis petitionibus".

„ 25. — 9390 (6520) Canonicis Aurelianensibus praecipit, ut ecclesiam S. Letae Philippo, fratri regis Francorum, reddant, „aut in praesentia Hugonis, Altissiodorensis episcopi, ei exinde iustitiam faciant". Martene Coll. II. 629, Bouquet Rec. XV. 458, Migne 180 p. 1418. — „Ex parte dilecti".

„ 26. „ — 9391 (6521) Sugerio, abbati S. Dionysii, mandat, ut Stephanum, archidiaconum Senonensem, „evocet iterum, et si quinta manu sui ordinis super illatis criminibus se poterit expurgare, ipsum ab impetitione R. presbyteri absolutum remittat". Duchesne H. Fr. SS. IV. 539, (Mansi XXI. 647, Migne 180 p. 1418). — „Sacerdos ille R.".

„ 27. Laterani — 9392 (6522) Petro praeposito Ulciensi praecipit, ne in ecclesia S. Mariae Secusiensi „umquam amodo quispiam ordinetur, vel recipiatur, nec victus alicui, neque vestitus donum concedatur, nisi regulari prius habitu sumpto, canonicam vitam professus fuerit". Ulciensis eccl. chartar. p. 18. — „Cum beatae Mariae".

Iun. 1. Romae ap. S. Petrum — 9393 Concordiam inter Guillelmum abbatem Massiliensem et Gaufridum episcopum canonicosque Avenionenses super ecclesia S. Nicolai Tarrasconensi factam a Nicolao, episcopo Albanensi, Iordano, pr. card. tit. S. Susannae, G(regorio) S. Angeli, G(uidone) S. Mariae in Porticu et I(acintho) S. Mariae in Cosmidin diaconis cardinalibus confirmat. Coll. des Cartulaires IX. 369. — „Quotiens (illud a)".

„ 5. „ — 9394 *Monasterii S. Victoris Massiliensis possessiones et privilegia confirmat, petente Guillelmo abbate. Coll. des Cartulaires IX. 240. — („Cum universis per".)

„ 10. Laterani — 9395 (6523) Monasterii S. Nicolai Andegavensis protectionem suscipit, ac bona confirmat, petente Bartholomaeo abbate. Lepeletier Monast. S. Nicolai Andegav. p. 76. — „Quotiens illud a nobis".

„ 12. — 9396 B(ernardo) abbati et fratribus S. Petri Perusinis nuntiat, sese falsis litteris apostolicis in medium prolatis, controversiam eorum cum hospitali Perusino in favorem eius diiudicasse, cet. Pflugk-Harttung Acta II. 348. — „Rerum gestarum memoria".

„ 15. — 9397 Ecclesiae S. Mariae de Ispida („in S. R. E. solo et possessione fundatae") tutelam suscipit, possessionesque et iura, petente Marco priore, confirmat, ea tamen lege, ut unus bizantius Lateranensi palatio annuatim persolvatur. Gloria Cod. dipl. Pad. I. 390. — „Religiosam vitam degentibus (an corr.: eligentibus?)".

„ 19. Albani — 9398 (6524) Sugerium, abbatem S. Dionysii, laudat, quod „pro defectu Orientalis ecclesiae attentam sollicitudinem gerat"; „petitioni eius et aliorum" ait „qui sibi super causa ipsa scripserint, quamvis gravissimum sibi fuerit propter imbecillitatem personae, in qua omnium vota concurrant, assensum tamen denegare se nequaquam potuisse". Mandat, ut una cum (Balduino) episcopo Noviomensi in ecclesia Compendiensi „religionem statuat". Duchesne H. Fr. SS. IV. 542, Bouquet Rec. XV. 458, Mansi XXI. 648, Migne 180 p. 1419. — „Ex eo, quod pro".

„ 22. — 9399 (6525) W(ibaldo), abbati Corbeiensi, mandat, quod scribit H(einrico) episcopo Mindensi antea nequicquam mandatum esse, ut God(eboldum) canonicum E(verardo) ablata reddere cogat. Jaffé Bibl. I. 396, (Martene Coll. II. 435, Migne 180 p. 1420). — „Lator presentium E(verardus)".

„ 24. „ — 9400 (6526) W(ibaldum), abbatem Corbeiensem, de binis, quae sequuntur, litteris certiorem facit. Addit hoc: „Coloniensi autem archiepiscopo (Arnoldo) idcirco nostra scripta non misimus, quia veniens ad nos plenitudinem sui officii minime reportavit". Jaffé Bibl. I. 397, (Martene Coll. II. 436, Migne 180 p. 1420). — „Litteras dilectionis tuae".

(„) („) — 9401 (6527) H(einrico), episcopo Mindensi, scribit, ecclesiam Kaminatensem „pro eo, quod quidam monachus, dum resarciret tecta, casu corruerit et ita sine sanguinis effusione obierit, reconciliandam non esse, nec a divinis debere cessare obsequiis". Ablata quaedam ecclesiae eiusdem bona repeti iubet. Jaffé Bibl. I. 398, (Martene Coll. II. 437, Migne 180 p. 1421). — „Pervenit ad aures".

1150. *(Ind. 13. — 25. Sept. — 14. pont. a. 5. — 18. Febr. — 6. 1149. 25. Mart. — 1150.)*

(Iun.) (Albani) 9402 (6528) H(artwicum), archiepiscopum Bremensem, hortatur, ut Wibaldum, abbatem Corbeiensem, in recuperandis bonis Kaminatensibus adiuvet. Jaffé Bibl. I. 399, (Martene Coll. II. 437. Migne 180 p. 1421). — „Episcopalis officii est".

(„) („) 9403 (6529) C(onradum), Romanorum regem, „sublimes legatos ex communi consilio principum" ad sese missurum esse gaudet; „desiderium siquidem nostrum est" inquit „ut ea inter ecclesiam et regnum, quae a praedecessoribus nostris et tuis statuta sunt, inter nos et maiestatem tuam firmentur". Monasterii Morbacensis negotium (Amadeo) episcopo Lausannensi commissum nunciat. Ottoni, qui nasum clerico praeciderit, communionem reddendam esse negat. Jaffé Bibl. I. 399, (Martene Coll. II. 438, Mansi XXI. 686, Migne 180 p. 1422). — „Quod per sublimes".

(Iul.) Anagniae Vide Hist. pont. c. 32 in MG. SS. XX. 538.

(„) Ciperani cum Rogerio rege colloquitur. Hist. Pont. l. l.

Sept. 16. Signiae 9404 Canonicorum Lucensium possessiones et iura confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 243. — „Iustis votis".

Oct. 23. 9405 (6530) Monasterii Ebracensis protectionem suscipit bonaque confirmat, petente Ada abbate. Pflugk-Harttung Acta II. 349, (Lang Regesta I. 197, Brevis notitia monast. Ebrac. p. 67). — „Iustis religiosorum desideriis".

23. 9406 (6531) Parthenonis Wechterswinklensis protectionem suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Buxta abbatissa. Pflugk-Harttung Acta II. 350, (Lang Regesta I. 197). — „Religiosis desideriis dignum".

24. 9407 (6532) Pontio, abbati Vizeliacensi, significat, se de eius negotio ad episcopum Eduensem et ducem Burgundiae litteras dedisse. Praecipit, ut ad Hugonem, episcopum Altissiodorensem, vocatus accedat. Duchesne Hist. des ducs de Bourgogne, preuv. p. 47, D'Achery Spicil. II. 510, Bouquet Rec. XV. 461, Mansi XXI. 657, Migne 180 p. 1423. — „Quid venerabili".

24. (..) 9408 (6533) Ducem Burgundiae hortatur, ut monasterio Vizeliazensi de illatis damnis satisfaciat, aut ius suum apud Hugonem, episcopum Altissiodorensem, persequatur. D'Achery Spic. II. 510, Bouquet Rec. XV. 460, Mansi XXI. 656, Migne 180 p. 1423. — „Quanto divinae".

(„) 9409 (6534) (Henrico), episcopo Eduensi, praecipit, ut, quae homines eius monasterio Vizeliacensi abstulerint, reddi iubeat, aut causam ad Hugonem, episcopum Altissiodorensem, deferat. D'Achery Spicil. II. 509, Bouquet Rec. XV. 560, Mansi XXI. 655, Migne 180 p. 1424. — „Apostolicae sedis clementia".

(„) (..) 9410 (6535) Hugoni, episcopo Altissiodorensi, mandat, ut appellatus iudicium faciat inter episcopum Eduensem et monasterium Vizeliacense. D'Achery Spicil. II. 510, Bouquet Rec. XV. 461, Mansi XXI. 656, Migne 180 p. 1424. — „Venerabili fratri".

Nov. 21. 9411 (6536) Monasterii S. Quirini Tegernseensis protectionem suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Conrado abbate. Mon. Boic. VI. 169, Hund III. 400, Orig. Guelf. I. 90, Migne 180 p. 1425. — „Commissae nobis apostolicae".

21. 9412 (6537) E(berhardum), archiepiscopum Salzburgensem, monet, cogat Ottonem palatinum comitem, ut O(ttoni) episcopo Frisingensi satisfaciat de iniuriis inter missam illatis. C(onradum) abbatem et monachos Tegernseenses commendat. (Epistola haec est Alexandro III. perperam tributa.) Pez Thes anecd. VI. 1. 393, Migne 180 p. 1427. — „Ex parte venerabilis".

(.. ..) (..) 9412a Conrado, Romanorum regi, ecclesiam Frisingensem commendat, eumque monet, ut O(ttoni) episcopo de iniuriis inter missam ab O(ttone), filio O(ttonis) comitis palatini, illatis iustitiam faciat. (Fragm. hoc Alexandro III. perperam tribuitur.) Meichelbeck Hist. Fris. I. 1. 370, cf. Wattenbach in Arch. f. K. österr. Gesch. XIV. 59. — „Regiae dignitati".

„ 21. 9413 (6594) O(ttoni), episcopo Frisingensi, mandat, ut monasterium Tegernseense contra O(ttonem) palatinum comitem tueatur. (Haec cum ea quae sequitur epistola Alexandro III. falso ascripta est.) Pez Thes. anecd. VI. 1. 392, Migne 180 p. 1484, ubi pro „XVI. kal. Dec." legendum esse „XI. kal. Dec." annotat Wattenbach in Arch. f. K. österr. Gesch. XIV. 59. — „Ad nostrum spectat".

(..) (..) 9414 (6595) (Eberhardo), archiepiscopo Salzburgensi, mandat, ut Ottonem comitem palatinum ablata monasterio Tegernseensi reddere cogat. Pez Thes. anecd. VI. 1. 392, Migne 180 p. 1480. — „Ex parte dilecti".

1150. *(Ind. 13. — 25. Sept. — 14. pont. a. 5. — 18. Febr. — 6, 1149. — 25. Mart. — 1150.)*

Nov. 23. Ferentini 9415 (6538) P. ecclesiae S. Frigdiani Lucensis priorem rogat, mittat fratres, qui regularium canonicorum disciplinam in ecclesiam Montis-belli introducant. Baluzii Misc. IV. 595, Migne 180 p. 1427. — „Aequum est et".

„ 24. 9416 (6539) Ecclesiam S. Mariae Montebellicnsem tuendam suscipit et eius bona ac iura confirmat. Savioli Ann. Bol. I. II. 221, Bull. Lat. p. 34, Migne 180 p. 1428. — „Officii nostri".

„ 26. „ 9417 (6540) Monasterii Raitenbuchensis protectionem suscipit et possessiones ac privilegia confirmat, petente Ottone praeposito. Mon. Boic. VIII. 13, Hund Metr. Sal. III. 145, Greinwald Orig. Raitenb. I. 216, Migne 180 p. 1429. — „Commissae nobis".

Dec. 2. „ 9418 (6541) Monasterii Lobiensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Francone abbate. Vos Lobbes II. 449, Miraei Opp. dipl. II. 1169, Migne 180 p. 1431. — „Commissa nobis".

„ 2. 9419 (6542) F(ranconi) abbati et universo conventui Lobiensi praecipit, ne „canonicos S. Ursmari in uno choro et in uno refectorio patiantur pariter secum consedere", neve ulli „vel laico, vel clerico, nisi monachus aut conversus fiat, praebendam concedant". Martene Coll. II. 630, Migne 180 p. 1434. — „Pervenit ad apostolicae".

„ 2. 9420 Ecclesiae S. Mariae de Valle (al. Villa) Gemini protectionem suscipit ac possessiones confirmat. Autogr. in tabular. capituli Perusini. Dedit Bethmann. (Pflugk-Harttung Iter p. 243.) — „Ad hoc universalis".

„ 7. „ 9421 Ecclesiae Tranensis protectionem suscipit ac possessiones confirmat. Bisantio archiepiscopo eiusque successoribus pallium concedit statuitque, ut metropolis eius nulli nisi sedi Romanae subiecta sit. Prologo Le carte di Trani p. 104. — „In eminenti".

„ 13. 9422 (6543) Monasterii S. Mariae Compendiensis disciplinam ac possessiones confirmat et privilegia auget, bulla ad Odonem abbatem. Gall. Chr. X. Instr. p. 121, Migne 180 p. 1435. — „Potestatem ligandi".

„ 15. „ 9423 (6544) Ecclesiae Pennensis bona, petente Grimaldo episcopo, confirmat. (Fragmentum.) Ughelli It. sacr. I. 1120, (Migne 180 p. 1437).

„ 15. „ 9424 Monasterii S. Michaelis de Periculo-maris tutelam suscipit, ac possessiones confirmat, petente Gaufrido abbate. Copia s. XVI in Arch. dép. de la Manche, in St.-Lô, H. 15035bis. — „Pie postulatio voluntatis".

„ 16. 9425 Ecclesiae S. Irenaei Lugdunensis, rogatu Huberti archiepiscopi, tutelam suscipit ac possessiones confirmat, bulla ad Paredum priorem. Guigue Cartul. Lyonnais I. 44. — „Pie postulatio voluntatis".

„ 17. „ 9426 Monasterii S. Genovefae Parisiensis possessiones ac iura confirmat, petente Odone „primo abbate". In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 55. f. 158^{b}. — „Dominus sapientia".

„ 19. „ 9427 (6545) Ecclesiam Monopolitanam, petente Michaele episcopo, tuendam suscipit eiusque libertatem, possessiones, privilegia confirmat. Ughelli It. sacr. I. 964, Migne 180 p. 1437. — „Et iustitiae".

„ 22. 9428 Theobaldo archiepiscopo Cantuariensi mandat, prohibeat, ne archidiaconus Cantabrigiensis pecuniam pro chrismate exigat, sicut Ricardus monachus Eliensis, praesentium lator, coram se conquestus sit. Ex Mus. Brit. ms. Tit. A. 1. f. 41. Dedit Liebermann. — „Praesentium lator".

9429 Monasterii Ioiacensis possessiones, petente Rainaldo abbate, confirmat. Ex chart. Ioiac. p. 159, ms. lat. 9172. bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Quotiens illud".

c. 1150.

9430 (6547) Eberhardo, episcopo Bambergensi, et Adamo, abbati Eberacensi, mandat, ut clericos saeculares ab (Henrico) archiepiscopo Moguntino et (Burchardo) episcopo Eichstetensi contra voluntatem b. m. Gebehardi, episcopi Eichstetensis, in ecclesiam Heidenheimensem reductos expellant. Ilungum commendat. Falckenstein Cod. dipl. p. 30, Mansi XXI. 662, Migne 180 p. 1439. — „Bonae memoriae Gebehardus".

9431 (6548) Henricum, archiepiscopum Moguntinum, reprehendit, quod in ecclesiam Heidenheimensem clericos reduxerit. De superiore epistola significat. Falckenstein Cod. dipl. p. 32, Mansi XXI. 663, Migne 180 p. 1440. — „Quod in ecclesiam".

9432 *Theobaldo archiepiscopo Cantuariensi et Hilario episcopo Cicestrensi praecipit, ut causam inter Henricum, filium Willelmi archidiaconi Eliensis, et conventum Eliensem, de ecclesia de Stiveswrde inquirant. Vide litteras sequentes l. l.

9433 Theobaldo archiepiscopo Cantuariensi et Hilario episcopo Cicestrensi respondet,

c. 1150.

ex litteris eorum se cognovisse, Iosephum pro monachis Elicnsibus Henricum „literarum falsificationis“ coram eis accusasse; hunc autem ad sese appellasse, et cum Iosephus procedere non potuisset, vexari de cetero non debere. Mandat, ut Heinrici purgationem accipiant et controversiam determinent. Incentorem Willelmum archidiaconum ad se transmitti iubet. Ex Mus. Brit. ms. Cotton. Tit. 1. f. 40. Dedit Liebermann. — „Ex litteris“.

1145—1151.

9434 (6550) Sugerio, abbati S. Dionysii, scribit, B(ernardum) abbatem Clarevallensem sibi significasse, comitem Audegavensem fratris sui terram esse invasurum. Hortatur, si censeat ut ipse intercedat, litteras ad sese quam primum mittat. Martene Thes. I. 416, Bouquet Rec. XV. 461, Migne 180 p. 1441. — „Sicut in litteris“.

9435 (6551) Sugerio, abbati S. Dionysii, commendat Mo. subdiaconum, ut largitate eius liberetur ab aere alieno, studiisque litterarum operetur. Martene Thes. I. 416, Bouquet Rec. XV. 462, Migne 180 p. 1441. — „Dilectionis tuae“.

9436 (6552) Sugerium, abbatem S. Dionysii, de nepotis eius Iohannis obitu consolatur. Nuncium ut mittat, monet. Duchesne H. Fr. SS. IV. 493, Bouquet Rec. XV. 456, Mansi XXI. 636, Migne 180 p. 1442. — „Super obitu filii“.

1150—1151.

Nov. 3. Signiae — 9437 Monasterio Savigneiensi asserit terras, a b. m. Ric(ardo) et Phi(lippo), eius successore, episcopis Baiocensibus, concessas. Cart. de Savigny s. XIII. f. 151 in Arch. dép. de la Manche in St.-Lô. — „Apostolici moderaminis clementie“.

„ 11. „ — 9438 Militibus templi Hierosolymitani concessas a nobili viro, b. m. Symone et Agnete, uxore eius, possessiones confirmat. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 228. n. 2°. — „Quae a devotione“.

1151. *(Ind. 14. — 25. Sept. — 15, post, a. 6. — 18. Febr. — 7, 1150. — 25. Mart. — 1151.)*

„Quatuor pallia per legatum suum Iohannem Papirum (Paparo) transmittit in Hiberniam, quo nunquam antea pallium delatum fuerat“. Chronica de Mailros 1151 ap. Fell R. A. SS. p. 167, ed. Stevenson p. 74.

Ian. 13. Ferentini — 9439 (6553) Monasterii Salvatoris et S. Bonifatii Fuldensis privilegia et possessiones confirmat, petente Marchuardo abbate. Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 394, Migne 180 p. 1442, (Schannat Dioec. Fuld. p. 259). Cf. Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 503. — „Cum omnibus ecclesiasticis“.

„ 13. — †9440 (6554) Monasterii Weissenauensis protectionem suscipit, et iura quaedam bonaque confirmat. („Dat. Ferentini p. m. Bosonis S. R. E. scriptoris“.) Pflugk-Harttung Acta II. 351, (Lang Regesta I. 198). — „Rem dolendam quereris“.

„ 21. — 9441 Inter Canonicos Pisanos et fratres S. Ruxorii factam a Villano archiepiscopo Pisano compositionem super silva Tomuli approbat. Pflugk-Harttung Iter p. 243. — „Officii nostri“.

„ 24. — 9442 (6555) Monasterium S. Salvatoris Maiellanum, rogatu Alexandri prioris, tuendum suscipit bonaque eius confirmat, imposito monachis aurei unius censu annuo. Bull. Vatic. I. 48, Migne 180 p. 1444. — „Iustis religiosorum“.

„ 26. „ — 9443 (6556) M(anassi), episcopo Aurelianensi, praecipit, ut aut ecclesiam S. Machuti monasterio Vizeliacensi restituat, aut apud Hu(gonem), archiepiscopum Senonensem, causam dicat. D'Achery Spicil. II. 512, Bouquet Rec. XV. 462, Mansi XXI. 661, Migne 180 p. 1449. — „Ex conquestione dilectorum“.

„ 26. — 9444 (6557) (Hugoni), archiepiscopo Senonensi, mandat, iudicet inter Pontium, abbatem Vizeliacensem, et M(anassen), episcopum Aurelianensem, de ecclesia S. Machuti litigantes. D'Achery Spic. II. 512, Bouquet Rec. XV. 462, Mansi XXI. 660, Migne 180 p. 1449. — „Dilectorum filiorum“.

Febr. 10. — 9445 (6558) Ecclesiae Aurelianensis privilegia et possessiones, petente Manasse episcopo, confirmat. Gall. Chr. VIII. Instr. p. 510, Migne 180 p. 1449. — „Quotiens illud“.

„ 11. „ — 9446 Ecclesiam S. Crucis Aurelianensem tuendam suscipit, canonicorumque possessiones confirmat, petente Manasse episcopo. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 78. f. 10. — „Sicut irrationabilia“.

1151. *(Ind. 14. — 25. Sept. — 15, pont. a. 6. — 18. Febr. — 7, 1150. — 25. Mart. — 1151.)*

Febr. 14. | Ferentini | 9447 G(ertrudi) abbatissae parthenonis S. Mariae et S. Godehardi Hugesdorfensis et Alb(erto) eiusdem loci praeposito significat, confirmare se libertates, quas Albertus, archiscopus Moguntinus, de electione abbatissae et praepositi, de advocato removendo, de sepultura libera aliisque concesserit. Rein Thuringia sacra II. 115. „Sicut apostolice sedis".

„ 19. | „ | 9448 Ecclesiae Augustodunensis possessiones et privilegia confirmat, rogatu Heinrici episcopi, a sese pallio decorati. Charmasse Cart. de l'év. d'Autun p. 11. — „In eminenti apostolicae".

„ 23. | „ | 9449 (6559) Pontio, abbati Vizeliacensi, praecipit, ut „proximis octavis b. Martini" (18. Nov.), nisi cum He(nrico) episcopo Eduensi in gratiam redierit, ad sese aut ipse veniat, aut legatos mittat. Aliam rem apud Hugonem, episcopum Altissiodorensem, agi vult. D'Achery Spic. II. 510, Bouquet Rec. XV. 462, Mansi XXI. 657, Migne 180 p. 1451. — „Veniens ad praesentiam".

„ 24. | „ | 9450 (6560) Monasterium S. Trinitatis et S. Michaelis Miletense, rogatu Roberti abbatis, tuendum suscipit et eius possessiones ac iura confirmat, ea lege, ut monachi auri unciam sedi Romanae quotannis pendant. (Huius bullae fides addubitatur in Storia d. bad. della S. Trinità di Mileto p. 120, ut mecum communicat de Backer.) Ughelli It. sacr. I. 952, Pirri Sic. sacr. II. 1259, Migne 180 p. 1452. — „Cum omnibus".

„ 25. | „ | 9451 (6561) Ludovicum, Francorum regem, hortatur, ut quaedam ecclesiae Bellovacensis beneficia a militum quorundam iniuriis defendat. Martene Coll. II. 630, Bouquet Rec. XV. 463, Migne 180 p. 1454. — „Catholici regis industria".

(„) | („) | 9452 (6562) Henrico, episcopo Bellovacensi, de superiore epistola significat. Martene Coll. II. 631, Bouquet Rec. XV. 463, Migne 180 p. 1455. — „Litteras et nuntium".

„ 25. | „ | 9453 (6563) Hugoni, episcopo Altissiodorensi, et Bernhardo, abbati Clarevallensi, mandat, ut inter Ludovicum, Francorum regem, et eius fratrem Henricum, episcopum Bellovacensem, pacem concilient. Martene Coll. II. 633, Bouquet Rec. XV. 464, Migne 180 p. 1456. — „Notitiam vestram latere".

„ 25. | „ | 9454 (6564) Hugoni, archiepiscopo Rotomagensi, mandat, ut milites ecclesiam Bellovacensem vexantes et excommunicatione et interdicto afficiat. Martene Coll. II. 634, Bouquet Rec. XV. 464, Migne 180 p. 1457. — „Veniens ad praesentiam".

Mart. 3. | „ | 9455 (6565) G. rectorem et populum Bononiensem cohortatur, ut habitatores Sancti Cassiani et R(udolphum), episcopum Imolensem, ab Imolensium iniuriis constanter defendant. Savioli Ann. Bol. I. II. 224, Migne 180 p. 1457. — „Predecessorum vestrorum".

„ 7. | „ | 9456 (6566) Ecclesiam b. Petri Bellovacensem tuendam suscipit et possessiones eius confirmat, petente Henrico episcopo. Gall. Chr. X. Instr. p. 259, Louvet Hist. de Beauvaisis II. 286, Migne 180 p. 1458. — „Venerabilis in".

„ 8. | „ | 9457 (6567) Henrico, episcopo Bellovacensi, per litteras „propria manu scriptas" respondet haec: „nec in camera nostra, nec alio loco vel tempore, cum de tua illa singulari et secreta petitione nobus locutus fuisti, tibi assensum dedimus". Monet, ut redire ad ecclesiam festinet. Martene Coll. II. 635, Bouquet Rec. XV. 465, Migne 180 p. 1459. — „Ut responsum super".

„ 10. | „ | 9458 (6568) Hugoni, archiepiscopo Rotomagensi, mandat, cogat Hugonem de Gornaco, ut Erquerino, civi Burgensi, libras Bellovacenses 72 et marcas argenti 2 restituat. Martene Coll. II. 635, Migne 180 p. 1460. — „Venerabilis fratris nostri".

„ 11. | „ | 9459 (6569) Henrico, episcopo Bellovacensi, episcopalis muneris deponendi licentiam denegat. Martene Coll. II. 636, Migne 180 p. 1460. — „Si semper quotiens".

„ 11. | „ | 9460 *Ecclesiae S. Mariae Celsonensis possessiones confirmat. Villanueva Viage literario IX. 62.

„ 15. | „ | 9461 (6570) Monasterium Michaelsteinense tuendum suscipit, eiusque disciplinam Cisterciensem, a Beatrice abbatissa Quedlinburgensi ibidem institutam, et possessiones ac privilegia confirmat, petente Rogero abbate. Leuckfeld Antiqu. Michaelstein. p. 87. Erath Cod. dipl. Quedl. p. 88, Migne 180 p. 1460. — „Quoniam sine vero".

„ 17. | „ | 9462 (6571) Ecclesiam b. Iohannis Valciacensem (Carnoti) tuendam suscipit et eius bona legesque confirmat, petente Guarino abbate. Gall. Chr. VIII. Instr. p. 332. Migne 180 p. 1462. „Quotiens istud".

1151. *(Ind. 14. — 28. Sept. — 15, pont. a. 6. — 18. Febr. — 7, 1150. — 25. Mart. — 1151.)*

Mart. 20. Ferentini 9463 (6572) Ecclesiam S. Carauni tuendam suscipit et eius bona, iura, leges confirmat, petente Theobaldo abbate. Gall. Chr. VIII. Instr. p. 334, Migne 180 p. 1463. — „Quoniam sine observantia".

„ 30. 9464 (6573) Monasterii Rotensis patrocinium suscipit et bona iuraque confirmat, petente Lothario abbate. Hund III. 268, Mon. Boic. I. 359, Migne 180 p. 1464. — „Quotiens illud".

30. 9465 (6574) Monasterium S. Quirini de Rosis tuendum suscipit, eiusque bona confirmat, petente Antonio priore. Mittarelli Ann. Cam. III. app. p. 454, Migne 180 p. 1466. — „Quotiens illud".

„ 30. 9466 Monasterium SS. Petri et Pauli Malmesburiense tuendum suscipit eiusque bona ac privilegia, rogatu Petri abbatis, confirmat, imposito fratribus unciae auri tributo annuo. Registrum Malmesbur. I. 348. — „Commissae nobis apostolicae".

„ 30. 9467 T(heobaldo) archiepiscopo Cantuariensi, ap. sed. legato, Io(celino) Saresberiensi, I(ohanni) Wigorniensi, R(oberto) Lincolniensi, R(oberto) Bathoniensi episcopis mandat, ut castellanos quosdam ab iniuriis in monasterium Malmesburiense dehortentur. Registrum Malmesbur. I. 381. — „Venerabilia et Deo".

30. 9468 Conventum eremitarum in Valle-magna tuendum suscipit. Wiener Sitzungsber. XCIV. 663. — „Quoniam sine verae".

„ 31. 9469 Monasterii S. Mariae de Valle Iosaphat tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Guidone abbate. Delaborde Chartes de Terre Sainte p. 61. — „Quoniam reginam celorum".

Apr. 1. 9470 (6575) Roberti, archiepiscopi Acherontini, iura metropolitana confirmat, eumque pallio donat. Ughelli It. sacr. VII. 32, Migne 180 p. 1467. „In eminenti(s)".

4. („) 9471 (6576) Parthenonis S. Cyriaci Gernrodensis, rogatu Hadwigae abbatissae, protectionem suscipit, possessionesque confirmat, imposito sororibus marcae argenti censu annuo. Beckmann Hist. von Anhalt I. 173, Heinemann Albrecht d. Bär p. 464 et C. D. Anhalt. I. 270. — „Officii nostri nos".

11. 9472 (6577) S. Pontii et Crassensi abbatibus praecipit, ne homines a Petro archiepiscopo Narbonensi excommunicatos recipiant, neve inconsulto eodem presbyteros ecclesiis dioecesis eius praeficiant. Marca De concordia sac. II. 193, Bouquet Rec. XV. 465, Mansi XXI. 678, Migne 180 p. 1469. — „Ex conquestione venerabilis".

15. 9473 (6578) Moniales S. Georgii Pragenses de Heinrici, episcopi Moraviensis, morte consolatur. De altarium ornamentis missis gratias agit. Boczek C. D. M. I. 264, Migne 180 p. 1470. — „Obitus venerabilis fratris".

21. 9474 (6579) Hospitalis S. Blasii Modoetiensis possessiones et privilegia confirmat, petente Adam magistro. Frisi Mem. de Monza II. 61, Migne 180 p. 1470. — „Ad hoc in".

„ 25. („) 9475 (6580) Parthenonis S. Petri maioris Florentini bona et privilegia confirmat, petente Magdalena abbatissa. Ughelli It. sacr. III. 94, Lami Eccl. Fl. M. II. 1094, Migne 180 p. 1471. „Religiosis desideriis".

Mai. 2. 9476 Ecclesiae b. Mariae Vercellensis patrocinium suscipit, possessionesque et iura confirmat, imposita canonicis bizantii aurei pensione annua. Pflugk-Harttung Iter p. 243. — „Quotiens illud".

„ 6. 9477 Ecclesiam Mantuanam tuendam suscipit eiusque possessiones confirmat, petente Regibone archipresbytero. D'Arco Storia di Mantova I. 174, (Pflugk-Harttung Iter p. 243). — „Iustis votis assensum".

„ 8. „ 9478 G. (leg. Hugoni) episcopo Ostiensi mandat, componat litem inter capitula ecclesiae maioris et S. Antonini Placentina. (In hac et sequenti epistola inexplicabiles fere sunt ambages, nisi posueris, in cancellaria pontificia errore scriptoris pro H(ugone) scriptum esse G(uidonem). Anno vero 1149 litteras datas esse, perperam ut videtur contendit Kaltenbrunner: quod fieri non potuit, cum d. 6. Maii Eugenium Tusculani moratum esse constet.) Wiener Sitzungsber. XCIV. 662. — „Tres de canonicis".

8. 9479 Canonicis ecclesiae maioris Placentinae significat, se delegasse G. (leg. Hugonem) cardinalem, Ostiensem episcopum, ad componendam eorum controversiam cum canonicis S. Antonini. Wiener Sitzungsber. XCIV. 663. — „Tres de canonicis".

8. 9480 Iudicibus Placentinis scribit de lite inter dua capitula Placentina componenda. Wiener Sitzungsber. XCIV. 663. — „Tres de canonicis".

1151. *(Ind. 14. — 25. Sept. — 15, pont. a. 6. — 18. Febr. — 7, 1150. — 25. Mart. — 1151.)*

Mai.	10.	Ferentini	9481 (6581) Ecclesiae S. Frigdiani Lucensis possessiones quasdam confirmat. Bull. Lat. p. 36. — „Quae a fratribus“.
„	13.	„	9482 (6582) Archiepiscopo Tarraconensi, apostolicae sedis legato, praecipit, ut aut primati Roderico (Raimundo), archiepiscopo Toletano, obediat, aut „proxima dominicae resurrectionis dominica“ (30. Mart. 1152) ad sese vel ipse veniat, vel legatos mittat. Mansi XXI. 677, Aguirre Conc. V. 67, Migne 180 p. 1472. — „Qualiter obedientia vel“.
„	15.		9483 *Monasterii S. Iuniani Comodoliacensis possessiones confirmat. (Pro „XVIII. kal. Iun.“ fortasse legendum est „XVIII. kal. Iul.“) In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12746. f. 584.
„	18.	„	9484 (6583) Ecclesiam Imolensem tuendam suscipit et eius possessiones confirmat, petente Rodulpho episcopo. Fantuzzi Mon. Rav. VI. 48, Manzoni Ep. Cornel. hist. p. 91, Ughelli It. sacr. II. 625, Series episc. Forocornel. II. 38, Migne 180 p. 1473. — „In eminenti“.
„	18.	(„)	9485 *Monasterii S. Ianuarii possessiones quasdam confirmat. Durandi Della marca d'Ivrea p. 127.
Iun.	6.	„	9486 (6584) Marsicanorum S. Iohannis et S. Sabinae clericorum de oleo consecrando controversiam diiudicat. Ughelli It. sacr. I. 904, Mansi XXI. 748, Migne 180 p. 1474. — „Ne oblivionis“.
„	6.	„	9487 (6585) Raimundo, archiepiscopo Toletano, scribit, gaudere se, quod I(ohannes) archiepiscopus Bracarensis „eum primatem suum humiliter recognoverit“. Monet, ut eundem „tanquam fratrem et coepiscopum fraterna caritate diligat et eius iura integra conservet“. Reprehendit, quod contra privilegia eiusdem episcopum Zamorensem consecraverit; quapropter eum iubet „proxima dominicae resurrectionis solemnitate“ (30. Mart. 1152) ad sese aut ipsum venire aut legatos mittere. Mansi XXI. 676, Migne 180 p. 1475. — „Tunc ecclesia Dei“.
„	13.	„	9488 Monasterii S. Benedicti super Padum patrocinium suscipit possessionesque et iura, rogatu Uberti abbatis, ea lege confirmat, ut duorum aureorum census annus Lateranensi palatio persolvatur. Pflugk-Harttung Iter p. 244. — „Commissae nobis“.
„	22.		9489 (6586) Monasterii S. Mariae Baumgartenbergensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Friderico abbate. Kurz Beiträge III. 393, Urkundenb. des Landes ob der Enns II. 259, Migne 180 p. 1476. — „Religiosam vitam eligentibus“.
(„)		(„)	9490 (6587) (Eberhardo), archiepiscopo Salzburgensi, mandat, iudicet inter (Fridericum) abbatem Baumgartenbergensem et (Conradum) episcopum Passaviensem, de possessionibus quibusdam litigantes. Kurz Beiträge III. 388, Migne 180 p. 1477. — „Veniens ad nostram“.
(„)		(„)	9491 (6588) (Conradum), episcopum Passaviensem, de mandato, (Eberhardo) archiepiscopo Salzburgensi dato, certiorem facit. Kurz Beiträge III. 388, Migne 180 p. 1478. — „Quoniam fraternitatem tuam“.
Iul.	10.	Signiae	9492 Monasterii S. Udalrici Kreuzlingensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Manegaldo abbate. Wirtemberg. Urkundenb. II. 439, Meyer Thurg. Urk. II. 102. — „Iustis religiosorum desideriis“.
Sept.	6.	„	9493 Monasterium S. Laurentii Aversanum tuendum suscipit, eiusque possessiones et iura confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 244. — „Quoniam sine“.
„	26.	„	9494 (6589) Parthenonem S. Zachariae Venetum tuendum suscipit, eiusque bona confirmat, petente Giseltruda abbatissa. Cornelii Eccl. Venet. XI. 373, Migne 180 p. 1479. — „Apostolici moderaminis“.
Oct.	1.	„	9495 (6590) Monasterii Altenbergensis tutelam suscipit possessionesque confirmat, petente Dudelino abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 206. — „Religiosis desideriis dignum“.
„	27.	Casaemarii	ecclesiam dedicat „6. kal. Nov.“. Annal. Ceccanenses 1151 in MG. SS. XIX. 283. Cf. Annal. Casinenses 1151 ibid. p. 307.
Nov.	16.	Signiae	9496 Monasterii Urangiensis protectionem suscipit possessionesque confirmat, petente Conrado abbate. De iure advocati addit. Arch. d. hist. Ver. f. Unterfrank. XVI. 324. — „Religiosis desideriis dignum“.
„	28.	„	9497 Monasterium S. Salvatoris iuxta Gossolengam (in territorio Placentino situm) tuendum suscipit, bonaque eius ac iura confirmat. Wiener Sitzungsberichte XCIV. 663, Pflugk-Harttung Iter p. 244. „Desiderium quod“.

1151. *(Ind. 14. — 25. Sept. — 15, pont. a. 6. — 18. Febr. — 7, 1150. — 25. Mart. — 1151.)*

Dec. 11. Signiae — 9498 (6591) Canonicorum Pistoriensium disciplinam regularem, privilegia, possessiones confirmat, petente Gueurico praeposito. Zacharia Anecd. m. aev. p. 231, Migne 180 p. 1480. — „Quotiens illud a".

„ 11. „ — 9499 Hospitalis Umbricellensis, a canonicis Pistoriensibus fundati, protectionem suscipit. Wiener Sitzungsber. XCIV. 663. — „Desiderium quod".

„ 20. „ — 9500 Guerrico abbati et fratribus S. Vedasti indulget, ut praebendae, quas canonicis secularibus in ecclesia b. Petri (prope Atrebatum) concesserint, decendente eorum aliquo ad usum monachorum revertantur. Guimann Cart. de S.-Vaast d'Arras p. 142. — „Quanto religiosi viri".

„ 20. „ — 9501 (6546) Godescalco, creato episcopo Atrebatensi, gratulatur. Monet, ut S. Vedasti privilegiorum rationem ducat. Guimann Cart. de S.-Vaast d'Arras p. 152, (Baluzii Misc. II. 169, Bouquet Rec. XV. 467, Migne 180 p. 1438). — „Non est in homine".

„ 29. „ — 9502 (6592) Monasterii Esromensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Guillelmo abbate. Thorkelin Diplom. Arna-Magn. I. 248, Nielsen Codex Esromensis p. 3, Migne 180 p. 1482. — „Quotiens illud a".

9503 Theobaldo, archiepiscopo Cantuariensi, dat epistolam obiurgatoriam praecipue de rebus ad Willelmum Cummin spectantibus. (Cf. infra ep. 9611.) Sic in Catalog. cod. ms. colleg. Oxoniens ed. Coxe p. 52, ut me docet Ed. Bishop. — „Valde miramur quod".

9504 *Monasterium de Melsa tuendum suscipit, eiusque possessiones et iura confirmat. (Fragmenta.) Chronica mon. de Melsa I. 108.

1145—1152.

Sept. 22. — 9505 (6596) A(ndream), archiepiscopum Ragusinum, excusatum habet de voto itineris ad sedem apostolicam, ab valetudinem nondum soluto. Farlati Ill. sacr. VI. 64, Mon. Hung. hist. I. XI. 86, Migne 180 p. 1485. — „Cognito fraternitatis".

1150—1152.

Iul. 27. Signiae — 9506 G. presbytero cardinali et I(eronymo) episcopo Aretino mandat, iudicent inter abbatiam S. Trinitatis et ecclesiam Rivipullensem. Statuit, ut „sacramentum calumniae non passim exhibeatur, sed quandoque per principales personas, quandoque per oeconomos, qui causam omnino non nesciant, praestetur". App. conc. Lat. XXIII. 3, Coll. Lips. XXXVII. 3, Coll. Cass. XLIV. 3, Coll. Bamb. XXXV. 3, Comp. I. L. I. t. 35. c. 4; Decr. Greg. L. II. t. 7. c. 3, ed. Friedberg, ubi integer textus. — „In pertractandis causis".

Aug. 21. „ — 9507 (6597) P. ecclesiae S. Frigdiani Lucensis priorem „proximo festo S. Michaelis" (29. Sept.) ad sese venire iubet, ut eius opera pax ecclesiae S. Mariae novae restituatur. Baluzii Misc. IV. 594, Migne 180 p. 1485. — „Frequenter insinuavit".

Oct. 5. „ — 9508 (6598) Conrado vicario et universo clero Romano scribit haec: „Praeterea quod a vobis statutum est de his, qui alienam praesumunt paroeciam invadere et aliorum paroecianos contra canonum scita recipiunt, nihilominus auctoritatis nostrae assertione firmatur: ut videlicet quicunque de caetero in huiusmodi praesumptione comprobatus fuerit, dandi poenitentiam potestatem in ecclesia Dei omnino amittat, et ecclesiastico beneficio, quousque per manus pontificis restituatur, simul privetur". (Fragmentum.) Mansi XXI. 690, Migne 180 p. 1486. — „Praeterea quod a".

„ — 9509 *„Confirmat venditionem factam ad favorem S. R. ecclesiae de medietate civitatis Tusculani . . . ab Odone de Columna, cui in contrarium dedit castrum Travani ac collem Rizzani". Cappelletti Chiese d'It. VI. 378.

1151—1152.

Sept. 25. Signiae — 9510 (6143) Concambium inter Leonem abbatem S. Bertini Sithiensem et Theodericum, comitem Flandrensem, de villa Helci et terra quadam factum confirmat. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 66. f. 77. (Cf. Wauters Table chronol. II. 343.) — „Apostolicae sedis dignitas".

(„) („) — 9511 (6144) *Monasterii S. Bertini Sithiensis „de electione Alchiacensi" privilegium confirmat. Vide Ioh. Longi chron. in MG. SS. XXV. 801.

9512 *Henrico, episcopo Bellovacensi, praecipit „litteris propria — ne ad notariorum consoientiam perveniret — manu exaratis, quatinus iniunctum sibi cum omni sollicitudine procuraret officium, reducens ei ad memoriam, quod ipsum numquam ab-

1151—1152.

solverat, et deleus scrupulum conscientiae verbis consolatoriis mitigavit". Histor. Pont. c. 35 in MG. SS. XX. 539.

1152. *(Ind. 15, pont. a. 7. — 18. Febr. — S, 1151. -25. Mart. 1152.)*

9513 *Clero Londonensi praecipit, ut defuncto Roberto episcopo infra tres menses virum „religionis habitu decoratum" eligant. (Cf. infra ep. 9565.) Hist. Pont. c. 44 in MG. SS. XX. 545.

Ian. 8. Signine 9514 Monasterium Campense tuendum suscipit, eiusque possessiones et iura confirmat, petente Theoderico abbate. Autogr. in ms. lat. 9270 bibl. nat. Paris. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 8. „ 9515 (6599) Ecclesiae Coloniensis protectionem suscipit, ac possessiones privilegiaque confirmat, petente Arnoldo archiepiscopo. Lacomblet Urk. I. 255, Manrique Ann. Cist. II. 182, Mansi XXI. 634, Migne 180 p. 1486. — „In ominenti apostolicae".

„ 8. „ 9516 (6600) Gu(altero) praeposito, F. decano, archidiaconibus, prioribus et universo clero ac populo Coloniensi significat, A(rnoldum) electum Coloniensem cum W(ibaldo) Corbeiensi. N(icolao) Sigbergensi, T(heoderico) Campensi abbatibus et H(enrico), C(onradi) regis notario, a sese benigne receptum esse. Arnoldum et consecratum et pallio importitum nunciat, eique ut obediant, praecipit. „Iudicium super his, quae laicis concessa sunt, in conspectu C(onradi) regis apud Coloniam noviter promulgatum", confirmat. Jaffé Bibl. I. 481, (Martene Coll. II. 502, Ennen und Eckertz Quellen I. 535, Migne 180 p. 1488). — „Venientem ad apostolicae".

„ 9. „ 9517 (6601) C(onrado), Romanorum regi, nunciat, Arnoldum archiepiscopum Coloniensem et W(ibaldum) abbatem Corbeiensem et H(enricum) notarium, legatos eius, a sese benigne receptos esse. „H(einrico) Moguntino et A(rtwico) Bremensi archiepiscopis praefixos terminos veniendi se prolongasse et tam ipsos quam alios archiepiscopos, episcopos, sive principes regni ad servitium eius et expeditionem, quam ad honorem Dei et ecclesiae atque exaltationem regni facere ordinaverit, commonuisse". (Cf. annotat. ad ep. 9541.) Jaffé Bibl. I. 483, (Martene Coll. II. 503, Mansi XXI. 686, Migne 180 p. 1489). — „Quanto saepius de".

„ 9. „ 9518 (6602) Henrico, episcopo Leodiensi, mandat, compellat L(udovicum) comitem de Los et G(odefridum) comitem de Monte-acuto, ut ablata monasterio Stabulensi restituant. Jaffé Bibl. I. 484, (Martene Coll. II. 504, Bouquet Rec. XV. 468, Migne 180 p. 1490). — „Ad eorum subventum".

„ 9. „ 9519 (6603) H(artwico), archiepiscopo Bremensi, mandat, ut quosdam parochianos suos monasterio Kaminatensi et ecclesiae Corbeiensi reddere ablata cogat. Jaffé Bibl. I. 485, (Martene Coll. II. 505, Migne 180 p. 1491). — „Ex conquestione dilecti".

„ 9. „ 9520 (6604) H(enrico), archiepiscopo Moguntino, mandat, ut Ostohf praedium a parochianis suis restitui monasterio Corbeiensi iubeat. Jaffé Bibl. I. 486, (Martene Coll. II. 506, Migne 180 p. 1491). — „Unumquemque propriis".

„ 9. „ 9521 (6605) *„Idem scriptum est Cuonrado, Wormaciensi episcopo, quod Moguntino". Jaffé Bibl. I. 486.

„ 9. „ 9522 (6606) Bernardo, episcopo Paderbornensi, mandat, ut Widikindum sociosque ad restituenda monasterio Corbeiensi ablata cogat. Jaffé Bibl. I. 486, (Martene Coll. II. 506, Migne 180 p. 1492.) — „Veniens ad nostram".

„ 9. „ 9523 (6607) Hermanni, episcopi Traiectensis, tutelae quasdam monasterii Corbeiensis possessiones commendat. Jaffé Bibl. I. 487, (Martene Coll. II. 507, Migne 180 p. 1492). — „Officii nos ammonet".

„ 9. „ 9524 (6608) Ulrico, episcopo Halberstadensi, mandat, ne „decimas in Gruninga et decimas terrae indominicatae" auferri monasterio Corbeiensi sinat. Jaffé Bibl. I. 488, Schmidt Urk. d. Hochst. Halberst. I. 204, (Martene Coll. II. 507, Migne 180 p. 1493). — „Suscepti regiminis nos".

„ 9. „ 9525 (6609) Henrico (Leoni), duci Saxonum, Wibaldum, abbatem Corbeiensem, commendat. Jaffé Bibl. I. 488, (Martene Coll. II. 508, Migne 180 p. 1493.) — „Inter precipua facta".

„ 9. „ 9526 (6610) (Hermanno), episcopo Verdensi, mandat, curet, ut Hungoldus frater suus et aiii parochiani adempta monasterio Kaminatensi bona reddant. Jaffé Bibl. I. 498, (Martene Coll. II. 508, Migne 180 p. 1493). — „Si universalis aecclesiae".

1152. *(Ind. 15. pont. a. 7. — 18. Febr. — S. 1151. — 25. Mart. — 1152.)*

Ian. 9. Signiae 9527 (6611) (Henricum), episcopum Mindensem. qui monasterio Corbeiensi profuerit, laudat. Monet, ut ablata ecclesiae Kaminatensis bona restitui a parochianis suis iubeat. Jaffé Bibl. I. 489, (Martene Coll. II. 509, Migne 180 p. 1494). — „Gratum nobis est".

(..) (..) 9528 (6612) Abbati Luneburgensi mandat, ne monasterium Corbeiense patiatur ab Henrico, deiecto abbate, vexari. Jaffé Bibl. I. 490, (Martene Coll. II. 509, Migne 180 p. 1494). — „Tuae dilectioni notum".

9. „ 9529 (6613) Monasterii Bursfeldensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Ex diplomatario Bursfeld. Hannoverae asservato. Misit H. Sudendorf.

„ 9. „ 9530 B(ernardo) abbati Clarevallensi mandat, efficiat apud B(alduinum) episcopum Noviomensem, ut fratribus S. Martini de Campis Parisiensibus pro altari quodam, suo assensu eis ablato, congruam recompensationem provideat. Loewenfeld Epistolae p. 108. — „Dilectorum filiorum nostrorum".

12. „ 9531 (6614) Monasterii b. Mariae Valciodorensis protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Theoderico abbate. Martene et Dur. Vet. SS. I. 819, Migne 180 p. 1495. — „Apostolici moderaminis".

„ 15. „ 9532 (6615) Ecclesiam Augustensem (prov. Tarantasiensis) tuendam suscipit bonaque eius confirmat, petente Arnulfo episcopo. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 795 et II. 275, Migne 180 p. 1496. — „In eminenti".

15. 9533 Arnulpho. episcopo Augustensi (prov. Tarant.) scribit, sese bonorum ecclesiasticorum alienationes ab Armanno et Besone de Porta S. Ursi, eius antecessoribus, aliisque factas in irritum revocare. Miscell. di stor. ital. XXIII. 206. — „Sicut quc bene".

„ 19. 9534 (6616) Henricum, episcopum Bellovacensem, hortatur, ut Petro magistro, qui „tam longo tempore scholasticis studiis utiliter et honeste insudaverit", praebendam tribuat. Martene Coll. II. 636. Bouquet Rec. XV. 468, Migne 180 p. 1498. — „Ad opera pietatis".

„ 19. „ 9535 (6617) Henrico. episcopo Bellovacensi, S. nepotem Sugerii, quondam abbatis S. Dionysii, commendat. Martene Coll. II. 637, Bouquet Rec. XV. 469, Migne 180 p. 1499. — „Quoniam fraternitatem".

„ 20. 9536 (6593) Theobaldo, archiepiscopo Cantuariensi. apostolicae sedis legato, mandat, ut (Silvestrum) electum abbatem monasterii S. Augustini, Roma redeuntem, dedicet. Hist. mon. S. August. Cant. p. 405, (Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1811, Migne 190 p. 1483). — „Sicut nuntii".

„ 20. 9537 Xenodochii S. Laurentii prope Cantuariam possessiones quasdam confirmat. Hist. mon. S. August. Cant. p. 402. — „Quae a devotione".

„ 21. „ 9538 (6618) Hugoni abbati monachisque S. Remigii Remensis fratres Montis-dei commendat. Marlot Metr. Rem. II. 315, Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 495, Migne 180 p. 1499. — „Venerandae memoriae".

„ 24. 9539 Ecclesiam S. Laurentii Ittingensem, assentiente Hermanno, episcopo Constantiensi, conditam eiusque possessiones confirmat, petente Alberto praeposito. Fratribus concedit, ut decedente Hartmanno, comite de Kiburg, monasterii advocato, alium sibi advocatum eligant. Wartmann Urk. d. Abt. S. Gall. III. 694, Meyer Thurg. Urk. II. 111. — „Ad hoc nobis".

„ 26. „ 9540 (6619) *Canonicorum ecclesiae Viennensis privilegia et bona confirmat. (Pro: „Eugenni" leg. „Signiae".) Bosco Flor. bibl. laev. xyst. p. 83, Migne 180 p. 1500.

„ 27. „ 9541 (6620) Archiepiscopos, episcopos, comites et barones per Alemanniam constitutos hortatur, ut C(onrado) Romanorum regi, „ad urbem regiam cum expeditione valida venire" cogitanti, „servitium pro viribus ministrent". (Hanc epistolam ante eam, quam supra num. 9517 signavimus, scriptam ideoque pro „VI. kal. Febr." fortasse legendum esse „VI. id. Ian.", putat Giesebrecht Gesch. d. d. Kaiserz. IV. 494. Neque vero opus est, tam audacter emendare, si in ep. cit. pro „animare diligenter curavimus" legitur „curabimus"; cf. Kersten Arnold v. Wied, diss. Jenens. 1881 p. 36, teste Bernardi Konradi III p. 910.) Jaffé Bibl. I. 490, (Martene Coll. II. 510, Migne 180 p. 1501). — „Sicut a rectore".

„ 28. „ 9542 (6621) S(tephanum) abbatem Regniacensem iudicem constituit inter Pontium Vizeliacensem abbatem et G. abbatem de Chora. D'Achery Spic. II. 512, Mansi XXI. 661, Migne 180 p. 1502. — „Controversiam, quae".

1152. *(Ind. 15, pont. a. 7. — 18. Febr. — 8, 1151. — 25. Mart. — 1152.)*

Ian. 28. Signiae 9543 (6622) Abbati de Chora, cum Pontio Vizeliacensi abbate litiganti, praecipit, ut apud abbatem Regniacensem causam dicat. D'Achery Spicil. II. 512, Mansi XXI. 661, Quantin Cart. gén. II. 63, Migne 180 p. 1502. — „Veniens ad nos".

„ 29. „ 9544 (6623) G(odefredo) episcopo Lingonensi et S(tephano) Regniacensi ac P(etro) Trenorciensi abbatibus mandat, ut de causa He(nrici), episcopi Eduensis, et P(ontii) abbatis Vizeliacensis testimonia testium sibi renuncient. D'Achery Spic. II. 511, Bouquet Rec. XV. 469, Mansi XXI. 658, Migne 180 p. 1502. — „Causa, quae inter".

(„) 9545 (6624) G(odefrido), episcopo Lingonensi, mandat, nisi comes Nivernensis illata monasterio Vizeliacensi damna resarserit, ut in eum et burgenses Vizeliacenses excommunicationem proferat, sententiamque P(etro) Bituricensi, Hu(goni) Senonensi archiepiscopis et G(aufrido) Nivernensi, He(nrico) Augustodunensi, H(enrico) Trecensi et A(lano) Altissiodorensi episcopis significet. D'Achery Spicil. II. 509, Bouquet Rec. XV. 475, Mansi XXI. 654, Migne 180 p. 1503. — „Saevitiam et tyrannidem".

Febr. 5. „ 9546 Theobaldo archiepiscopo Cantuariensi mandat, investiget fratrum Eliensium querelam, Romam translatam de Willelmo archidiacono, Philippo de Mersi, Wlfwardo clerico, Nicolao capellano, Iosepho presbytero, qui ecclesias ad monasterium Eliense pertinentes occupaverint. Ex Mus. Brit. ms. Tit. A. 1. f. 42. Dedit Liebermann. — „Quoniam his".

„ 6. „ 9547 Wigoni, priori S. Mariae Oseneiensi, scribit de controversia inter eum et Robertum, priorem S. Frideswidae Oxoniensem agitata super ecclesiis S. Georgii et S. Mariae Magdalenae apud Oxoniam sitis. (Cf. Annal. Osenei. 1151 in Annal. Monast. IV. 27, in MG. SS. XXVII. 487, ubi „sententia in registro . . . septimi anni litteris annotata" dicitur.) Catalog. cod. ms. colleg. Oxoniens. ed. Coxe p. 52. Misit Ed. Bishop. — „Sicut officii nostri".

„ 9. „ 9548 Monasterii S. Germani Altissiodorensis protectionem suscipit et possessiones ac iura confirmat, petente Arduino abbate. Quantin Cart. gén. I. 478. — „Quoniam sine verae".

„ 9. „ 9549 (6625) Monasterium Bremetense tuendum suscipit et eius bona ac iura confirmat, petente Rainaldo abbate. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 797, Migne 180 p. 1504. — „In apostolicae sedis".

„ 9. „ 9550 (6626) Monasterii S. Willibaldi Heidenheimensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Adelberto abbate. Falckenstein Cod. dipl. p. 33, Migne 180 p. 1507. — „Ad hoc nobis".

(„) („) 9551 (6627) Eberhardo Bambergensi et Burchardo Eichstetensi episcopis commendat Adelbertum, abbatem Heidenheimensem. Falckenstein Cod. dipl. p. 31, Migne 180 p. 1508. — „Benedictus dominus".

(„) („) 9552 (6628) Gerhardo, comiti Eichstetensi, Adelbertum abbatem fratresque Heidenheimenses commendat. Falkenstein Cod. dipl. p. 32, Migne 180 p. 1509. — „Ad industriam nobilium".

(„) („) 9553 (6629) Adelbertum, advocatum Heidenheimensis ecclesiae, monet, ut Adelbertum abbatem tueatur. Falckenstein Cod. dipl. p. 32, Migne 180 p. 1509. — „Veniens ad nos".

„ 11. „ 9554 (6630) (Hugoni) Rotomagensi, (Samsoni) Remensi, (Hugoni) Senonensi archiepiscopis et (Theobaldo) Parisiensi, (Theoderico) Ambianensi, (Balduino) Noviomensi, (Theobaldo) Silvanectensi, (Iosleno) Suessionensi episcopis mandat, ut qui milites Bellovacensi ecclesiae, propter beneficia quaedam ab Heinrico episcopo retenta, damna apportaverint, eos excommunicatione eorumque terras interdicto afficiant. Martene Coll. II. 632, Bouquet Rec. XV. 470, Migne 180 p. 1510. — „Conservandis et distribuendis".

„ 11. „ 9555 (6631) Henrico, episcopo Bellovacensi, mandat, ut in ecclesia de Ruricort „de ordine canonico religiosos fratres constituat". Martene Coll. II. 638, Bouquet Rec. XV. 470. Migne 180 p. 1511. — „Qualiter ecclesia de".

„ 14. „ 9556 (6632) Ecclesiae Coventrensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Gualtero episcopo. Monast. Angl. III. 231, nov. ed. VIII. 1249, Migne 180 p. 1513. — „In apostolicae sedis".

„ 20. „ 9557 (6633) Bernardo, episcopo Santonensi, praecipit, ut a Petro abbate Cluniacensi in paroecia ecclesiae S. Mariae de Rochella aedificari ecclesiam sinat. Besly Hist. des

1152. *(Ind. 15, pont. a. 7. — 18. Febr. — 8, 1151. — 25. Mart. — 1152.)*

comtes de Poictou p. 473, Bouquet Rec. XV. 471, Mansi XXI. 668, Migne 180 p. 1514. — „Veniens ad praesentiam".

Febr 20. Signiae 9558 (6634) Monasterii Silviniacensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia, petente Petro priore, confirmat. Bullar. Cluniac. p. 62, Mon. pont. Arverniae p. 221, Migne 180 p. 1515. — „Iustis religiosorum desideriis".

„ 21. „ 9559 Monasterii S. Mariae Longi-pontis patrocinium suscipit ac possessiones confirmat, petente Theobaldo priore. Le Cartul. du prieuré de N.-D. de Longpont p. 59, (Cartul. saec. XII. ms. lat. 9968. f. 1 in bibl. nat. Paris.). — „Quotiens illud a".

Mart. 1. „ 9560 Baldnino abbati et fratribus Bassofontensibus bona quaedam asserit, in his cellulam S. Egidii ab Herberto, abbate monasterii S. Sequani, sub censu annuo quinque solidorum eis concessam. Lalore Collect. des cartul. III. 139. — „Ea, que religiosis".

1. 9561 Monasterii S. Mariae Casae-novae patrocinium suscipit, bonaque et iura confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 244. — „Quotiens illud".

„ 5. „ 9562 (6636) H(umberto), archiepiscopo Lugdunensi, mandat, ut una cum Hugone archiepiscopo Vesontionensi fratres Gigniacenses, nisi intra dies 20 ablata fratribus de Miratorio restituerint, interdicto et excommunicatione afficiat. (Epistola est corrigenda ex copia saec. XII. in bibl. nat. Paris. ms. lat. 11832. f. 15, ubi etiam dies locusque indicantur.) Manrique Ann. Cist. IV. 553, Bouquet Rec. XV. 472, Migne 180 p. 1518. — „Nequitia illorum".

14. 9563 (6635) Petro abbati et universo conventui Cluniacensi praecipit, ut fratribus de Miratorio quae Gigniacenses ademerint, reddenda curent. Manrique Ann. Cist. IV. 553, Bouquet Rec. XV. 471, Migne 180 p. 1517. — „Inebriati, sicut".

„ 26. 9564 Eberhardo, archiepiscopo Salzburgensi, pallii usum concedit et ecclesiae eius iura metropolitana confirmat. Pflugk-Harttung Acta II. 352. — „Apostolice sedis clementia".

9565 *Litteris ad clerum Londoniensem verba „religionis habitu decoratum", in superiore epistola . . . adhibita ita interpretatur, ut „non modo monachi et canonici regulares, sed etiam, quos vulgus seculares nominat, intelligantur, quia quando quis attondetur in clericum . . . tunc habitum sacrae religionis assumit. Hist. Pont. c. 44 in MG. SS. XX. 545. Cf. supra ep. 9513.

Apr. 7. 9566 Monasterium Montis-maioris tuendum suscipit eiusque possessiones et iura, petente Pontio abbate, ea lege confirmat, ut quatuor solidi Merguliensis monetae quotannis Lateranensi palatio persolvantur. Hist. Montis-maioris auctore Claudio Chantelou, ms. lat. 13915. f. 156 in bibl. nat. Paris. — „Cum universis catholicae".

„ 7. 9567 Monasterii S. Mariae Abbendonensis tutelam suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Ingulfo abbate. Chron. monast. de Abingdon II. 195. — „Quoniam sine verae".

„ 8. 9568 Canonicis ecclesiae b. Mariae de Lochis asserit ea, quae Thomas prior iis donaverit. Salmon Chroniques de Touraine p. 378. — „Quae ad devotionem".

„ 15. 9569 Parthenonem S. Petri Maioris Florentinum tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 663. — „Religiosis desideriis".

Mai. 3. 9570 (6637) Ecclesiam Tarvisinam tuendam suscipit et eius bona confirmat, rogante Bonifatio episcopo. Ughelli It. sacr. V. 521, Migne 180 p. 1520. — „Iustis fratrum nostrorum".

„ 11. 9571 (6638) *Monasterio Fiteriensi privilegia tribuit. Manrique Ann. Cist. I. 416.

„ 13. 9572 Monasterium S. Trinitatis Turritanum, rogatu Arnulfi abbatis, tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat, imposito fratribus duorum solidorum Lucensium pensione annua. Autogr. in tab. archiepiscop. Senensi n. 3. — „Religiosis desideriis dignum".

16. „ 9573 (6639) Monasterii Heilsbronnensis possessiones quasdam confirmat, petente Raboto abbate. Hocker Supplem. zum Heilsbr. Antiqu. II. 75. — „Sicut pium est".

„ 16. „ 9574 Adae, abbati Ebracensi, asserit fontem salis, ab Eberhardo episcopo Bambergensi ea lege donatum, ut alteram utilitatis partem monasterium Ebracense, alteram coenobium Langhemense percipiat. Abbati praeterea silvam Stegerwalz cum castro Stolberg concedit. Pflugk-Harttung Acta II. 304, (Lang Regesta IV. 736). — „Quae religionis ac".

16. „ 9575 Adae, abbati Langhemensi, significat, sese ad petitionem Adae, abbatis Ebracensis,

Iun. 13. Laterani 10295 (6984) Ecclesiam Gradensem, petente Henrico patriarcha, tuendam suscipit, et eius possessiones ac privilegia confirmat. Ughelli It. sacr. V. 1124, Mansi XXI. 822, Migne 188 p. 1516. — „Apostolicae officium".

„ 13. 10296 (6985) Henrico, patriarchae Gradensi, concedit, „ut in Constantinopolitana urbe et in aliis civitatibus, in Constantinopolitano dumtaxat imperio constitutis, in quibus Veneti plures habeant ecclesias, liceat ei episcopum ordinare" et consecrare. Ughelli It. sacr. V. 1126, Mansi XXI. 824, Migne 188 p. 1519, (Archives des missions scient. 2. sér. IV. 427). — „Inter omnia coeli".

13. „ 10297 (6986) Episcopis, duci, populo Venetiarum Henricum, patriarcham Gradensem, commendat. Nunciat, eidem ab (Lampridio) archiepiscopo Iadertino promissam obedientiam esse. Ughelli It. sacr. V. 1128, Mansi XXI. 825, Migne 188 p. 1520. — „Venerabilem fratrem".

„ 15. „ 10298 (6987) Rodulfo, priori Camaldulensi, eiusque successoribus asserit monasterium Prataliense, a Ieronimo, episcopo Aretino, donatum. Mittarelli Ann. Cam. III. app. p. 496, Migne 188 p. 1521. — „Quoticns illud a nobis".

28. „ 10299 Monasterium SS. Cosmae et Damiani (Micam Auream) tuendum suscipit eiusque possessiones confirmat, petente Iohanne abbate. Pflugk-Harttung Acta II. 360. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 10300 Monasterii S. Syri Ianuensis tutelam suscipit, bonaque et iura confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 258. — „Effectum iusta".

Aug. 8. Signiae 10301 Ecclesiam sanctae Crucis Colimbriensem tuendam suscipit, eiusque bona et iura confirmat, petente Teotonio priore. Portugalliae monum. hist. SS. I. 70. 71. — „Ad hoc universalis".

„ 10. „ 10302 Ecclesiae Aberdonensis tutelam suscipit, possessionesque confirmat, petente Edwardo episcopo. Registrum ep. Aberd. I. 5. — „Cum ex iniuncto".

Sept. 11. Anagniae 10303 (6989) Ecclesiam Ravellensem tuendam suscipit et possessiones eius confirmat, petente Iohanne episcopo. Ughelli It. sacr. I. 1185, Migne 188 p. 1522. — „Piae postulatio voluntatis".

„ 20. 10304 (6991) Friderico, Romanorum imperatori, exprobrat, quod sacrilegam F(skilli) archiepiscopi Lundensis comprehensionem, neglectis admonitionibus suis, impunitam adhuc tulerit. Memorat coronam imperatoriam a sese ei „collatam", additque haec: „neque tamen poeniteret nos tuae desideria voluntatis in omnibus implevisse, sed si maiora beneficia excellentia tua de manu nostra suscepisset, si fieri posset, non immerito gauderemus". Veretur autem, „ne forte suggestione perversi hominis, zizania seminantis, adversus Romanam ecclesiam et se ipsum indignationem aliquam conceperit". Bernhardum, S. Clementis presbyterum, et Rolandum, S. Marci presbyterum cardinalem et cancellarium, legatos suos, commendat. Ragewini Gest. Frid. L. III. c. 9 in MG. SS. XX. 420, (Mansi XXI. 789, Migne 188 p. 1525). — „Imperatoriae maiestati".

„ 26. 10305 Monasterium S. Petri de Cella (seu S. Ulrici) tuendum suscipit, bonaque eius et iura confirmat, petente Girardo priore. Neues Archiv II. 211. — „Apostolice sedis".

„ 28. „ 10306 Ecclesiae S. Leonardi de Lamavolaria tutelam suscipit possessionesque et iura confirmat, ea lege, ut uncia auri (quotannis) Lateranensi palatio solvatur. Pflugk-Harttung Iter p. 258. — „Effectum iusta".

Oct. 11. 10307 Aldebrandino et Bernardino, filiis Ubolini, comitis de Calinangiare (al. Calmaiare) ac Scarlatano de Radicofano et Orlandino, eius fratri, et filiis Belizi praedia quaedam Romanae ecclesiae beneficiaria tribuit. Muratori Ant. It. I. 631, Pflugk-Harttung Acta II. 361, Migne 188 p. 1532. — „In nomine" „Ego Adrianus".

Nov. 4. Laterani 10308 (6992) Hospitalis S. Blasii iuxta Modoetiam possessiones confirmat. Giulini Mem. d. Mil. VI. 529, cf. p. 79. (Pro „II. Nov." leg. „II. non. Nov.".) — „Religiosam vitam".

10. 10309 (6993) Monasterium S. Dionysii Mediolanense tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat, petente Wilfredo abbate. Muratori Ant. It. V. 1035, Migne 188 p. 1527. — „Iustis religiosorum".

„ 11. 10310 (6994) Parthenonis S. Nicolai Fussenichensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Iepa priorissa. Hugo O. P. A. Pr. p. 570, Lacomblet Urkdb. IV. 775. — „Prudentes virgines".

1157. *(Ind. 5. — 25. Sept. 6, pont. a. 3. — 5. Dec. — 4, 1156. — 25. Mart. — 1157.)*

Nov. 11. Laterani — 10311 (6995) Ecclesiae S. Iohannis Hambornensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Gernodo praeposito. (Signa chronologica sunt mendosa.) Hugo O. P. A. I. Pr. p. 631, Binterim u. Mooren Erzd. Köln III. 133. — „Quoties illud a".

„ 15. „ — 10312 Monasterii S. Columbae Senonensis protectionem suscipit possessionesque et privilegia confirmat, petente Odone abbate. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12777. f. 647, (Quantin Cartul. gén. de l'Yonne II. 87). — „Desiderium, quod ad".

Dec. 1. „ — 10313 (6996) Parthenonis S. Spiritus Paraclitensis protectionem suscipit ac possessiones confirmat, petente Heloisa abbatissa. Abaelardi et Heloisae Opp. p. 353, Lalore Coll. des cart. II. 17, (Migne 188 p. 1529). — „Ad hoc nobis a".

„ 1. „ — 10314 Parthenonis S. Spiritus Paraclitensis tutelam suscipit, bonaque et iura, petente Heloisa abbatissa, ea lege confirmat, ut unus obolus aureus Lateranensi palatio quotannis persolvatur. Lalore Coll. des cart. II. 18. — „Prudentes virgines".

„ 13. „ — 10315 Monasterium Casae-dei protegendum suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat, petente Iordano abbate. (Bulla francogallice reddita legitur in) Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand XIX. 88, Mon. pont. Arverniae p. 236, (Pflugk-Harttung Iter p. 258: „Cum omnibus"). — „La demande provenant d'une pieuse volonté" („Piae postulatio voluntatis").

„ 30. „ — 10316 (6997) Monasterii Berchtesgadensis protectionem suscipit et eius bona ac iura confirmat, petente Henrico praeposito. Hund II. 161. — „Religiosis votis annuere".

„ 30. „ — 10317 (6998) Monasterium Chiemseense tuendum suscipit et eius possessiones confirmat, petente Udalrico praeposito. Hund II. 238, Mon. Boic. II. 388. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 30. „ — 10318 (6999) Capituli Salzburgensis privilegia et possessiones confirmat. Kleimayrn Nachr. v. Iuv. p. 540.

„ 30. „ — 10319 (7000) Ecclesiam S. Rudberti Salzburgensem tuendam suscipit et eius bona ac iura, petente Hugone praeposito, confirmat. Hansizii Germ. Sacr. II. 254, Migne 188 p. 1529. — „Quotiens illud a nobis".

„ 30. „ — 10320 Hospitalis S. Crucis (in insula Brixinensi) tutelam suscipit ac possessiones confirmat, petente Richerio fundatore et rectore. Ex autogr. arch. capit. Brix. misit H. Grisar. S. I. Cf. Sinnacher Beitr. z. Gesch. v. Säben u. Brixen III. 382. — „Effectum iusta postulantibus".

— — — 10321 (7001) Archiepiepiscopis et episcopis Germaniae queritur iniurias a Friderico imperatore legatis suis, Bernhardo et Rolando, illatas. „In hoc facto" inquit „non solum nostra, sed vestra et omnium ecclesiarum res agi dinoscitur". Mandat, enitantur, ut imperator „a Reinaldo cancellario suo et palatino comite, qui magnas blasphemias in praefatos legatos evomere praesumpserit, evidentem satisfactionem faciat exhiberi". Ragewini Gest. Frid. L. III. c. 15 in MG. SS. XX. 425, (Mansi XXI. 790, Migne 188 p. 1531). — „Quoties aliquid".

— — — 10322 Ecclesiae S. Michaelis Antwerpiensis tutelam suscipit, ac disciplinam, possessiones et privilegia confirmat, petente Emelino abbate. („1157. p. a. 3.") Analectes p. s. à l'hist. ecc. de la Belgique II. 25. — „Religiosis desideriis dignum".

— — — 10323 Ecclesiae Bracarensis possessiones et privilegia confirmat, petente Iohanne archiepiscopo. (Fragmentum.) Cardoso Agiologio Lusitano I. 13. — „Concedimus atque".

— — — 10324 *Monasterio S. Albani „duo maxima privilegia, primum de pontificalibus ornamentis, secundum de ecclesiae libertatibus" concedit. Gesta abb. S. Alb. ed. Riley I. 132.

1154—1158.

— Romae ap. S. Petrum — 10325 Pactum inter Ansaldum, archipresbyterum Pravazensem et abbatem monasterii Vallis-Tollensis factum approbat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 667.

1155—1158.

Ian. 10. Romae ap. S. Petrum — 10326 (7003) Canonicis Calvimontensibus interdicit, ne ecclesiae bona alienent; iam pridem enim decretum esse, ut in eorum ecclesia fratres monasterii S. Dionysii collocarentur. Doublet Hist. de St. Denys p. 502, Migne 188 p. 1533. — „Non potest aliqua".

„ 29. „ — 10327 (7004) Henrico, episcopo Bellovacensi, D. epistolae huius latorem commendat. Martene Coll. II. 638, Migne 188 p. 1534. — „Quia plurimum de".

1155—1158.

Febr. 1. Romae ap. S. Petrum — 10328 (7005) Canonicis ecclesiae Pisanae permittit, ut qui possessiones quasdam ecclesiasticas vi occupatas reddere nolint, poenas de iis capiant. Ughelli It. sacr. III. 397; ap. Tronci Ann. di Pisa p. 85 bulla haec Anastasio IV. ascribitur. — „Etsi commissum".

Iul. 23. Viterbii — 10329 Fratribus montis S. Michaelis asserit ecclesiam de Pentorsum, ab Henrico, quondam Anglorum rege, donatam. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 67. f. 92. — „Quotiens a viris religiosis".

Aug. 14. „ — 10330 Archiepiscopis, episcopis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis et aliis ecclesiarum praelatis mandat, hortentur populum, ut in favorem templariorum collectas instituat. Alia addit. Autograph. in tabul. nat. Paris. L. 229. n. 10. — „Milites templi".

„ 26. — 10331 B. abbati et fratribus S. Bartholomaei de Trisulto nuntiat, sese eorum ecclesiam, quam Innocentius II. C(rescentio) episcopo Alatrino, Anacleto antipapae adhaerenti, ademerit, nunc A(denolfo) episcopo restituere. Cui ut obediant, hortatur. Pflugk-Harttung Acta II. 362. — „Apostolice sedis consueta".

Sept. 11. „ — 10332 (Hugoni) episcopo Engolismensi mandat, ut infra 20 dies priorem Ronciniacensem de ecclesia Fontis Cobronae, a (Geraldo) episcopo Lemovicensi et (Geraldo) abbati Solemniacensi Ar. de Gradu abiudicata, investiat. Loewenfeld Epistolae p. 127. — „Controversiam quae".

„ 20. — †10333 Capellanis in Andechs, Ottoni comiti de Wolforthausem et aliis significat, sese locum Andechs tuendum suscepisse eiusque pertinentia et iura confirmasse. („Dat. Romae p. m. Eusebii S. R. E. presbyteri.") Neues Archiv VII. 96. — „Ad hoc universalis".

Nov. 18. — †10334 Monasterii Molismensis ecclesias quasdum confirmat, fratribusque ius presbyterorum in eis constituendorum indulget. („Dat. Viterbii." Bullam hanc ex Eugenii bulla d. 18. Nov. 1145 eodem loco data confectam esse, persuasum habeo.) Pflugk-Harttung Acta I. 226. — „Desiderium, quod ad".

1156—1158.

Oct. 27. Laterani — 10335 (7006) Raimundum, episcopum Magalonensem, hortatur, ne „bona ecclesiae, communibus clericorum usibus deputata, pro suae voluntatis arbitrio dispenset", utque decimam Montispessulani canonicis restituat. (Aliena manu additum est: „pontif. nostri a. 4.".) Gariel Ser. I. 199, Migne 188 p. 1534. — „Pervenit ad nos, quod".

„ 29. „ — 10336 (7007) Henrico, episcopo Bellovacensi, An(soldum) abbatem Compendiensem commendat. Philippum, fratrem eius, admoneri vult, ut ecclesiae thesaurum eidem abbati restituat. Martene Coll. II. 642, Bouquet Rec. XV. 685, Migne 188 p. 1535. — „Compendiensem ecclesiam".

„ 29. „ — 10337 Clericis Compendiensibus mandat, ut An(soldo) abbati, „ut decano suo", obediant, nec ipsum aut fratres eius iniuriis afficiant. Coll. Moreau t. 69. f. 12, Cartul. S. Cornel. Compend. s. XVII. ms. lat. 9171. f. 11 in bibl. nat. Paris. — „Licet de universarum".

„ 29. „ — 10338 Raimundo, episcopo Magalonensi, petente, sententiam inter ecclesias de Agantico et de Rocca, a canonicis Magalonensibus latam confirmat. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 14688. f. 55b. — „Rationis ordo suadet".

Nov. 1. „ — 10339 (7008) (Godescalco), episcopo Atrebatensi, praecipit, ut Hugoni, Francorum regis cancellario, ablatum altare de Aslues restituat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 588, Bouquet Rec. XV. 675, Mansi XXI. 807, Migne 188 p. 1535. — „Dilectus filius noster".

„ 1. — 10340 (7009) Episcopum Parisiensem hortatur, ut Hugoni, Francorum regis cancellario, „primum personatum vel honorem in Parisiensi ecclesia vacaturum concedat". Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 586, Bouquet Rec. XV. 675, Mansi XXI. 805, Migne 188 p. 1536. — „Quoniam de devotione".

8. „ — 10341 (7010) Guillelmo, nobili viro, et universo populo Montispessulani praescribit, ut „finito quinquennio altare S. Salvatoris et oblationes in manu prioris ecclesiae b. Mariae reddant". Gariel Ser. I. 198, Bouquet Rec. XV. 687, Migne 188 p. 1536. — „Licet sacri canonis".

„ 13. — 10342 (7011) S(amsoni), archiepiscopo Remensi, apostolicae sedis legato, eiusque suffraganeis mandat, hortentur populum, ut militibus Templi, de universa Christianitate

1156—1158.

bene meritis, suppetias eant. Martene Coll. II. 647, Bouquet Rec. XV. 681, Migne 188 p. 1537. — „Quantum strenui".

Nov. 13. Laterani 10343 (7012) Abbatibus dioecesis Bitterrensis praecipit, ut Guillelmo episcopo obediant. Gall. Chr. VI. Instr. p. 138, Migne 188 p. 1538: „Id. Nov."; Coll. Doat t. 61. f. 198 in bibl. nat. Paris: „Id. Decembris". — „Non moveri".

„ 25. „ 10344 (7013) Heloisae abbatissae et sororibus Paraclitensibus concedit, „ut eos, qui de facultatibus suis ecclesiae earum grata conferant solatia caritatis, si forte non proprio reatu, sed pro alienis sint excessibus interdicti, ad sepulturam accipiant". Abaelardi et Heloisae Opp. p. 354, Lalore Coll. des cartul. II. 21, Migne 188 p. 1539. — „Quotiens religiosae".

Dec. 1. „ 10345 (7014) Henricum, episcopum Bellovacensem, hortatur, ut, nulla interposita dubitatione, fungi munere episcopali pergat. Fratres S. Luciani commendat. Martene Coll. II. 650, Bouquet Rec. XV. 675, Migne 188 p. 1539. — „Praedecessor noster sanctae".

„ 1. „ 10346 (7015) Henricum, episcopum Bellovacensem, monet, ut fratribus ecclesiae b. Luciani, iure suo decedentibus, propitius sit. Martene Coll. II. 651, Bouquet Rec. XV. 676, Migne 188 p. 1540. — „Ad pietatis et".

„ 8. „ 10347 (7016) Henrico, episcopo Bellovacensi, mandat, compellat A(rduinum) abbatem S. Germani Altissiodorensis, ut nepotibus L. canonici praedia hereditaria reddat. Martene Coll. II. 652, Migne 188 p. 1541. — „Venientis ad apostolicae".

„ 8. 10348 (7017) Henricum, episcopum Bellovacensem, constituit iudicem inter R. praepositum de Liriaco et L canonicum Altissiodorensem. Martene Coll. II. 653, Migne 188 p. 1542. — „Venerabilibus fratribus".

9. 10349 (7019) Inter Guillelmum, episcopum Biterrensem, et Iohannem, priorem Cassianensem, conciliatam pacem confirmat. Gall. Chr. VI. Instr. p. 138, Migne 188 p. 1543. — „Quod super litigantium".

„ 11. „ 10350 (7020) Archiepiscopis et episcopis mandat, ut monasterio S. Dionysii a servis eiusdem, multis locis degentibus, praestari debita servitia cogant. Doublet Hist. de St. Denys p. 505, Migne 188 p. 1544. — „Inter cactera, quae".

„ 12. 10351 Omnibus ecclesiam S. Aegidii visitantibus quadraginta dies de iniuncta poenitentia indulget. Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 78. — „Sicut in eos".

„ 13. „ 10352 (7021) (Godefrido) Lingonensi et (Alano) Autissiodorensi episcopis mandat, sub excommunicationis poena Milonem de Nugerio hortentur, ut monachis Regniacensibus cuprum in eorum terra inventum restituat. Lebeuf Mém. d'Auxerre II. preuv. p. 267, Bouquet Rec. XV. 677. — „A parte filiorum".

„ 13. „ 10353 Alano, episcopo Autissiodorensi, mandat, cogat quosdam parochianos suos, ut monachis Regniacensibus ablata usuaria in b. m. Ascelini nobilis viri nemoribus restituant. Quantin Cart. gén. I. 545. — „Venit ad audientiam".

„ 13. „ 10354 Bertrando, abbati S. Aegidii, significat, licet (Berengarius) archiepiscopus Narbonensis in partibus Provinciae legatus sedis apostolicae constitutus sit, sese eum eiusque monasterium et totam villam S. Aegidii ab omni legatione exemisse. Usum mitrae ei concedit. Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 77. — „Quanto magis ecclesia".

„ 16. „ 10355 Abbatibus, prioribus, clero et populo per Biterrensem parrochiam constitutis praecipit, ut G(uillelmo) episcopo obediant debitamque decimarum et oblationum portionem solvant. Monachos parvulos baptizare et laicis poenitentias et eucharistiam dare vetat. In bibl. nat. Paris. Coll. Doat t. 61. f. 199. — „Venientem ad apostolorum limina".

„ 21. 10356 (7022) Hugoni, Francorum regis cancellario, mandat, ut (Ansoldo) abbati Compendiensi gratiam regis reconciliet. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 587, Bouquet Rec. XV. 677, Mansi XXI. 806, Migne 188 p. 1545. — „De tua devotione".

„ 21. „ 10357 Ansoldo abbati Compendiensi eiusque successoribus altaria ac praebendas quasdam asserit. Parisiis in tabularii nat. Cartul. s. XIII. LL. 1622. f. 136b, in bibl. nat. Cartul. s. XVII. ms. lat. 9171. f. 13. — „Iustis religiosorum desideriis".

„ 21. „ 10358 Ot(kero) abbate et fratribus S. Lamberti in Carinthia petentibus, cellarum S. Michaelis de Grazluppa, S. Martini de Linde et S. Petri de Avelnize patrocinium suscipit, ac disciplinam monachorumque numerum confirmat. Zahn Urkundenb. v. Steiermark I. 352. — „Iustis et religiosorum".

„ 21. „ 10359 Geldolphi, abbatis Brunwillarensis, et bonorum eius patrocinium suscipit. („Dat.

1156—1158.

Laterani XII. kal. Ian." in autogr. bibl. nat. Paris. Coll. Lorraine t. 981. Non recte igitur huius bullae fidem addubitat Pabst in Pertz Archiv XII. 131.) Chron. Brunwylrense in Annal. d. hist. Ver. f. d. Niederrhein XVII. 148. — „Apostolice sedis clementia".

Dec. 23. Laterani — 10360 Acardo abbati et fratribus S. Victoris Parisiensibus indulget, ut „liberos et absolutos" clericos vel laicos recipiant. Autogr. in tabul. nat. Paris. L. 229. n. 3. — „Implenda sunt semper".

„ 23. „ — 10361 (7023) Monachos S. Vedasti hortatur, ut cum virtute vitam degant. Martene et Dur. Vet. Script. I. 848, Guimann Cart. de St.-Vaast p. 83, Migne 188 p. 1545. — „Vos, qui Aegyptum".

„ 27. „ — 10362 (7024) E. comiti de Leon et filiis eius, vicecomiti de Lamvio, et filiis Iveni Gueni et Iveni Galli Hugonem, archiepiscopum Dolensem, commendat. Martene Thes. III. 900, Morice Mém. de Bret. I. 628, Bouquet Rec. XV. 687, Migne 188 p. 1546. — „Vestrae nobilitatis".

29. „ — 10363 (Hugoni) archiepiscopo Rotomagensi et (Theoderico) episcopo Ambianensi mandat, hortentur R. de S. Walerico, ut de domo infra coemiterium ecclesiae Rotomagensis exstructa et de corporibus mortuorum eiectis canonicis eius satisfaciat. Pflugk-Harttung Acta I. 223. (Cf. Histor. Jahrbuch II. 116). — „Ad apostolicae sedis".

1157—1158.

Ian. 2. Laterani — 10364 E(berhardo), archiepiscopo Salzburgensi, concedit, ut „cum in partibus eius consuetudo inoleverit, quod diaconi et presbyteri solummodo in quatuor temporibus ordinarentur, ... necessitate cogente, in sabbato ante passionem atque in sabbato paschae eos ordinet". Pflugk-Harttung Acta II. 363, (Meiller Reg. arch. Salisb. 78. n. 118). — „Talis in partibus".

Mart. 30. „ — 10365 (7025) P(etro) episcopo et canonicis Massiliensibus significat, se Pontio, archiepiscopo Aquensi, mandasse, ut inter eos et monachos S. Victoris iudicium faciat. Coll. des Cartul. VIII. 637, L'Antiquité de Marseille I. 476, Migne 188 p. 1546. — „Illam, que inter".

30. „ — 10366 Canonicis Agathensibus praecipit, ut fratribus Massiliensibus ablatas decimas et possessiones restituant ac de illatis iniuriis satisfaciant. Coll. des Cartulaires VIII. 638. — „Mandavit vobis praedecessor".

Mai. 27. „ — 10367 (7099) Clericos et laicos de Murmiralio hortatur, ut Hugoni, archiepiscopo Dolensi, obediant. Martene Thes. III. 902, Morice Mém. de Bret. I. 628, Bouquet Rec. XV. 685, Migne 188 p. 1607. — „Quanto amplius".

„ 27. — 10368 Monasterio S. Dionysii ecclesiam de Vallis asserit, fratrumque compositionem cum Belli-montis comite super possessionibus Fontis Bohodii prope villam Maflers factam comprobat. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 229. n. 9. — „Quotiens a viris".

„ 27. — 10369 (Petro) Bituricensi, (Samsoni) Remensi, (Hugoni) Senonensi, (Hugoni) Rothomagensi, (Godefrido) Burdigalensi, (Theobaldo) Cantuariensi, (Arnoldo) Maguntino et (Hillino) Trevirensi archiepiscopis mandat, ut „quicunque in parochiis eorum pro rebus ad monasterium S. Dionysii pertinentibus ablatis vel pro iniuriis et damnis illatis fuerint a fratribus rationabiliter excommunicati, excommunicationem ipsam ratam habentes faciant eam per dioceses suas inviolabiliter observari et si eos interim mori contigerit, donec quae abstulerint reddantur, eos christianorum sepulturam habere nullatenus permittant". Loewenfeld Epistolae p. 127. — „In loco apostolorum".

„ 30. — 10370 R(aimundo) abbati et capitulo S. Ruffi nuntiat, confirmare se concessionem a R. de Arenis et C., eius fratre, G(aufrido) episcopo Avinionensi factam. Cod. dipl. ord. S. Ruffi f. 11c, quem composuit et possidet U. Chevalier Romanensis. — „Devotioni vestrae".

Iun. 1. — 10371 (7026) Canonicis S. Eusebii Autissiodorensibus praebendas quasdam asserit. Martene Thes. I. 440, Migne 188 p. 1547. — „Quotiens a viris".

1. — 10372 (7027) N(ormanno) decano et toti capitulo Suessionensi asserit ius „malefactores suos sive eorum terras interdicendi et absolvendi, episcopo inconsulto". Martene Coll. II. 646, Bouquet Rec. XV. 680, Pecheur Cart. de S. Léger de Soiss. p. 38, Migne 188 p. 1547. — „Ex iniuncto nobis".

1157—1158.

Iun. 1. Laterani — 10373 (7028) In paroecia ecclesiae S. Frigdiani Lucensis aedificari novas ecclesias invitis canonicis vetat. Bull. Lat. p. 41: „kal. Iun. 1155"; Pennottus Ord. cler. can. hist. ed. Rom. p. 734: „IX. kal. Iun., p. a. I.". (Et annus 1155 et pont. a. 1 aliena manu additi sunt.) — „Iniuncti nobis".

„ 4. „ — 10374 Guichardo abbati Pontiniacensi asserit donationem, ab Alpacia et filio eius Guermundo, laudante Sevino de S. Florentino, „cognomento furans canem", b. m. U(goni) praedecessori eius factam. Henry Hist. de l'abb. de Pontigny p. 333. — „Quae rationabili causa".

Aug. 12. Viterbii — 10375 (Hugoni) episcopo Engolismensi nuntiat, priorem et fratres Ruciniacenses „in proximis octavis S. Martini" (18. Nov.) ad sedem apostolicam appellasse, ad quem terminum ecclesiam Fontis-Cobronae in pristino statu permanere vult. Episcopum aut responsalem eius statuto die ad se venire iubet. Loewenfeld Epistolae p. 128. — — „Sicut ex relatione".

Dec. 13. Laterani — 10376 Inter (Nicolaum) abbatem Corbeiensem et (Theodericum) episcopum Ambianensem latam super vico „Prata" a (Miloni) Morinensi et (Guarino) Atrebatensi episcopis, praesente (Samsone) archiepiscopo Remensi, iudicium approbat. In bibl. nat. Paris. Cartul. blanc de Corbie ms. lat. 17759. s. XIII—XIV. f. 47, (Carta Samsonis anno 1157 data ibid. f. 46b). — „Inter dilectum filium".

1158. *(Ind. 6. — 25. Sept. — 7, pont. a. 4. — 5. Dec. — 5, 1157. — 25. Mart. — 1158.)*

Ian. 3. Laterani — 10377 (7029) Ecclesiae S. Mariae Traiectensis (Mosae) protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Huberto praeposito. Miraei Opp. dipl. IV. 22, Publications de la soc. hist. de Limbourg VI. 197. — „Effectum iusta postulantibus".

„ 10. Romae ap. S. Petrum — 10378 (7030) Ecclesiam Ferrariensem tuendam suscipit, canonicorumque possessiones confirmat. Ughelli It. sacr. II. 536, Migne 188 p. 4548. — „Officii nostri".

„ 12. „ — 10379 Commutationem grangiae de S. Polcaro, a Guichardo abbate Pontiniacensi cum G(uidone) comite Nivernensi factam, approbat. Henry Hist. de l'abb. de Pontigny p. 335. — „Quae rationabiliter ab".

„ 21. „ — 10380 (7031) Domum hospitalem de misericordia Placentinam tuendam suscipit, et eius possessiones privilegiaque confirmat, petente Hugone episcopo. Campi Hist. di Piac. II. 356, Migne 188 p. 1550. — „Religiosis desideriis".

„ 21. „ — 10381 (7032) Ecclesiae Raceburgensis protectionem suscipit, possessionesque ac iura confirmat, petente Henrico, Bavariae et Saxoniae duce. Lünig Spic. eccl. II. app. p. 150, Orig. Guelf. III. praef. p. 42, Westphalen Mon. ined. II. 2027, Mecklenburg. Urkundenb. I. 52, Migne 188 p. 1550. — „Religiosis desideriis".

„ 22. „ — 10382 Ecclesiae Tranensis protectionem suscipit ac possessiones confirmat. Bertrando archiepiscopo eiusque successoribus pallium concedit statuitque, ut archiepiscopatus Tranensis nulli nisi sedi Romanae subiecta sit. Prologo Le carte di Trani p. 108. — „Iustis fratrum et".

„ 23. „ — 10383 (7033) Ecclesiam S. Mariae de Gariberto Placentinam tuendam suscipit bonaque eius confirmat, petente Hugone episcopo. Campi Hist. di Piac. II. 357, Migne 188 p. 1552. — „Quoties illud a nobis".

„ 25. „ — 10384 (7034) Praeposito et universo clero ecclesiae Placentinae praecipit, ut ad disciplinam canonicam revertantur, Hugonique episcopo obediant. Campi Hist. di Piac. II. 356, Migne 188 p. 1553. — „Vita, conversatione".

„ 29. „ — 10385 (7035) Monasterium b. Pancratii Ranshovense, rogante Heinrico Bavariae et Saxoniae duce, tuendum suscipit, eiusque bona ac iura confirmat, bulla ad Megenardum praepositum. Mon. Boic. III. 318, Hund III. 207, Orig. Guelf. III. 473, Urkundenb. des Landes ob der Enns II. 283, Migne 188 p. 1554. — „Religiosam vitam eligentibus" „Regularem vitam eligentibus".

10386 (7036) Fridericum imperatorem verbis satis mitibus alloquitur. Odiosos epistolae prioris locos (cf. supra 10304) excusat. Beneficium „ex bono et facto" inquit „est editum, et dicitur beneficium apud nos non feudum, sed bonum factum; et tua magnificentia liquido recognoscit, quod nos ita bene et honorifice imperialis dignitatis insigne tuo capiti imposuimus, ut bonum factum valeat ab omnibus iudicari". Haec quoque addit: „per vocabulum: contulimus (tibi insigne imperialis coronae) nil aliud intelleximus, nisi imposuimus". Henricum tit. SS. Nerei et Achillei (pres-

1158. *(Ind. 6. — 25. Sept. — 7, pont. a. 4. — 5. Dec. — 5, 1157. — 25. Mart. — 1158.)*

byterum) et Iacinthum S. Mariae in Cosmidin diaconum cardinalem legatos, „ad commonitionem Henrici Bavariae et Saxoniae ducis“ missos, commendat. Ragewini Gesta Frid. L. III. c. 22 in MG. SS. XX. 430, ibid. Leg. II. 106, (Mansi XXI. 793, Migne 188 p. 1556). — „Ex quo universalis“.

Febr. 10. Laterani 10387 (7037) Ecclesiarum SS. Iohannis et Pauli, S. Martini, S. Stephani maioris et S. Stephani minoris, sustentationi canonicorum ecclesiae b. Petri (Romanae) destinatarum, possessiones iuraque confirmat. Bull. Vatic. I. 57, Migne 188 p. 1557. — „Liquet omnibus“.

„ 15. „ 10388 (7038) Hospitalis et ecclesiae Veclabrockensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat. (Bulla arte phototypica expressa est ap.) Sickel Mon. graph. V. tab. 14, Stülz Gesch. v. St. Florian p. 260, Urkundenb. des Landes ob der Enns II. 287. — „Religiosis desideriis“.

„ 27. „ 10389 Monasterii S. Udalrici Kreuzlingensis tutelam suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Manegoldo abbate. Meyer Thurg. Urk. II. 166, (Reg. in Schweizer Urkundenregister II. 145). — „Iustis religiosorum desideriis“.

Mart. 11. „ 10389a Monasterii SS. Sergii et Bacchi Andegavensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Willelmo abbate. Ex Cartul. S. Sergii Andegav. ms. lat. 5446. p. 61 bibl. nat. Paris. Misit Delisle; Coll. Moreau t. 69. f. 206. — „Religiosis desideriis dignum“.

„ 12. 10390 (7057) Ecclesiae b. Laurentii Ulciensis (vel ad Plebem martyrum) patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Petro praeposito. Ulciensis eccl. chartar. p. 8; clausulam afferunt Miscell. di stor. italian. XX. 567. — „Religiosis desideriis dignum“.

„ 15. „ 10391 (7039) * Hugoni archiepiscopo et Willelmo decano Viennensi eorumque successoribus asserit privilegia a Friderico I. rege tributa. Bosco Flor. bibl. laev. xyst. p. 85.

„ 18. „ 10392 Parthenonis S. Mariae Hederensis tutelam suscipit possessionesque confirmat, petente (Clementia) abbatissa. Pflugk-Harttung Acta I. 224. — „Prudentes virgines“.

„ 19. †10393 (ccccxiii) H(illino) Trevirensi, A(rnoldo) Moguntino, F(riderico) Coloniensi et omnibus suffraganeis eorum scribit, „necessariam esse divisionem spiritus et animae inter se et (Fridericum) regem, cuius pars sit extra hereditatem Domini; scisma enim, quod adversum sese commoverit, redundaturum in caput eius“. „Ipse enim“ inquit „in primo introitu suo, dum nos de promotione sua per ducem Saxoniae et per vos duos metropolitanos Trevirensem et fel. mem. Coloniensem convenisset, quidquid promisit, vos scitis si persolvit; immo totam Urbem adversum nos concitavit, quia sanguinem Romanorum, quem habunde in nos fudit, cervici nostre imposuit; publice feriemus eum anathemate; ecce plus quam Iheroboam hic: iugum iniquitatis suae conatur vobis imponere et vos in ruinam damnationis suae trahere; . . . Iactitat se nobis parem, quasi potestas nostra in solo suo angulo, videlicet in Theutonico regno, et non aeque in aliis regnis timeatur, amplectatur, diligatur; . . . Nonne ideo translatum est imperium a regno Graecorum in Alemannos, ut rex Theutonicorum non antequam ab apostolico consecraretur, imperator vocaretur; notate verba: ante consecrationem solummodo rex, post consecrationem imperator et augustus; unde igitur habet imperium nisi a nobis? per nos imperat; . . . Iste dicit nos de camera regni Bitervium in novam Romam apostolicam sedem transtulisse, cum tota Apulia nostrae auctoritati spectet et non suae; divisum itaque habemus: nos cis Alpes, ille trans Alpes; . . . Nonne ille habet sedem suam Aquis in Arduenna, sicut est nostra Romae? Quanto Roma maior et dignior est quam Aquisgrani, tanto apostolicus maior et dignior est vestro rege; . . . Nonne poterimus imperium referre de Theutonico in Graecum? . . . Quid gloriatur rex vester, quasi posset imperium revocare ab exteris nationibus, cum vix aliquem de principibus suis possit armis compescere; numquid imperatores Theutonici potuerunt evellere Rogerium de Sicilia sive de Calabria et Apulia? Numquid et iste poterit eadem eruere (de quo vera poesis est: parturiunt montes, nascetur ridiculus mus) de manibus filii eius? qualiter constringeret Graeciam, dum non potest subicere Daciam? dum Fresiam per vim virtutis suae et robur exercitus sui, ducem videlicet Saxoniae et Bawariae non potuit alio anno debellare? . . . Haec vobis scripsimus, ut regem vestrum ad cor revocetis“. („Dat. Lateranis“.)

1158. *(Ind. 6. — 25. Sept. 7, pont. a. 4. — 5. Dec. — 5, 1157. — 25. Mart. — 1158.)*
Wattenbach in Archiv f. K. österr. Gesch. XIV. 89, cf. ibidem Jaffèi commentationem p. 60, (Hahn Coll. Mon. I. 122, Pertz Archiv IV. 428). — „Quoniam absque quiete".

Mart. 19. Laterani 10394 Monasterii S. Martini Coloniensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Adelardo abbate. Ennen und Eckertz Quellen I. 548. — „Religiosis desideriis dignum".

„ 19. („) 10395 *Ecclesiae Senonensis iura et possessiones confirmat. Quantin Cart. gén. I. 540.

Apr. 13. „ 10396 Ecclesiam S. Donati Lucensem tuendam suscipit eiusque possessiones et iura confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 259. — „Quotiens illud".

„ 14. „ 10397 R(aginaldo) priori S. Radegundis et magistro scholarum Pictaviensibus mandat, ut (Aimerico) abbati Malleonensi super ecclesia de Cantelupo iustitiam faciant. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 18392. (Dom Fonteneau XVII.) f. 26. — „Dilectus filius noster".

„ 15. „ 10398 Parthenonis Verga-villensis tutelam suscipit ac possessiones confirmat. Ex cop. s. XV in Monast. bened. XLVI. ms. lat. 12703, fol. 205 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Officii nostri decet".

„ 15. 10399 Compositionem inter fratres S. Ruffi et Malleonenses super ecclesiis quibusdam factam confirmat. Codex dipl. ord. S. Ruffi, quem composuit et possidet Ulysses Chevalier Romanensis f. 10. — „Sicut aequum est".

„ 16. „ 10400 Monasterii Malleonensis tutelam suscipit possessionesque ac privilegia, rogatu Aimerici abbatis, confirmat, imposito fratribus duorum byzantiorum tributo annuo. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 18392. (Dom Fonteneau XVII.) f. 28. — „Religiosis votis annuere".

„ 16. 10401 Ecclesiam de Elsa tuendam suscipit eiusque possessiones et iura confirmat, imposito ei duodecim solidorum censu annuo. Pflugk-Harttung Iter p. 259. — „Effectum iusta".

„ 22. „ 10402 Ricardo episcopo et Philippo archidiacono Constantiensi (dioec. Rotom.) mandat, iudicium faciant inter abbatem Montisburgi et priorem S. Cosmae, de ecclesia Morsalinorum litigantes. Toustain de Billy Hist. de Cout. I. 220. — „Conquerentibus dilectis".

„ 24. „ 10403 (7041) Ecclesiam S. Feliculae Parmensem tuendam suscipit, et eius possessiones ac iura confirmat, petente Gerardo priore. Affò St. di Parma II. 369, Migne 188 p. 1562. — „Quoties illud".

„ 24. „ 10404 Ecclesiae SS. Petri et Pauli Evaunensis patrocinium suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Gaufrido praeposito. Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand XIX. 92, Mon. pont. Arverniae p. 240. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 26. 10405 Monasterii S. Mariae Crassensis patrocinium suscipit, ac disciplinam, possessiones, privilegia, petente Guillelmo abbate, confirmat, imposito monachis quinque aureorum tributo annuo. Mahul Cart. de Carcassonne II. 253. — „Piae postulatio voluntatis".

Mai. 10. „ 10406 (7042) Ecclesiae S. Sanxonis Aurelianensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Saussey Ann. eccl. Aurel. p. 446, Marrier Mon. S. Mart. de Camp. p. 41, Migne 188 p. 1564. — „Piae voluntatis postulatio".

„ 11. „ 10407 (7043) Parthenonis Visbeccensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Themode abbatissa. (Signa chronologica sunt corrupta.) Würdtwein Subs. dipl. VI. 334, Migne 188 p. 1565. — „Pie postulatio voluntatis".

„ 14. „ 10408 Monasterium S. Petri de Villa magna tuendum suscipit, eiusque possessiones et iura confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 259. — „Iustis petentium".

„ 16. „ 10409 Ecclesiae S. Stephani Drocensis protectionem suscipit, bonaque et iura confirmat. (Notae temporis corruptae.) In bibl. nat. Paris. Cartul. de Drocis, ms. lat. 10106. s. XV. f. 16b. — „Quotiens illud a nobis".

„ 20. 10410 (7044) Monasterii SS. Nazarii et Celsi Veronensis disciplinam ac possessiones confirmat, petente Clemente abbate. (Verba „Guido pr. card. tit. S. Chrysogoni" mendum aperte continent, cum iam mense Aprili a. 1158 Bonadies huius tituli presbyter appareat in bullis 10404. 10405.) Ughelli It. sacr. V. 798, Migne 188 p. 1567. — „Quotiens illud".

Iun. 12. Sutrii 10411 (7045) Monasterium Selboldense tuendum suscipit, eiusque bona confirmat, ac iura auget, petente Gerbodone praeposito. Wenck Hess. Landesg. II. Urk. p. 105, Migne 188 p. 1568. — „Officii nostri nos".

1158. *(Ind. 6. — 25. Sept. — 7, pont. a. 4. — 5. Dec. — 5, 1157. — 25. Mart. — 1158.)*

Iun.	14.	Sutrii	10412 A(lfonso) Portugalensium duci commendat ecclesiam sanctae Crucis Colimbrien-sem. Portugalliae monum. hist. SS. I. 72. — „Quia plurimum de“.
„	14.		10413 Civitatulano et S. Bartholomaei abbatibus mandat, ut controversias inter cano-nicos Ianuenses et abbatem S. Stephani determinent. Pflugk-Harttung Iter p. 259. — „Causas, que inter“.
„	15.	„	10414 (7046) Ecclesiae b. Laurentii Ianuensis patrocinium suscipit et canonicorum bona ac iura confirmat. (Fragmentum.) Ughelli It. sacr. IV. 865.
„	16.	„	10415 Ecclesiae Niciensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Arnaldo episcopo. Pflugk-Harttung Iter p. 807. — „In apostolice“.
„	22.		10416 (7047) Ecclesiae Caesaraugustanae patrocinium suscipit bonaque et privilegia confirmat, petente Petro episcopo. Arruego Cat. ep. p. 672. — „Cum ex (in)iuncto“.
„	22.	„	10417 Ecclesiae Tutelanae protectionem suscipit, possessionesque et privilegia, petente Raimundo priore, confirmat. Concordiam inter Martinum, episcopum Tirasonensem, et capitulum Tutelanum a Bernardo archiepiscopo Tarraconensi factam probat. De la Fuente España sagr. XLIX. 373. — „Piae postulatio voluntatis“.
	22.	„	10418 Monasterii Montis S. Eligii tutelam suscipit, bonaque, in his ecclesiam b. Kiliani Albiniacensem, petente Radulpho abbate, confirmat. (Clausula bullae errore typothetae ad finem p. 209 redacta est.) Cardevacque L'abbaye du Mont-Saint-Eloi p. 198. — „Effectum iusta“.
„	23.		10419 (7048) (Bernardo) archiepiscopo Tarraconensi, et (Berengario) archiepiscopo Nar-bonensi, apostolicae sedis legato, scribit, se ex (Lupo) Pampilunensi et (Petro) Caesaraugustano episcopis de rupta pace inter Raymundum, comitem Barcinonensem, et Lupum, Valentiae regem, cognovisse. Mandat, ne comitem, impugnantem Sara-cenos, vexari a Christianis patiantur. Marca Marca Hisp. p. 1317, Diago Ann. de Valencia p. 261, Aguirre Conc. V. 70, Mansi XXI. 828, Migne 188 p. 1570. — „Dilectum filium Raymundum“.
„	26.	„	10420 (7049) Ecclesiae S. Marcelli Parisiensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Nivelone decano. Félibien Hist. de Paris III. 13, Migne 188 p. 1571, (Dubois Hist. eccl. Paris. I. 566). — „Effectum iusta postulantibus“.
„	26.		†10421 Ecclesiae S. Mariae Aquisgranensis protectionem suscipit possessionesque con-firmat. (Excepta clausula, verbotenus concordat cum bulla 10424: „Dat. Romae 6. kal. Iul., a. pont. 6, sub signo mei Adriani papae IV. cet.“) Ly mireur des histors, chron. de Iean d'Outremeuse ed. Borgnet V. 244. — „Venerabilia loca“.
Iul.	4.		10422 (7050) Ecclesiam Ragusinam tuendam suscipit eiusque iura confirmat, petente Tribuno archiepiscopo. Farlati Ill. sacr. VI. 79, Mon. Hung. hist. I. XI. 94. — „In apostolicae“.
„	12.	Vetrallae	10423 (7051) Inter canonicos ecclesiae S. Petri (Romanae) et G. episcopum Sutrinum, litigantes de ecclesia S. Silvestri, constitutas a Rolando presbytero card. tit. S. Marci et cancellario, Alberto pr. card. tit. S. Laurentii in Lucina, Willelmo pr. card. tit. S. Petri ad vincula et Raimundo diac. card. S. Mariae in via lata, pacis conditiones confirmat. Bull. Vatic. I. 60. Migne 188 p. 1573. — „Ea, quae a fratribus“.
„	19.	„	Vide tabulam in Dissert. della pontif. accad. Rom. XV. 221.
Aug.	27.	Narniae	(iuxta ecclesiam b. Iuvenalis, in palatio domni Petri episcopi.) Vide Buccaleonis char-tulam ap. Muratori Ant. It. I. 139.
Sept.	22.	ap. castrum Vicumvari-um	10424 (7052) Ecclesiae S. Mariae Aquisgranensis protectionem suscipit possessionesque confirmat. (Signa chronica sunt depravata.) Quix Cod. dipl. Aqu. I. 31. — „Vene-rabilia loca“.
„	27.	Albae	Vide chartam ap. Muratori Ant. It. II. 331.
„	27.		†10425 Monasterii Rastedensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat. („Dat. Literas p. m. Limerici S. R. E. diaconi et cancellarii“ cet.) Zeitschr. f. Gesch. und Alterth. Westphal. XXV. 253. — „Convenit apostolico moderamini“.
Oct.	19.	Laterani	10426 Monachis, presbyteris et laicis monasterii Augiae-divitis commendat Udalricum abbatem, a sese consecratum; cui ut obediant, hortatur. Usum infulae et anuli ei concedit. (Legitur tantum translata in linguam suevicam.) Oheims Chron. von Reichenau p. 130. — „Unsern lieben sun“ „Dilectum filium nostrum“.
„	30.	„	10427 (7053) Adae magistro asserit magisterium scholarum ecclesiae Meldensis, a bonae

1158. *(Ind. 6. — 25. Sept. — 7, pont. a. 4. — 5. Dec. — 5, 1157. — 25. Mart. — 1158.)*

memoriae M(anasse) episcopo concessum. Du Plessis Hist. de Meaux II. 47, Migne 188 p. 1574. — „Magisterium scholarum".

Oct 30. Laterani — 10428 Ecclesiae S. Laurentii de Artigia tutelam suscipit ac possessiones confirmat, petente Iohanne priore. Doc. hist. bas-latins I. 259. — „Religiosis desideriis dignum".

„ 30. „ — 10429 Canonicorum S. Stephani Senonensium privilegia quaedam confirmat. Quantin Cart. gén. de l'Yonne II. 92. — „Quoticns illud a".

Nov. 4. „ — 10430 (7054) Hugonem, Ludovici Francorum regis cancellarium, collaudat, quod pacem inter eundem regem et Henricum, regem Anglorum, conciliaverit. Henricum, Ludovici regis nuncium, commendat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 589, Bouquet Rec. XV. 686, Mansi XXI. 808, Migne 188 p. 1575. — „Quod ad pacem et".

„ 6. „ — 10431 Monasterio S. Benedicti Padilironensi asserit monasterium S. Pontiani. Wiener Sitzungsber. XCIV. 667. — „Susceptae officium".

„ 24. „ — 10432 (7055) G(regorium) priorem et universum capitulum Camaldulense ad virtutem pacemque hortatur. Mittarelli Ann. Cam. III. 350, Migne 188 p. 1576. — „Monasterium vestrum".

Dec. 19. „ — 10433 *Richardo, abbati Septem-fontium (dioec. Augustodunen.), bullam protectionis tribuit. Gall. Christ. IV. 499.

„ 19. „ — 10434 Monasterii Corbiniacensis patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Hugone abbate. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12665. (Monast. Benedictin. VIII.) f. 227b. — „Religiosis votis annuere".

„ 19. „ — 10435 Hugoni abbati et fratribus Corbiniacensibus de presbyteris in eorum ecclesiis constitutis scribit. Laicos praebendam panis et vini „hereditario iure" in monasterio habere, advocatosque novas exactiones monachis imponere vetat. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12665. (Monast. Benedict. VIII.) f. 227. — „Etsi ex commisso".

10436 (7056) Hugonis, episcopi Placentini, eiusque successorum de S. Xisti et b. Pauli monasteriis iura confirmat. Campi Hist. di Piac. II. 357, Migne 188 p. 1578. — „In sedis apostolicae".

1154—1159.

10437 (7059) Archiepiscopo Thessalonicensi scribit de ecclesia Graecorum cum Romana reconcilianda. Commendat Balduinum et Balditzioninum tabellarios ad Emanuelem imperatorem Constantinopolitanum missos. Mansi XXI. 796, Migne 188 p. 1580. — „Ἐξ ὅτου διὰ" „Ex quo per".

10438 (7060) Consules et universum populum castri Grassae hortatur, ut monachos Lerinenses contra Saracenos aliosque inimicos defendant. Barralis Chronologia sanctorum II. 163, Hist. Patr. Mon. Script. II. 413, Migne 188 p. 1581. — „Cum ex iniuncto".

10439 (7061) Ludovico, Francorum regi, abbatem fratresque Praemonstratenses commendat. Le Paige Bibl. Praem. p. 431, Bouquet Rec. XV. 688, Hugo O. P. A. I. Pr. p. 20, Migne 188 p. 1582. — „Paternae charitatis".

10440 (7063) Gualtero, episcopo Laudunensi, ecclesiam Praemonstratensem commendat. Le Paige Bibl. Praem. p. 431, Bouquet Rec. XV. 687, Migne 188 p. 1583. — „Qui antecessores suos".

10441 (7064) Gualterum, episcopum Laudunensem, ad tuendam ecclesiam Praemonstratensem adhortatur. Le Paige Bibl. Praem. p. 432, Bouquet Rec. XV. 689, Migne 188 p. 1584. — „Quanto amplius fratres".

10442 (7065) Ecclesiae Rotomagensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Hugone archiepiscopo. Bonnin Cart. de Louviers I. 98, (Bessin Conc. Rotom. II. 29). — „Fratres nostros episcopos".

10443 (7065a) Monasterii S. Iohannis in Vineis disciplinam, bona et privilegia confirmat, petente Guidone abbate. Louen Hist. de l'abbaye de St. Iean de Vignes p. 292, Migne 188 p. 1585. — „Iustis votis assensum".

10444 (7066) A. priori et universis monachis de Pontiden. praecipit, ut ecclesiae Pontanolensi decumas quasdam restituant. Append. conc. Lat. XIII. 10, Coll. Lips. XXIII. 15, Coll. Cass. XXXV. 11, Coll. Bamb. XXV. 11, Comp. I. L. III. t. 26. c. 15, Mansi XXI. 830, Migne 188 p. 1586. — „Nobis in eminenti".

1154—1159.

10445 (7068) Eberardo, archiepiscopo Salzburgensi, respondet, servorum coniugia, invitis dominis contracta, non esse dissolvenda. Append. conc. Lat. XLV. 7, Coll. Cass. LXV. 1, Comp. I. L. IV. t. 9. c. 1, (Decr. Greg. L. IV. t. 9. c. 1, Mansi XXII. 411. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 14664. f. 151 epistolae inscriptio haec est: „Alexander tertius Salzeburgensi archiep.", cf. Neues Archiv VII. 167.) — „Dignum est et" („Tua fraternitas").

10446 (7069) Ecclesiae Leodiensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Henrico episcopo. Aegidii Aureaevall. Gest. epp. Leod. L. III. c. 30 in MG. SS. XXV. 104, (Miraei Opp. dipl. II. 825, Migne 188 p. 1587. Goerz Mittelrhein. Reg. II. 26 anno 1155 bullam ascribit; qua causa nescio). — „Iniuncti nobis a".

10447 O(berto) archiepiscopo Mediolanensi ita scribit: „Pessimam consuetudinem et sacrorum canonum sanctioni contrariam in archiepiscopatu tuo inter Adduam et Ticinum inolevisse accepimus, quod videlicet rustici de fructibus laborum suorum semen(?) et omnes expensas prius accipiunt et vix de reliquo decimas exsolvunt; domini quoque rusticorum de redditibus fructuum, quos a suis colonis accipiunt, decimas nullatenus reddunt". Quam consuetudinem ut eradicet, mandat. Ex cod. Vatic. 1362. f. 128. Dedit Ewald. — „Pessimam consuetudinem".

10448 Capitulum Meldense vacantem praebendam cuilibet assignare vetat, antequam dimidiae praebendae integratae sint. Loewenfeld Epistolae p. 129. — „Ex suscepte dispensationis".

10449 Theobaldo, archiepiscopo Cantuariensi, mandat, ut domos duas a laicis quibusdam in cimiterio ecclesiae S. Mariae de Arcubus Londoniensis constructas amoveri faciat. (Fragmenta.) Fifth report of histor. manuscr. p. 446. — „Ex iniuncto nobis".

10450 Ecclesiae S. Mariae Atrebatensis tutelam suscipit possessionesque confirmat, Clarembaldo praeposito et Nicolao decano petentibus. Cartul. d'Arras ms. lat. 9930. s. XIII. f. 1 in bibl. nat. Paris. — „Effectum iusta postulantibus".

10451 Ecclesiae Atrebatensi, rogatu Clarembaldi praepositi et Nicolai decani, asserit ea, quae ecclesia de Falinis a 40 annis possidet. Addit de praebendis canonicorum defunctorum. Cartul. d'Arras l. l. f. 4b. — „Quotiens super bonis".

10452 Monasterii S. Mariae Montisburgensis possessiones, petente Galtero abbate, confirmat. Ex cartul. Montisburg. n. 1, penes dominum de Beaufort. Misit Delisle. — „Religiosam vitam".

10453 Monasterii Cerasiensis bona, petente Hugone abbate, confirmat. Ex chartul. Ceras. p. 17 in Archives dép. de la Manche. Misit Delisle.

10454 *Lundensi archiepiscopo primatum Suetiae asserit. Epist. Innoc. III. ed. Baluze I. 247 ap. Migne 214 p. 395. (Cf. Rydberg Sverges Traktater I. 74, Potthast Reg. Pont. Rom. n. 435.)

10455 Ecclesiam S. Petri Diensem tuendam suscipit ac disciplinam, possessiones, privilegia confirmat, petente Petro priore. Codex dipl. ord. S. Ruffi, quem composuit et possidet Ulyxes Chevalier Romanensis, f. 9. — „Religiosis desideriis dignum".

10456 Ecclesiae S. Mariae de Bellomonte patrocinium suscipit bonaque et iura confirmat, petente Guillelmo praeposito. Codex dipl. ord. S. Ruffi l. l. f. 11. — „Piae postulatio voluntatis".

10457 Ecclesiae cuiusdam, ad monasterium S. Ruffi pertinentis, tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Bernardo priore. Codex dipl. ord. S. Ruffi, l. l. f. 13. — „Religiosam vitam eligentibus".

10458 Iacobo abbati omnium sanctorum in Insula Catalaunensi bullam dat. Neues Archiv VII. 96. — „Religiosis votis".

10459 Monachis de Astino (al. Austino) praecipit, ut presbytero de Lavare (al. Lanate) debitam decimae partem exsolvant. Coll. Lips. XXIII. 5. Comp. I. L. IV. t. 26. c. 16. — „Presbyteri de Lavare".

10460 Monasterii S. Winnoci Bergensis tutelam suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Theoderico abbate. (Clausula, quae addita est, ad Lucii III. bullam d. 3. Ian. 1184 datam pertinet; recta vero desideratur.) Pruvost Chron. de Bergues-St.-Winoc I. 116. — „Religiosis desideriis dignum".

10461 Hildegardem, praepositam Montis S. Roberti, hortatur, ut in „sancta conversatione persistat" et sorores ei commissas „operibus salutis" instruat. „Commonitoria eius verba

1154—1159.

desiderat, quia spiritu miraculorum Dei imbuta dicatur". S. Hildeg. Opp. ap. Migne 197 p. 153. — „Gaudemus, filia".

10462 Monasterii S. Fridiswidae de Oxonia possessiones confirmat, bulla ad Robertum priorem. (Fragmentum.) Monast. Anglic. I. 175, nov. ed. II. 147. — „... infra ipsam civitatem".

1155—1159.

Iul. 6. 10463 (7072) Marchwardo, abbati Fuldensi, concedit, ut, „si de malefactoribus suis et ecclesiae et invasoribus bonorum ipsius ad episcopos, ad quos cura illorum pertineat, querelam secundo tertiove pertulerit, et ipsi iustitiam facere recusaverint, malefactores illos excommunicationis sententia innodet". (Textus librarii vitio depravatus est. De fide tabulae dubitat Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 505.) Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 404, Migne 188 p. 1591. — „Inter universas ecclesias".

Aug. 13. Anagniae 10464 (7073) (Hugonem), archiepiscopum Rotomagensem, hortatur, ut (Willelmum) episcopum Cenomannensem, iudicem in causa quadam constitutum, si opus sit, adiuvet. Martene Coll. II. 642, Migne 188 p. 1592. — „Causam, quae inter".

10465 (7074) Ludovico, Francorum regi, Pontium abbatem Vizeliacensem tuenti gratias agit. Monet, ut monasterium defendere a comite Nivernensi pergat, domosque lapideas burgensium Vizeliacensium dirui iubeat. D'Achery Spic. II. 516, Bouquet Rec. XV. 671, Mansi XXI. 814, Migne 188 p. 1592. — „Gratum et acceptum".

10466 Fratribus Cluniacensibus asserit ecclesiam de Namech (d. Lcodiensis); possessiones huius et privilegia confirmat. (Suspecta. „Dat. . . . II. . . . Iulii".) Miraei Opp. dipl. II. 1172. — „Canonica sanctorum".

1156—1159.

10467 Monachis S. Ruxorii mandat, ut concordiam inter ipsos et capitulum Pisanum in praesentia sua factam observent. (Cf. supra 10101.) Pflugk-Harttung Iter p. 260. — „Quot mala".

10468 (7062) Berengario, archiepiscopo Narbonensi, apostolicae sedis legato, et Artaldo, episcopo Elnensi, atque universis baronibus per Elnensem episcopatum constitutis mandat, ut excommunicationis sententiam ab Eugenio III. in Gaufredum comitem (Ruscinonensem) eiusque pellicem prolatam observent. Decernit, ut „filii eius ex adultera in adulterio procreati perpetuo paterna hereditate careant". Baluzii Misc. III. 72, Aguirre Conc. V. 74, Bouquet Rec. XV. 677, Mansi XXI. 829, Migne 188 p. 1582. — „Quae a praedecessoribus".

1157—1159.

Ian. 4. Laterani 10469 (7075) Odonem abbatem monachosque S. Dionysii cohortatur, ut S. Benedicti vestigiis insistant. Doublet Hist. de St. Denys p. 502, Migne 188 p. 1593. — „Monasticam vitam".

„ 4. „ 10470 Godescalco episcopo Atrebatensi eiusque successoribus custodiam ecclesiae S. Mariae et omnia ad eam pertinentia asserit. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 69. f. 77. — „Sicut iniusta petentibus".

„ 9. „ 10471 Quae Odo, abbas S. Dionysii, ad utilitatem monasterii emerat, ea confirmat. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 229. n. 5. — „Quoniam universarum".

„ 18. „ 10472 Infra parochias ecclesiae S. Marcelli Parisiensis, sine canonicorum vel episcopi diocesani licentia, ecclesiam vel oratorium edificari vetat. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 229. n. 17. — „Iustis petentium desideriis".

„ 19.	„	10755 (7221) Pacem inter Stephanum episcopum canonicosque Claromontenses et Willelmum comitem Arvernorum compositam probat. Baluze Hist. d'Auvergne II. 65, Bouquet Rec. XV. 784, Mon. pont. Arverniae p. 253, Migne 200 p. 167, (Justel Hist. d'Auvergne Pr. p. 31). — „Ea, quae pro bono" („Vestris iustis postulationibus").
(„)	Silviniaci	cum Ludovico Francorum rege. Vide Hugonis Pictavini Hist. Vizeliac. L. IV. ap. D'Achery Spic. II. 539, in MG. SS. XXVI. 147, Bosonis card. Vita Alexandri p. 390. De loco cf. Reuter I. 208. n. 6.
Sept. 9.	ap. Dolum	„V. id. Sept. altare Crucifixi in honore S. Cosmae consecrat". Chron. Dolense 1160 (1162) ap. Labbe N. B. M. I. 317.
„ 16.	„	10756 Monasterii Floranensis possessiones confirmat, petente Willelmo abbate. (Fragmentum.) In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12752. f. 451. — „Iustis religiosorum desideriis".
„ 17.	„	10757 (7222) Ludovico, Francorum regi, scribit, „quantas molestias et gravamina in colloquio Frederici, dicti imperatoris, sustinuisset, quantam mentis constantiam et spiritum fortitudinis induisset", se comperisse. Henricum, Anglorum regem, a sese per (Rogerium), archiepiscopum Eboracensem, et (Rotrodum) Ebroicensem ac (Arnulfum) Lexoviensem episcopos, ut Ludovico „tanquam domino suo vires et auxilium praestaret et studeret in omnibus et per omnia deservire", admonitum esse. Henrici regis nuncios commendat. „Praefatum regem" inquit „quem in proxima tertia feria (18. Sept.) ad nostram praesentiam exspectamus, ad honorem et fidelitatem tuam inducere curabimus". Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 620, Bouquet Rec. XV. 784, Mansi XXI. 1015, Migne 200 p. 168. — Audito per venerabiles" („Audivimus per").
18.	„	10758 (7223) (Eberhardum), archiepiscopum Salzburgensem, „imperatori et pravitatis eius fautoribus viriliter resistentem" laudat, hortaturque, ne malis cedat. Monet, ut ad sese aut ipse veniat, aut nuncium mittat. Mandat, ut „ad imperatorem Fridericum accedat et ipsum ad unitatem ecclesiae revocare modis omnibus elaboret". Tengnagel Vet. mon. p. 438, (Mansi XXI. 1040, Migne 200 p. 169). — „Quod charissimam".
20.	„	10759 (7224) Ecclesiae S. Iohannis Kaltenbornensis possessiones privilegiaque confirmat, petente Bernardo praeposito. Thuringia sacra p. 309, Menckenii SS. R. G. I. 768, Migne 200 p. 171. — „Sicut sacrorum".
„ 20.	„	10760 (7225) Parthenonis in monte, qui dicitur Wlrideshusen, protectionem suscipit, et disciplinam, possessiones, privilegia confirmat. In schedis Mon. Germ. — „Religiosam vitam".
„ 22.	„	10761 (7226) Ludovico, Francorum regi, respondet, ad postulationem eius se Odoni, Burgundiae duci, mandasse, ut Flaviniacum castrum aut regi aut (Henrico), episcopo Augustodunensi, „resignet; alioquin sententiam, quam idem episcopus promulgaverit, ratam habiturum, et ipsam a (Godefrido) Lingonensi et (Petro) Cabilonensi episcopis mandasse ratam haberi". Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 619, Bouquet Rec. XV. 785, Mansi XXI. 1015, Migne 200 p. 172. — „Litteras excellentiae tuae".
„ 23.	„	Iohannem episcopum Pictaviensem consecrat „in abbatia Dolensi, die S. Teclae". Radulph. de Diceto ad 1194 ap. Twysden Hist. Angl. SS. I. 675, ed. Stubbs II. 120, ap. Bouquet Rec. XVII. 648.
„ 24.	„	10762 (7227) Ecclesiae Carnotensis protectionem suscipit et possessiones confirmat, petente Roberto episcopo. Gall. Chr. VIII. Instr. p. 337, Lépinois et Merlet Cart. I. 169, Migne 200 p. 173. — „Et ordo rationis".
c.Sept. 29.	Turonum	pervenit „circa festum b. Michaelis". Bosonis card. Vita Alexandri ap. Watterich II. 393.
Oct. 10.	Turoni	10763 Eremitarum quorundam, apud Fontem-Gelardi (d. Cenom.) viventium, subiectionem, Maiori-monasterio exhibitam, confirmat. (Cf. supra ep. 9243.) Loewenfeld Epistolae p. 132. — „Quemadmodum apostolicae".
„ 14.	„	10764 (7228) Ecclesiam S. Ambrosii Mediolanensem tuendam suscipit eiusque possessiones et privilegia confirmat, petente Oberto archiepiscopo. Frisi Mem. d. Monza II. 63, Migne 200 p. 174. — „In eminenti sedis".

1162. *(Ind. 10. — 25. Sept. — 11, pont. a. 3. — 20. Sept. — 4, 1161. — 25. Mart. — 1162.)*

Oct. 14. Turoni 10765 Ecclesiae S. Mariae Mediolanensis possessiones ac iura confirmat, Milone archipresbytero et Galdino archidiacono petentibus. Pflugk-Harttung Iter p. 265. — „Iustis petentium".

„ 17. „ 10766 Maioris-monasterii protectionem suscipit possessionesque confirmat, petente Roberto abbate. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12879. (Martene Hist. de Marmoutiers) f. 148. — „Quoniam sine verae".

„ 22. „ 10767 (7229) Monasterii S. Mariae Fontanensis patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Theobaldo abbate. Salmon Chron. de Touraine p. 279, (D'Achery Spic. II. 578). — „Religiosis desideriis dignum".

„ 23. „ 10768 Philippo decano et capitulo b. Iuliani Cenomanensi ecclesiam de Herneia a Guilelmo episcopo concessam asserit. Chartul. eccl. Cenom. in Institut des provinces de France 2 sér. II. p. 71. — „Iustis petentium desideriis".

„ 25. „ 10769 Monasterii S. Willelmi Gellonensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Ricardo abbate. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12778. f. 259^{b}. — „Quotiens illud a".

„ 26. „ 10770 (7230) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut quae per Fusniacensem et de Eleemosyna abbates ab eo petierit, faciat. Commendat „O(ddonem), filium nobilis viri C(encii) Fraiapanis, de regno Teutonico revocatum". Martene Coll. II. 677, Bouquet Rec. XV. 786, Migne 200 p. 178. — „Quanto in devotione".

„ 29. 10771 (7231) Excommunicationem ab Udalrico, episcopo Halberstadensi, in praepositum Rodensem sociosque, bonorum ecclesiae Kaltenbornensis invasores, prolatam confirmat. Schöttgen et Kreysig Diplomat. II. 698, Schmidt Urk. d. Hochst. Halb. I. 227, Migne 200 p. 178. — „Ecclesiastica sententia".

Nov. 1. 10772 (7232) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut B(ernardum), episcopum Portuensem, suum ad Ludovicum regem legatum, adiuvet. Martene Coll. II. 678, Bouquet Rec. XV. 786, Migne 200 p. 179. — „Venerabilem fratrem nostrum B."

„ 2. „ 10773 (7233) Ludovico, Francorum regi, B(ernardum), episcopum Portuensem, nuncium suum, commendat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 621, Bouquet Rec. XV. 786, Mansi XXI. 1016, Migne 200 p. 179. — „Exuberans circa nos".

„ 4. „ 10774 Bernardi, Magalonensis ecclesiae praepositi, bona tuenda suscipit et eius compositionem cum I(ohanne) episcopo Magalonensi factam confirmat. Mém. de la soc. de Montpellier V. 520. — „Sacrosancta Romana ecclesia".

„ 4. „ 10775 Archidiaconum et capitulum Magalonense hortatur, ut B(ernardum) ecclesiae praepositum, in rebus communitatis administrandis adiuvent neve (Iohanni) episcopo Magalonensi, si impedire eum voluerit, obediant. Mém. de la soc. de Montpellier V. 521. — „Super hiis que".

„ 5. „ 10776 (7234) Monasterii Compendiensis tutelam suscipit, ac disciplinam possessiones privilegia confirmat, petente Ansoldo abbate. In bibl. nat. Paris. Chartul. S. Cornel. Compend. ms. lat. 9171. f. 15, Coll. Moreau t. 71. f. 108, (Gall. Chr. X. Instr. p. 125, Migne 200 p. 180: „Non. Nov."; Revue des soc. sav. des départ. VI. sér. IV. 461: „Non. Dec."). — „Potestatem ligandi".

„ 6. „ 10777 (7235) Ludovico, Francorum regi, monasterium Compendiense commendat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 628, Bouquet Rec. XV. 787, Mansi XXI. 1027, Migne 200 p. 181. — „Quod tam fiducialiter".

„ 7. „ 10778 Ansoldi abbatis Compendiensis altaria ac decimas quasdam confirmat. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 71. f. 195, in tabularii nat. Paris. Cartul. Compend. s. XIII. LL. 1622. f. 136. — „Iustis religiosorum desideriis".

„ 7. „ 10779 Monasterio Compendiensi possessiones quasdam asserit. In bibl. nat. Paris. l. c. f. 193, in tabul. nat. Paris. l. c. f. 59^{b}. — „Quotiens aliqua ecclesiarum".

„ 9. „ 10780 Radulpho abbati et fratribus Montis S. Eligii privilegium dat. Neues Archiv VII. 97. — „Cum quidam e".

„ 9. „ 10781 Monasterii Savigneiensis tutelam suscipit possessionesque et iura confirmat, petente Willelmo abbate. Cart. de Savigny s. XIII. f. 161 in Arch. dép. de la Manche in St.-Lô. — „Religiosis votis annuere".

„ 16. „ 10782 (7236) *Parthenonis S. Mariae in silva Nidi-merli protectionem suscipit et possessiones confirmat, bulla ad Nivam abbatissam. Morice Mém. p. s. à l'hist. de Bret. I. 598.

1162. *(Ind. 10. — 25. Sept. — 11, pont. a. 3. — 20. Sept. — 4, 1161. — 25. Mart. — 1162.)*

Nov. 16. Turoni — 10783 (7237) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur canonicos Leodienses, ut reditum praebendae S. Lamberti Letoldo, praeposito Aurelianensi, restituant. Martene Coll. II. 679, Migne 200 p. 182. — „Constitutus in apostolicae".

„ 23. „ — 10784 Rogero abbati et fratribus S. Mariae Driburgensibus asserit ecclesiam S. Cuthberti de Childinchirch aliaque. Privilegia quaedam addit. Liber S. Mariae de Drib. p. 204. — „Iustis petentium desideriis".

„ 26. „ — 10785 Rainerio abbati Albaeripensi bullam dat. Neues Archiv VII. 97. — „Religiosam vitam".

„ 27. „ — 10786 Capitulo Rotomagensi asserit medietatem manerii de Kyllon, ab H(enrico) Anglorum rege in elemosynam concessam. In bibl. nat. Paris. Chartul. Rotomag. ms. lat. nouv. acquis. 1363. s. XIX. f. 268^{b}. — „Iustis petentium desideriis".

„ 28. „ — 10787 Ab Hu(gone) archiepiscopo et capitulo Rotomagensi factam „super reditibus de Anglia et oblationibus pentecostes" constitutionem confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 231. — „Iustis petentium".

„ 28. „ — 10788 (7238) Henrico, archiepiscopo Remensi, respondet, se (Godescálco) episcopo Atrebatensi scripsisse, „ut quoniam infirmitate gravatus ad propriam administrationem noscatur insufficiens, animae suae consulere et ecclesiae studeat commodius providere". De „honesta visitatione devotionis eius" agit gratias. Monet, ut „rumores Teutonicos sollerter inquirens, eos sibi saepius studeat declarare". Martene Coll. II. 679, Bouquet Rec. XV. 787, Migne 200 p. 182. — „Dilectum filium nostrum".

Dec. 8. „ — 10789 (7239) Ludovico, Francorum regi, significat, se, quos misisset, Barbadorum eiusque comitem militem benigne recepisse, iisque, ut antea iam Mauricio, episcopo Parisiensi, mandasse, ut de celebrando concilio ad eum referrent. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 621, Bouquet Rec. XV. 787, Mansi XXI. 1017, Migne 200 p. 183. — „Dilectos filios nostros".

„ 8. „ — 10790 Capitulo ecclesiae SS. Gervasii et Protasii asserit altare S. Petri de Aila, a Lisiardo, olim praeposito eorum, postmodum episcopo concessum. Autogr. in bibl. nat. Paris. ms. lat. 9209. — „Iustis petentium desideriis".

„ 10. „ — 10791 Monasterii S. Nicolai de Blancalanda tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Ranulfo abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 58. f. 210. — „Quotiens illud a".

„ 10. „ — 10792 (7240) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut excommunicationis sententiam, a (Milone), episcopo Morinensi, prolatam in M(atthaeum) filium comitis Flandrensis et canonicos quosdam seculares, observari iubeat. Martene Coll. II. 680, Bouquet Rec. XV. 788, Migne 200 p. 184. — „Dum interna consideratione".

„ 18. „ — 10793 (7241) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur (Theodericum) comitem Flandrensem, ut M(atthaeum), filium suum, qui et „monialem Deo dicatam et in abbatissam benedictam illicite sibi copulavit", et duobus abbatibus ac fratribus eorum de Bolonia expulsis alios substituerit, ad eiiciendos invasores cogat. Martene Coll. II. 681, Bouquet Rec. XV. 788, Migne 200 p. 184. — „Plena et manifesta".

„ 20. „ — 10794 (7242) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur praepositum, decanum et universum capitulum ecclesiae Caslatensis, ut W. puero pro praebenda abiudicata „aliquam recompensationem" concedant. Martene Coll. II. 682, Migne 200 p. 185. — „Latoris praesentium W."

„ 20. „ — 10795 (7243) Henrico, archiepiscopo Remensi, scribit, Ludovicum, Francorum regem, „pro illo Aurelianensi episcopo instanter apud se intercessisse"; qua de re quid ei videatur, quaerit. Hortatur, ut post festum natalis Domini ad sese accedat. Martene Coll. II. 682, Bouquet Rec. XV. 789, Migne 200 p. 186. — „Corporali quondam".

„ 23. „ — 10796 (7244) Ludovicum, Francorum regem, rogat, ut P. militi Hierosolymam profecturo possessiones, invita ipsius uxore adultera, vendendi vel oppignerandi licentiam concedat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 606, Bouquet Rec. XV. 789, Mansi XXI. 996, Migne 200 p. 186. — „Illos tuam decet".

„ 23. „ — 10797 (7245) Henrico, archiepiscopo Remensi, nunciat, „burgenses illos haereticos a sese dure satis receptos esse". Martene Coll. II. 683, Bouquet Rec. XV. 790, Migne 200 p. 187. — „Burgenses illos".

„ („) — 10798 Domus hospitalis Castridunensis possessiones et privilegia confirmat, bulla Iul-

1162. *(Ind. 10. — 25. Sept. — 11, pont. a. 3. — 20. Sept. — 4, 1161. — 25. Mart. — 1162.)*

duino magistro directa. Inventaire-sommaire des arch. hospitalières p. 4. n. 81, cf. ibid. Introduct. p. III.

Dec. 25. Turoni „Nativitatem domini" celebrat. Bosonis card. Vita Alexandri ap. Watterich II. 393.

„ 10799 (7246) Stephano episcopo Meldensi petente, privilegium de villis monasteriisque Resbacensi et Iotrensi ab Honorio II. concessum Burcardo, praedecessori eius (vide supra 7339), confirmat. Ep. Inn. III. ed. Baluzius II. 296, ed. Migne 215 p. 1612, Du Plessis Hist. de Meaux II. 51, Migne 200 p. 188, (Launoii Opp. III. II. 343). — „In eminenti apostolicae".

10800 Stephano, episcopo Meldensi, asserit „ius episcopale, quod praedecessores eius in monasteriis et ecclesiis infra episcopatum sitis tenuisse noscantur". In bibl. nat. Paris. Cartul. eccl. Meldens. ms. lat. 5528. s. XIII. f. 36b, ms. lat. 5185 F. s. XVII. f. 43. — „Suscepti regiminis cura".

10801 Monasterii S. Mariae de Fontibus tutelam suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Ricardo abbate. (Finis huius bullae casu, nescio quo, omissus est.) Walbran Memorials of Fountains II. 1. 79, cf. ibid. I. 132. — „Quotiens a nobis petitur".

10802 *Ecclesiae Asturicensis possessiones confirmat. Neues Archiv VI. 302.

10803 (7247) Iohanni, episcopo Macloviensi, et successoribus eius asserit ecclesiam S. Maclovii in insula, a fratribus Maioris-monasterii affectatam. Morice Mém. p. s. à l'hist. de Bret. I. 607, Bouquet Rec. XV. 791, Migne 200 p. 188. — „Sicut equum est".

1162—1163.

Turoni 10804 Monasterii S. Mariae in Silva Nidi Merli possessiones confirmat. Ex cop. in Arch. d'Ille et Vilaine in Rennes, fonds de S. Sulpice 2 H. 2. 1. Misit Delisle. — „Quoniam sine".

„ 10805 *Ansoldo, abbati Compendiensi scribit „de cura decaniae et praebendis S. Petri et de bisantio auri pro S. Amando". (Verba „VII. id. Mart." mendum sine dubio continent.) Revue des soc. sav. des départem. VI. série IV. 462. n. 16.

10806 *Sententiam de „decimis civium cognationis de Insula et Carmandino" persolvendis monasterio S. Syri, ab Innocentio II. latam (supra 7643) confirmat. Atti della soc. Ligure I. 311.

1163. *(Ind. 11, pont. a. 4. — 20. Sept. — 5, 1162. — 25. Mart. — 1163.)*

Ian. 3. Turoni 10807 Archiepiscopis, episcopis et aliis sanctae ecclesiae praelatis scribit, necessarium esse, ut milites templi eleemosinis ac beneficiis adiuventur. Qui bona eis collata retinuerint, tamquam sacrilegos puniri iubet. Pflugk-Harttung Acta I. 232. — „Quantum sacra templi".

„ 9. 10808 (7248) Monasterium S. Mariae et S. Botulphi Thorneyense tuendum suscipit et eius possessiones iuraque confirmat, petente Hereberto abbate. Monast. Anglic. I. 249, nov. ed. II. 604, Migne 200 p. 190. — „Iustis religiosorum".

„ 11. 10809 (7249) Ludovico, Francorum regi, respondet, se „illos, qui in Flandriae partibus haeresis arguantur, nulla ratione voluisse audire, nec aliquatenus auditurum, donec super hoc tam regis quam Henrici, archiepiscopi Remensis, atque aliorum religiosorum consilium plenius habeat". Martene Coll. II. 684, Bouquet Rec. XV. 792, Migne 200 p. 193. — „Litteras super negotio".

„ 12. „ 10810 (7250) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Milonem clericum de Largeriaco et servientes uxoris Bald. militis compellat ad restituenda ea, quae Drogoni diacono et canonico ecclesiae SS. Timothei et Apollinaris abstulerint. Martene Coll. II. 685, Migne 200 p. 193. — „Veniens ad praesentiam".

„ 17. 10811 Inter monachos et canonicos Compendienses super praebendis quibusdam controversiam diiudicat. Chartul. S. Corn. Compend. s. XIII. LL. 1622. f. 55 in tabular. nat. Paris., (Chartul. Compend. s. XVII. ms. lat. 9171. f. 21 in bibl. nat. Paris.). — „Ea, quae in controversia".

„ 19. 10812 (7251) Ludovicum, Francorum regem, hortatur, ut M., qui hanc epistolam deferat, a procerum quorundam iniuriis tueatur. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 611, Bouquet Rec. XV. 792, Mansi XXI. 1004, Migne 200 p. 194. — „Consuevit semper".

1163. *(Ind. 11, pont. a. 4. — 20. Sept. — 5, 1162. — 25. Mart. — 1163.)*

Ian. 22. Turoni — 10813 (7252) Abbatem de Castro-Landonis hortatur, ut „annualia, quae abbas et fratres S. Victoris Parisiensis in ecclesia S. Salvatoris iam ex longo tempore canonice possidere noscantur, quiete eos permittat possidere, donec cum iis super his componat". Martene Coll. VI. 232, Bouquet Rec. XV. 793, Migne 200 p. 194, (Duchesne H. Fr. SS. IV. 751, Mansi XXI. 1033). — „Iniuncti nobis officii".

„ 22. „ — 10814 Ecclesiae de Plesseio (vel Campo Osberti) protectionem suscipit possessionesque confirmat, petente Nicolao priore. Cart. de l'abb. du Plessis-Grimould s. XV ex. f. 5[b] in Arch. dép. du Calvados in Caen. — „Quotiens a nobis".

c. Febr. 6. Parisios — pervenit. Bosonis card. Vita Alexandri ap. Watterich II. 393: „adveniente autem Septuagesima (leg. quadragesima) colloquium habiturus ad Parisiensem civitatem accessit".

„ 6. Parisiis — 10815 Monasterii S. Mariae Eberbacensis patrocinium suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Eberhardo abbate. Rossel Urkundenb. von Eberbach I. 43. — „Sicut iniusta petentibus".

„ 9. „ — 10816 Monasterii Bonifontis tutelam suscipit ac possessiones confirmat, petente Theoderico abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 72. f. 147. — „Quotiens illud a nobis".

„ 10. „ — 10817 (7253) G(uidoni), electo Catalaunensi, mandat, cogat Gaufridum de Ionvilla, ut villam de Curcellis ecclesiae S. Remigii Remensi restituat. Martene Coll. II. 685, Bouquet Rec. XV. 793, Migne 200 p. 195. — „Dilecti filii nostri".

„ 11. „ — 10818 (7254) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, Witterum de Sarnai et comitem de Grandi-prato compellat, ut ablata fratribus S. Remigii reddant. Martene Coll. II. 686, Bouquet Rec. XV. 793, Migne 200 p. 195. — „Dilecti filii nostri".

„ 17. „ — 10819 Lambertum magistrum et leprosos Duacenses tuendos suscipit eiusque possessiones confirmat. Decimas animalium ab eis exigi vetat. Tailliar Recueil d'actes p. 500. — „Cum ex iniuncto".

„ 19. „ — 10820 (7255) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ne O. epistolae huius latorem patiatur a „M. Catalaunensi ad immoderatum foenus solvendum contra novi et veteris testamenti prohibitionem cogi". Martene Coll. II. 686, Migne 200 p. 196. — „Constitutus in nostra".

„ 19. „ — 10821 (7256) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter P. Lapillum et eius socerum, P. Catalaunensem. Martene Coll. II. 687, Migne 200 p. 196. — „Lator praesentium P."

„ 21. „ — 10822 De Hugonis abbatis fratrumque S. Germani de Pratis Parisiensis ac Symonis de Aneto controversia, a Ludovico, Francorum rege, actum arbitrium repetit et approbat. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 230. n. 14. — „Iustis petentium desideriis".

„ 27. „ — 10823 (7257) Episcopis, in quorum dioecesibus monasteria Fontobraldensia constituta sunt, mandat, ut „quoties abbatissa Fontis-Ebraldi vel vicaria eius pro sacramento suscipiendo sorores suas repraesentaverit, nullatenus apostolicae festivitatis occasione dimittant, quin sororibus illis, si alicuius apostoli festivitas non occurrerit, quibuslibet dominicis diebus munus consecrationis impendant". Niquet Hist. de Font-Evraud p. 415, Migne 200 p. 197. — „Decet nos admodum".

„ 28. „ — 10824 (7258) Universo clero et populo in regno Teutonico scribit, se schismatis oppugnandi causa Eberhardum, archiepiscopum Salzburgensem, legatum in regno Teutonico constituisse. Cui ut obediant, hortatur. Hansizii Germ. sacr. II. 273, Migne 200 p. 197. — „In apostolicae sedis".

Mart. 1. „ — 10825 Monasterii S. Mariae Sarnaiensis tutelam suscipit, disciplinamque, possessiones, privilegia confirmat, petente Andrea abbate. („VII. non. Martis.") Merlet et Moutié Cart. des Vaux de Cernay I. 38. — „Desiderium, quod ad".

„ 3. „ — „Portat rosam auream dominica, qua cantatur: „Laetare Ierusalem". Vide Hugonis Pictavini Hist. Vizeliac. L. IV. ap. D'Achery Spicil. II. 540, in MG. SS. XXVI. 148.

(„) („) — 10826 (7259) Ludovico, Francorum regi, ita scribit: „Ex antiqua Romanorum pontificum institutione noscitur processisse, quod media quadragesima ea dominica, qua cantatur Laetare Ierosolyma, (3. Mart.) consueverunt ipsi florem aureum propriis manibus gestare; flos namque Christum regem exprimit ac designat, qui de se ipso loquitur dicens: Ego flos campi et lilium convallium". Aurum, ex quo flos factus sit, quid significet, addit. Regi florem tribuit eique bene imprecatur. Radulfi de

1163. *(Ind. 11, pont. a. 4. — 20. Sept. — 5, 1162. - 25. Mart. — 1163.)*

Diceto Imag. Histor. ap. Twysden H. A. SS. I. 535, ed. Stubbs I. 310, Duchesne H. Fr. SS. IV. 768, Bouquet Rec. XV. 794, Mansi XXI. 1031, Migne 200 p. 198. — „Ex antiqua Romanorum" „Romanorum pontificum".

Mart. 9. Parisiis 10827 (7260) Ludovico, Francorum regi, respondet, „sibi honestius super eo negotio visum esse, ut H(enrico), Remensi archiepiscopo, deprecatorias litteras mitteret, ut interventu suo interdictum illud relaxet, donec causa illa in curia eius vel etiam (Bartholomaei) Bellovacensis episcopi finem debitum sortiatur". Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 610, Bouquet Rec. XV. 794, Mansi XXI. 1002, Migne 200 p. 199. — „Excellentiae tuae litteris".

„ 9. „ 10828 (7261) Henricum, archiepiscopum Remensem, rogat, „ut civitatem Bellovacensem a sententia interdicti absolvat, donec controversia in eius vel (Bartholomaei) episcopi Bellovacensis iudicio finem debitum sortiatur". Martene Coll. II. 687, Bouquet Rec. XV. 795, Migne 200 p. 200. — „Carissimus in Christo".

„ 10. „ 10829 (7262) Monasterii Savigneiensis protectionem suscipit ac possessiones confirmat, petente Willelmo abbate. Martene et Dur. Vet. Script. I. 859, Migne 200 p. 200. — „Quotiens a nobis illud".

„ 10. „ 10830 (7263) Monasterii S. Mariae Retortensis protectionem suscipit, et bona confirmat, petente Sanctio abbate. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 428, Migne 200 p. 201. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 11. „ 10831 (7264) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, Walterium de Luico, excommunicatum a (Theoderico) episcopo Ambianensi, cogat, ut M. mulieri ablatam dotem reddat. Martene Coll. II. 688, Migne 200 p. 203. — „Ex insinuatione M."

„ 11. „ 10832 Willelmo abbati Savigneiensi indulget, ut „in omnibus monasteriis, quae de eius monasterio sint egressi, et in his, quae de egressis ab eodem monasterio prodierint, de personis quam de rebus disponendi liberam habeat facultatem", excommunicandique eos, qui eius subiectioni se subtraxerint. Cart. de Savigny s. XIII. f. 158 in Arch. dép. de la Manche in St.-Lô. — „Cum omnibus ecclesiasticis".

„ 14. „ 10833 (7265) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut, vel invito G(eraldo) episcopo Tornacensi, latori epistolae huius ecclesiam de Rechem restituat. Martene Coll. II. 689, Migne 200 p. 203. — „Lator praesentium iam".

„ 18. „ 10834 (7266) Henrico, Anglorum regi, omnes archiepiscopos et episcopos ad concilium missuro, gratias agit: sed „statuit, ut propter hoc ei aut posteris eius nullum detrimentum vel incommodum debeat provenire, neque, occasione ista, nova consuetudo in regnum eius possit induci, vel ipsius regni dignitas aliquatenus minorari". Rymer Foedera I. 44. — „Illum devotae".

„ 18. „ 10835 (7267) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Gill. sacerdotem, a Roberto de Curten. postulatum, „in octavis paschae" (31. Mart.) accedere ad sese iubeat. Martene Coll. II. 689, Migne 200 p. 204. — „Dilectus filius noster".

„ 18. „ 10836 A(madeo) episcopo Sedunensi concedit, ut ecclesiae possessiones, ab antecessoribus eius, praecipue a Ludovico, quondam episcopo, „quocumque titulo, postquam scisma sapuit", alienatas, recuperet. Mém. et doc. de la Suisse Rom. XVIII. 360. — „Susceptis litteris".

„ 19. „ 10837 (7268) G(ilberto), episcopo Herefordensi, concedit rogatu Henrici Anglorum regis et T(homae) archiepiscopi Cantuariensis, ut ecclesiam Londinensem regendam suscipiat, „si tamen Londinensis ecclesia hoc unanimiter postulaverit". Gilberti Foliot epist. ed. Giles I. 192, Migne 200 p. 205. — „Ex litteris carissimi".

(„) („) 10838 (7269) Capitulo Londinensi significat, se Henrico, Anglorum regi, permisisse, ut (Gilbertus) episcopus Herefordensis ecclesiae Londinensi praeponeretur, „si tamen" inquit „vos eundem episcopum unanimiter postulaveritis". Radulf. de Diceto Imag. Hist. ap. Twysden H. A. SS. I. 534, Opp. ed. Stubbs I. 309, Migne 200 p. 206. — „Ex litteris carissimi".

„ 20. 10839 (7270) Ludovicum, Francorum regem, monet, ut ecclesiam Brivatensem ab iniuriis comitum Alverniae et vicecomitis Polenniacensis tueatur. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 608, Bouquet Rec. XV. 795, Mansi XXI. 1000, Migne 200 p. 206. — „Ad tuae sublimitatis".

„ 21. „ 10840 Parthenonis S. Mariae Burburgensis tutelam suscipit, possessionesque ac decumarum immunitatem confirmat, petente Claricia abbatissa. Chartul. Broburg. ms.

1163. *(Ind. 11, pont. a. 4. — 20. Sept. — 5, 1162. — 25. Mart. — 1163.)*

lat. 9921 sec. livre f. 5b, ms. lat. 9126. f. 198 in bibl. nat. Paris. — „Desiderium quod (ad)".

Mart. 22. Parisiis 10841 (7271) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut excommunicationis sententiam a (Nicolao) episcopo Cameracensi in uxorem comitis Namurcensis prolatam, nisi intra dies 30 ad virum redierit, iterum edat. Martene Coll. II. 690, Bouquet Rec. XV. 795, Migne 200 p. 207. — „Dilectus filius noster".

„ 24. „ festis diebus paschalibus. Hugonis Pictavini Hist. Vizeliac. L. IV. ap. D'Achery Spic. II. 540, in MG. SS. XXVI. 148, Bosonis cardin. Vita Alexandri p. 393.

„ 30. „ 10842 Monasterii S. Mariae de Valle protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Stephano abbate. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 230. n. 17a. — „Quotiens illud a".

Apr. 5. 10843 Parthenonis S. Mariae Hederensis tutelam suscipit, ac possessiones decimarumque immunitatem confirmat, petente Clementia abbatissa. Pflugk-Harttung Acta I. 232. — „Religiosis desideriis".

„ 5. 10844 Monasterii Becherunensis patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Daniele abbate. Lalaune Hist. de Chatelleraud I. 571, (Bulla corrigenda est ex autogr. in bibl. nat. Paris. ms. lat. 9230 n. 5). — „Religiosis votis annuere".

„ 6. „ 10845 (7272) Parthenonis S. Spiritus Paraclitensis protectionem suscipit bonaque confirmat, petente Heloisa abbatissa. Abaelardi et Heloisae Opp. p. 354, Lalore Coll. des cart. II. 22, (Migne 200 p. 207). — „Ad hoc nobis a".

„ 6. „ 10846 Parthenonis S. Spiritus Paraclitensis tutelam suscipit et possessiones confirmat, petente Heloisa abbatissa. Lalore Coll. de cart. II. 22. — „Prudentes virgines".

„ 9. „ 10847 Monasterii de Castellulo patrocinium suscipit, possessionesque ac decumarum immunitatem confirmat, petente Gisleberto abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 235. — „Quotiens illud a nobis".

„ 12. „ 10848 (7273) Monasterii Mortui-maris patrocinium suscipit, ac disciplinam, possessiones, privilegia confirmat, petente Stephano abbate. Cartul. de Mortemer f. 36. ms. lat. 18369 in bibl. nat. Paris., (Neustria pia p. 780, Migne 200 p. 208). — „Quotiens illud a".

„ 13. „ 10849 (7413) Compositionem inter monachos S. Vedasti et abbatissam S. Mariae Strumensis factam a Gualtero episcopo Albanensi et Odone ac Bosone diaconis cardinalibus confirmat. Martene et Dur. Vet. Script. I. 888, Guimann Cart. de S.-Vaast d'Arras p. 311, Migne 200 p. 322. — „Iustis petentium desideriis".

„ 20. „ 10850 Lamberto, abbati Bellopratensi (dioc. Tullensis), privilegium dat. Cf. Coll. Baluzii t. 38. f. 233 in bibl. nat. Paris., Neues Archiv VII. 87. — „Religiosis desideriis".

„ 20. „ 10851 Inter Rogerium abbatem Columbensem et Mauritium episcopum Parisiensem compositionem super ecclesia S. Germani in Leia et capella S. Aegidii, a Milone archipresbytero Mediolanensi et Osmundo canonico Parisiensi factam, confirmat. Loewenfeld Epistolae p. 132. — „Iustis petentium desideriis".

„ 21. „ ecclesiae S. Germani altare consecrat. Vide tabulam Hugonis abbatis in Gall. Chr. VII. Instr. p. 71, Bouquet Rec. XIV. 426, Migne 200 p. 208.

„ 22. „ 10852 Universis fidelibus per regnum Francorum constitutis, qui ad ecclesiam S. Germani de Pratis, a sese consecratam, „a die dedicationis (21. Apr.) usque ad octavas pentecostes" (19. Mai.) accesserint, unum annum de iniuncta penitentia relaxat; in anniversario vero die eam visitantibus 20 dies indulget. Loewenfeld Epistolae p. 133. — „Certum est et".

„ 22. „ 10853 (7274) Ecclesiam S. Mariae Herivallensem tuendam suscipit, possessionesque eius, petente Radulfo priore, confirmat. Gall. Chr. VII. Instr. p. 273, Torelli Secoli Agostini IV. 66, Migne 200 p. 210. — „. . . ea propter, dilecti".

„ 23. „ 10854 (7275) Henrico, archiepiscopo Remensi, significat, se (Andreae) episcopo Atrebatensi abdicanti „tria altaria, videlicet de Monci, de Remcort et de Mirelmont, ad necessariam vitae sustentationem concessisse". Martene Coll. II. 1010, Migne 200 p. 210. — „Sicut nuper fraternitati".

„ 24. „ 10855 (7276) Ecclesiae S. Genovefae Parisiensis bonaque et iura confirmat, petente Alberto abbate. Gall. Chr. VII. Instr. p. 241, Migne 200 p. 211. — „Dominus sapientia".

1163. *(Ind. 11, pont a. 4. — 20. Sept. — 5, 1162. — 25. Mart. — 1163.)*

Apr. 25. Parisiis — 10856 (7277) Ecclesiae Gerboredensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat, imposito canonicis unius bizantii censu annuo. Pillet Hist. de Gerberoy p. 332, Beauvillé Rec. de doc. conc. la Picardie III. 21, Migne 200 p. 215. — „Quoties illud a".

29. Carnoti — 10857 (7278) Ecclesiae S. Petri Duacensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia, petente Hugone praeposito, confirmat. Miraei Opp. dipl. III. 51, Migne 200 p. 217. — „Sicut iniusta petentibus".

Mai. 2. — 10858 Domus leprosorum Belli-loci tutelam suscipit, possessionesque confirmat. (Pro „XI. non. Maii" legendum esse puto: „VI. non. Maii".) In bibl. nat. Paris. Cartul. de la léproserie du Grand Beaulieu, ms. lat. nouv. acqu. 1408, cuius folia numeris adhuc carent. — „Sacrae scripturae attestatione".

„ 12. Turoni — in ecclesia S. Martini ad portam Parve-aree missam celebrat. Chron. S. Mart. Turon. 1163 ap. Martene et Durand V. 1019, in MG. SS. XXVI. 463.

„ 16. „ — 10859 (7279) Ecclesiae Legionensis libertatem, possessiones, privilegia confirmat, petente Iohanne episcopo. Risco España sagr. XXXV. 421, Migne 200 p. 219. — „Ad sedem apostolicam".

„ 19. Turoni in ecclesia S. Mauritii — Concilium „cardinalium 17, episcoporum 124, abbatum 414". Bosonis card. Vita Alexandri ap. Watterich II. 393: „XIV. kal. Iunii". Chron. S. Petri vivi 1163 ap. D'Achery Spic. II. 486, in MG. SS. XXVI. 35: „in octavis pentecostes scil. XIV. kal. Iun.". Chron. Fiscanense 1163 ap. Labbe N. B. M. I. 326: „dominica prima post pentecosten".

Statuunt: 1) ne aut praebendae dividantur aut dignitates permutentur; 2) ne clerici usuram accipiant; 3) ne „quis alicui laico in saeculo remanenti ecclesiam decimamve concedat"; 4) excommunicant participes haeresis, quae „in partibus Tolosae dudum emersit, quae more cancri paullatim ad vicina loca diffundens, per Vasconiam et alias provincias quam plurimos iam infecit"; 5) ne „sub annuo pretio sacerdotes ad ecclesiarum regimen statuantur"; 6) „ne ab iis, qui ad religionem transire voluerint, aliqua pecunia requiratur, neve prioratus aut capellaniae quaelibet monachorum aut clericorum vendantur"; 7) ne „decani vel archipresbyteri ad agendas vices episcoporum seu archidiaconorum et terminandas causas ecclesiasticas sub pretio annuo constituantur"; 8) „ut nullus omnino post votum religionis, post factam in aliquo religioso loco professionem, ad physicam legesve mundanas legendas permittatur exire"; 9) „ordinationes factas ab Octaviano et aliis schismaticis et haereticis evacuant"; 10) statuunt de ecclesiarum castrensium possessionibus. Acta exstant in Bosonis card. Vita Alex. l. l., Mansi XXI. 1176. Cf. Reuter I. 546. 547.

In hoc concilio „Alexander papa excommunicat Octavianum schismaticum et Rainaldum Coloniensem electum, archiepiscopum quoque Moguntinum, Hugonem etiam abbatem Cluniacensem cum quibusdam schismatis auctoribus". Sigeberti Contin. Aquicinct. 1162 in MG. SS. VI. 409.

„ 22. Turoni — 10860 Universos ecclesiarum praelatos hortatur, moneant propositis indulgentiis commissum sibi populum, ut pro Templariorum usibus collectas faciant. Addit de aliis eorum privilegiis. Prutz Malteser Urk. p. 39. — „Milites templi".

„ 25. „ — 10861 (7280) Monasterii S. Iohannis Ambianensis protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Eustachio abbate. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 694, Migne 200 p. 222: „VIII. kal. Iun.", (Neues Archiv VII. 97: „VII. kal. Iun."). — „Religiosam vitam eligentibus".

26. „ — 10862 (7281) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter fratres S. Remigii et abbatem Dervensem. Canonicos Grandis-prati moneri vult, ut corpus filii comitis eiusdem loci ablatum ecclesiae S. Remigii reddant. Martene Coll. II. 691, Migne 200 p. 224. — „Ex conquestione abbatis".

„ 26. „ — 10863 (7282) Monasterium S. Fidis Gorshamense tuendum suscipit et bona eius confirmat, petente Bernardo priore. Monast. Angl. I. 416, nov. ed. III. 637, Migne 200 p. 225. — „Religiosam vitam".

„ 26. „ — 10864 (7283) Monasterii S. Bertini Sithiensis libertatem bonaque confirmat, petente Godescalco abbate. Collection des Cartulaires III. 333, Migne 200 p. 227. — „Iustitiae et rationis".

1163. *(Ind. II, pont. a. 4. — 20. Sept. — 5, 1162. — 25. Mart. — 1163.)*

(Mai.) Turoni 10865 (7284) Abbatissae et monialibus Burburgensibus praecipit, ne monasterii S. Bertini Sithiensis parochianos „in sepulturam recipiant". Iohannis Longi chron. S. Bertini in MG. SS. XXV. 806. — „Ex relatione".

„ 26. „ 10866 Ab ecclesiis quibusdam, ad ius monasterii S. Bertini Sithiensis pertinentibus, Hugonem clericum episcopi Tornacensis removet, easque ab omni personatu absolvit, „ita videlicet, ut nulli liceat, presbyteris ipsarum ecclesiarum aliquam personam praeferre, per quam iidem presbyteri rebus propriis inique spolientur". Alia privilegia addit. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 72. p. 129, (Iohannis Longi chron. S. Bertini in MG. SS. XXV. 806). — „Ecclesiarum utilitatibus".

„ 26. „ 10867 Fratribus S. Lupi Trecensis liberam concedit facultatem „sepeliendi eos, qui sibi in cimeterio illorum sepulturam elegerint". Lalore Coll. des cart. I. 61. — „Iustis petentium desideriis".

„ 26. „ 10868 (7285) Ecclesiae S. Mariae Snapensi ecclesias quasdam asserit, petente W. priore. Rymer Foedera I. 23, Monast. Angl. nov. ed. IV. 558, Migne 200 p. 227. — „Iustis petentium desideriis".

„ 29. „ 10869 Eberhardi archiepiscopi Salzburgensis et A(rtmanni) episcopi Brixinensis aliorumque illius suffraganeorum fidem erga se et Romanam ecclesiam laudat. In „magnifico" concilio Turonis celebrato Oct(avianum) schismaticum eiusque complices excommunicatos esse scribit. Archiepiscopum rogat, ut „quoniam imperator in Ungariam pro discordia illa, quae ibidem emersit, transire disposuit", L(ucam) archiepiscopum Strigoniensem ad transitum illius disturbandum omni modo adducat. Pflugk-Harttung Acta II. 368, (Meiller Reg. arch. Salisb. 105. n. 241). — „Fervorem et constantiam".

„ 31. 10870 (7286) Dominico, monasterii S. Facundi Sahagunensis abbati, „potestatem ligandi atque solvendi in villa S. Facundi" et mitrae usum concedit. Escalona Hist. de Sahagun p. 541. — „Cum ex iniuncto".

Iun. 1. „ 10871 (7287) Hugoni abbati S. Germani Parisiensis concedit, ut Mauricii episcopi proclamatio in concilio Turonensi facta „nullam interruptionem nullumque possit iuri et libertati eius ecclesiae praeiudicium in posterum generare". Bouquet Rec. XV. 796, Migne 200 p. 228. — „Dum venerabilis frater".

2. „ 10872 Universos ecclesiae praelatos hortatur, ut xenodochio Hierosolymitano subveniant populumque, indulgentia proposita, ad collectas faciendas compellant. Addit de privilegiis hospitalariis concessis. In bibl. nat. Paris. Coll. Grenier t. 53. f. 83. — „Quam amabilis Deo".

„ 3. „ 10873 (7288) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Ric. de Corberio id facere cogat, quod „dum in habitu fratrum militiae templi militaret" promiserit, „se ad Cisterciensium fratrum vel aliam districtam religionem transiturum". Martene Coll. II. 692, Migne 200 p. 228. — „Pervenit ad audientiam".

„ 4. (,) 10874 Monasterii S. Iacuti (de Insula maris) tutelam suscipit, disciplinamque et possessiones confirmat, petente Henrico abbate. Anciens évêchés de Bretagne IV. 277. Cf. infra 10902. — „Desiderium quod ad".

5. „ 10875 (7289) Monasterium S. Salvii Florentinum tuendum suscipit et eius bona ac iura, petente Paulo abbate, confirmat. Lami Eccl. Fl. M. II. 1233, Soldani Hist. mon. de Passin. p. 267, Migne 200 p. 229. — „Religiosam vitam".

5. 10876 (7290) Monasterium S. Mariae Sherbornense tuendum suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat, petente Clemente abbate. Monast. Angl. I. 425, nov. ed. I. 339 et IV. 65, Migne 200 p. 231. — „Religiosam vitam".

„ 5. „ 10877 Monasterii Eveshamensis tutelam suscipit bonaque et iura confirmat, petente Ada abbate. Chronicon abb. de Evesham p. 175. — „Piae postulatio voluntatis".

5. „ 10878 Monasterii Candeliensis protectionem suscipit, possessionesque ac decumarum immunitatem confirmat, petente Gosberto abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Doat. t. 114. f. 44b. — „Religiosis votis annuere".

„ 5. „ 10879 Monasterii S. Petri Condomiensis possessiones confirmat, petente Garsia abbate. (Fragmentum.) In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12752. f. 499.

„ 5. „ 10880 (7291) Henrico, archiepiscopo Remensi, hoc mandat: „suffraganeos tuos episcopos et universos abbates per tuam provinciam constitutos ad honestas procurationes nobis et fratribus nostris faciendas exhortari studeas, ut eas hinc ad primum festum b.

1163. *(Ind. 11, pont. a. 4. — 20. Sept. — 5, 1162. — 25. Mart. — 1163.)*

Iacobi (25. Iulii) honeste possimus utiliterque recipere". Martene Coll. II. 692, Bouquet Rec. XV. 797, Migne 200 p. 233. — „Discretionis tuae".

Iun. 5. Turoni — 10881 (7292) Henricum, archiepiscopum Remensem, eiusque suffraganeos episcopos et universos abbates et priores per eius episcopatum constitutos ad „honestas procurationes" mittendas hortatur. Martene Coll. II. 693, Bouquet Rec. XV. 797, Migne 200 p. 233. — „Quanto de sinceritate".

„ 7. „ — 10882 Monasterii S. Trinitatis Dunfermelinesis tutelam suscipit, possessionesque ac iura confirmat, petente Galfrido abbate. Registrum de Dunferm. p. 151. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 7. „ — 10883 Monasterium de Petris tuendum suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Stephano abbate. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12743. f. 360. — „Quotiens illud a".

„ 8. „ — 10884 (7293) Ecclesiae Genestonensis protectionem suscipit, possessionesque ac iura confirmat, petente Clemente priore. Morice Mém. p. s. à l'hist. de Bret. I. 649, Migne 200 p. 233. — „Piae postulatio voluntatis".

„ 8. „ — 10885 (7294) (Hugoni), episcopo Suessionensi, mandat, hortetur (Mauritium) episcopum Parisiensem, ut aut Odoni sacerdoti ablata restituat, aut cum eodem rem transigat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 592, Bouquet Rec. XV. 797, (Mansi XXI. 979, Migne 200 p. 235). — „Ex conquestione Odonis".

9. „ — 10886 (7295) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, mandat, „ut episcopos suffraganeos suos et abbates atque alias religiosas personas in sua provincia constitutas convocet, et Anselmi quondam archiepiscopi Cantuariensis vita perlecta et miraculorum serie publice declarata, cum consilio et assensu convenientium fratrum super illo canonizando, ipsius fultus auctoritate, procedat". Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 61, Rymer Foedera I. 42, Wharton Angl. sacr. II. 177, Migne 200 p. 235. — „Constitutus olim".

„ 10. „ — 10887 (7296) Monasterii S. Martini Canigonensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia, rogatu Raimundi abbatis, confirmat, imposito monachis unius morabatini censu annuo. Marca Marca Hisp. p. 1334, Aguirre Conc. V. 79, Migne 200 p. 236. — „Quotiens illud a".

„ 10. „ — 10888 (7297) Ludovico, Francorum regi, scribit, (Willelmum) comitem Alverniae absolutum nuper esse ea lege, ut et filiam viro et bona ablata ecclesiae Brivatensi restitueret. Nepotem comitis absolutum esse negat. „In eo sumus proposito" inquit „ut super his, quae gravia tibi cognoscimus, te inconsulto nullatenus procedamus; quod si aliquando inscienter contra id aliquid faceremus, non pigebit nos congrua in melius discretione reducere, quae tanto principi noverimus displicere". Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 619, Bouquet Rec. XV. 798, Mansi XXI. 1014, Migne 200 p. 239. — „Dum adhuc Parisius".

„ 10. „ — 10889 (7298) Sententiam, ab A(rraldo) quondam abbate S. Benedicti de ecclesia S. Germani latam secundum capitulum ecclesiae b. Aniani contra episcopum Aurelianensem confirmat. Humbert Antiqu. de S. Aignan d'Orleans Pr. p. 118, Bouquet Rec. XV. 798, Migne 200 p. 239. — „Causam, quae inter vos".

„ 11. „ — 10890 (7299) Stephano, episcopo Meldensi, concedit, ut Iosolius, ecclesiae Resbacensis capellanus ab abbate constitutus, qui contra episcopi interdictum sacra procuraverit, „neque in supradicta, neque in alia qualibet episcopatus ecclesia divina officia praesumat celebrare". Launoii Opp. III. II. 408, Migne 200 p. 240. — „Constitutis in praesentia".

„ 11. „ — 10891 (7300) Ad Ludovicum, Francorum regem, cum mandatis quibusdam mittit (Stephanum) episcopum Meldensem et P. Sancti Aniani Aurelianensis decanum. Se Bituricas profecturum nunciat; rogatque, „homines illius loci diligenter admoneat, ut liberum accessum universis, qui illuc voluerint venire, concedant, et sibi et curiae suae debitam reverentiam et honorem impendant". Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 626, Bouquet Rec. XV. 799, Mansi XXI. 1024, Migne 200 p. 241. — „Quoniam non semper".

„ 11. „ — 10892 Monasterii Malmesburiensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia, rogatu Gregorii abbatis, confirmat, iniuncta fratribus unciae auri pensione annua. (Pro „III. id. Iulii" legendum est „III. id. Iunii".) Registrum Malmesbur. I. 352. — „Cum universis sanctae".

1163. *(Ind. 11, pont. a. 4. — 20. Sept. — 5, 1162. — 25. Mart. — 1163.)*

Iun. 12. Turoni — 10893 (7301) Monasterii S. Mariae Vitensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Dominico abbate. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 695, Migne 200 p. 241. — „Quoniam sine verae".

„ 13. „ — 10894 (Iohanni) episcopo, (Bernardo) praeposito, archidiaconis et universo capitulo Magalonensi significat, se „verbum quoddam ambiguum in concordia quadam inter Iohannem et Bernardum facta positum" ita interpretari velle, ut in ecclesia Magalonensi dispensatores a praeposito cum consilio capituli instituantur et instituti nisi praeposito nulli in rebus administrandis obediant. Mém. de la soc. de Montpellier V. 521. — „Dum vos, frater".

„ 15. „ — 10895 (7302) Congregationem Placentinam, a Sigefrido quondam episcopo conditam, iusque eligendi archipresbyteri fratribus datum, confirmat. Campi Hist. di Piac. II. 359, Migne 200 p. 243. — „Fidei et devotionis".

„ 17. „ — 10896 (7303) (Pontio) archiepiscopo Narbonensi, (Artaldo) Elnensi et (Pontio) Carcassonensi episcopis praecipit, ne monasterium Crassense iniuriis afficiant. Martene Thes. I. 463, Bouges Hist. de Carcass. p. 541, Bouquet Rec. XV. 799, Migne 200 p. 244. — „Relatum est".

„ 18. „ — 10897 Bertranni, magistri militiae templi Hierosolymitani, eiusque fratrum protectionem suscipit, possessiones confirmat, privilegia instituit. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 230. n. 22. — „Omne datum optimum".

„ 19. ap. Cormarium — 10898 (7304) Monasterii SS. Facundi et Primitivi Sahagunensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Dominico abbate. Escalona Hist. de Sahagun p. 543. — „Ad hoc universalis".

„ 24. ap. Dolense monasterium — 10899 (7305) Henricum, archiepiscopum Remensem, monet, ne latorem huius epistolae, ab O(ddone) S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali absolutum, iterum excommunicet. Martene Coll. II. 667, Migne 200 p. 244. — „Cum praesentium lator".

„ 25. „ — 10900 (7306) Monasterii Guixalensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia, petente Berengario abbate, confirmat. Marca Marca Hisp. p. 1336, De la Canal Esp. sagr. XLV. 338, Aguirre Conc. V. 81, Yepes Coronica general III. app. p. 27b, Migne 200 p. 245 — „Piae postulatio voluntatis".

Iul. 3. „ — 10901 (7307) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut O. monachum, qui e monasterio discesserit, in monachorum numerum recipiat. Martene Coll. II. 668, Migne 200 p. 247. — „Operibus pietatis".

„ 6. („) — 10902 Monasterii S. Iacuti de Insula-maris possessiones confirmat, petente Henrico abbate. Ex ms. lat. 17092. f. 180 et ms. fr. 22325. f. 646 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. (Cf. supra 10874. Eademne est?) — „Monasterium" (an corr. „Desiderium"?).

„ 7. „ — 10903 (7308) Henrico, archiepiscopo Remensi, de quibusdam civibus Atrebatensibus, „qui multo tempore curiam secuti iustitiam super diffamatione sua instantius obtulerint", mandat, „ut factum ipsum plenius inquirat et sibi studeat intimare". Martene Coll. II. 668, Bouquet Rec. XV. 799, Migne 200 p. 247. — „Fervorem tuae sincerissimae".

„ 11. „ — 10904 (7309) Ludovico, Francorum regi, monachos S. Maximini, „quos vitae turpioris conversatio et sui abbatis interemptio diffamassent", per monasteria divisos, aliosque in eorum locum substitutos nunciat; quos tutelae eius commendat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 628, Bouquet Rec. XV. 800, Mansi XXI. 1026, Migne 200 p. 248. — „Apostolicae amministrationis".

„ 11. „ — 10905 Iohanni, archiepiscopo Toletano, primatum super Bracarensem et Compostellanensem provincias asserit, revocans exemptionis privilegium ab Anastasio IV. ecclesiae Compostellanensi concessum. Pflugk-Harttung Iter p. 265. — „Cum pro celebratione".

„ 15. — 10906 (7310) Ludovico, Francorum regi, per P. capellanum et H. elecmosynarium suum mittit „litteras a nunciis (Manuelis) Constantinopolitani imperatoris, qui ad S. Aegidium applicuerant", allatas; „in quibus continetur" inquit „quod ex parte eiusdem imperatoris quaedam dictu accommoda et ad utilitatem respicienda nobis tantum et excellentiae tuae deferunt proponenda". Mitti cupit, qui imperatoris nuncios per Galliam deducant. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 612, Bouquet Rec. XV. 801, Mansi XXI. 1005, Migne 200 p. 248. — „Dum in mente".

1163. *(Ind. 11, pont. a. 4. — 20. Sept. — 5, 1162. — 25. Mart. — 1163.)*

Iul. 17. 10907 *Monasterii S. Mariae Quinciacensis possessiones confirmat. Quantin Cart. gén. de l'Yonne II. 295.

„ 18. ap. Dolense monasterium 10908 (7311) Humberto de Bello-ioco et filiis eius comiti Forensi, comiti Matisconensi, Ioceranno Grosso, Hugoni de Berziaco. Hugoni de Sarciaco „et ceteris, qui Cluniacensis ecclesiae pacem iuratam conservaverint". unum poenitentiae susceptae annum remittit. Bullar. Cluniac. p. 74, Bouquet Rec. XV. 801, (Bibl. Cluniac. app. p. 158, Migne 200 p. 249). — „Et praesentis vitae".

„ 20. „ 10909 (7312) S(tephanum) abbatem et fratres Cluniacenses hortatur, ut de possessionibus quibusdam transigant cum canonicis b. Mauritii Turonensis, aut „proximo festo b. Lucae" (18. Oct.) ad sese veniant, aut rem Henrico, archiepiscopo Remensi, decernendam committant. Martene Coll. II. 669, Migne 200 p. 250. — „Significaverunt nobis".

22. „ 10910 (7313) Henrico, archiepiscopo Remensi, significat, de ecclesia Catalaunensi cum Ludovicum, Francorum regem, dissentire cum eo comperisset, se rem in „festum b. Lucae" (18. Oct.) distulisse. Hortatur, ut abbati S. Bertini (Sithiensis) „alteram de duabus procurationibus suis remittat". Martene Coll. II. 670, Bouquet Rec. XV. 802, Migne 200 p. 250. — „Ex inspectione litterarum".

23. 10911 (7314) Ecclesiae Burgensis possessiones libertatemque, petente Petro episcopo, confirmat. Florez Esp. sagr. XXVI. 473, Migne 200 p. 251. — „Cum ex iniuncto".

„ 26. 10912 (7315) Archiepiscopo Toletano praecipit, ne, mortuo archiepiscopo Tarraconensi, „in Tarraconensi provincia in ordinandis ecclesiis nec in electionibus vacantium ecclesiarum faciendis auctoritatem suam interponat, neu ibi aliqua primatiae iura attentet exercere, donec causa, quae inter ecclesiam eius et illam vertatur, ad ipsius auditorium deferatur". Marca Marca Hisp. p. 1338, Aguirre Conc. V. 82, Mansi XXI. 1060, Migne 200 p. 254. — „Fraternitatis tuae prudentiam".

„ 26. 10913 (7316) Canonicos Pampilunenses hortatur, ut intra menses duos episcopum eligant, electumque creando archiepiscopo Tarraconensi praesentent. Marca Marca Hisp. p. 1338, Aguirre Conc. V. 82, Mansi XXI. 1061, Migne 200 p. 254. — „Sacrosanctis ecclesiis".

„ 26. „ 10914 (7317) Monasterii S. Mariae de Eleemosyna protectionem suscipit possessionesque ac iura confirmat, petente Philippo abbate. Bernier Hist. de Blois Pr. p. 20, Migne 200 p. 255. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 26. „ 10915 I(oscio) archiepiscopo Turonensi scribit de „subiectione puellarum S. Petri Turonensium". Ex cartul. archiep. Turon. p. 75 in Arch. de l'Indre et Loire in Tours. Misit Delisle. — „Perlate ad sedem".

„ 28. 10916 Pacem inter Cluniacensem et Forensem ecclesias iuratam confirmat. (Pro „Dat. ap. Briolense monasterium" lege: „ap. Dolense mon.".) Ex chartul. Cluniac. n. 49 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle.

„ 28. „ 10917 (7318) Ad Ludovicum, Francorum regem, mittit W(illelmum) monachum Morimundensem cum litteris Welfonis ducis, quas ex regno Teutonico ad sese detulerit. Rogat, ut „in eo, quod ex relatione ipsius iuxta earundem litterarum tenorem cognoverit, secundum quod viderit expedire, procedat". Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 624, Bouquet Rec. XV. 802, Mansi XXI. 1021, Migne 200 p. 256. — „Dilectus filius noster".

Aug. 1. Bituricis 10918 (7319) H(enrico), archiepiscopo Remensi, mandat, compellat comitem Registetensem, ut ecclesiam Laudunensem vexare exactionibus desinat. Martene Coll. II. 672, Bouquet Rec. XV. 803, Migne 200 p. 257. — „Ex transmissa nobis".

„ 2. „ 10919 Monasterii S. Kiliani Lambacensis protectionem suscipit bonaque et privilegia confirmat, petente Bernardo abbate. Pez SS. R. Austr. II. 43, Urkundenbuch des Landes ob der Enns II. 324. — „Desiderium, quod ad".

„ 4. „ 10920 Monasterii Gemeticensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Petro abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 72. f. 21, (Neues Archiv VII. 97). — „Piae postulatio voluntatis".

„ 5. „ 10921 *Ecclesiae Senonensis tutelam suscipit, eiusque possessiones ac privilegia confirmat, petente Hugone archiepiscopo. Quantin Cart. gén. de l'Yonne I. 540.

„ 7. „ 10922 (7320) *Monasterii Floriacensis privilegia confirmat. (Pro „VII. kal. Aug." leg. „VII. Id. Aug.".) Saussey Annal. Aurel. p. 201.

1163. *(Ind. II, pont. a. 4. — 20. Sept. — 5, 1162. — 25. Mart. — 1163.)*

Aug. 7. Bituricis 10923 (7321) Ludovico, Francorum regi, (Arraudum) abbatem S. Benedicti super Ligerim (Floriacensem) commendat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 613. Bouquet Rec. XV. 803, Mansi XXI. 1006, Migne 200 p. 258. — „Dilectum filium nostrum".

„ 8. „ 10924 (7322) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Petrum et Ric. ab iniuriis Guidonis de Castellione defendat. Martene Coll. II. 673, Migne 200 p. 258. — „Cum Guido de".

„ 16. „ 10925 Ecclesiam sanctae Crucis Colimbriensem tuendam suscipit, eiusque bona et iura confirmat, petente Iohanne priore. Portugalliae Mon. hist. SS. I. 74. — „Ad hoc universalis".

„ 18. „ 10926 Ecclesiae S. Mariae de Deflorios (? aut Reflorios?) possessiones iuraque confirmat, petente Gonsalvo priore. Pflugk-Harttung Iter p. 265. — „Ad hoc universalis".

„ 20. „ 10927 (7323) Ludovico, Francorum regi, significat, unum nunciorum imperatoris Constantinopolitani ap. S. Aegidium valetudine retineri, alterum ad sese accedere. „Quia vero" inquit „quoddam verbum secretum nobis et tibi tantum habet proponere, voluntatis illius est, quod in aliquo loco praesentes simus, ut verbum pariter audiamus". Qua de re quid ei videatur, quaerit. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 619, Bouquet Rec. XV. 803, Mansi XXI. 1013, Migne 200 p. 259. — „Cum ex multis aliis".

„ 23. „ 10928 (7324) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Gualterio diacono capellaniam de Maccio restitui a canonicis Remensibus iubeat. Martene Coll. II. 673, Migne 200 p. 259. — „Veniens ad apostolicam".

„ 23. „ 10929 (7325) Henrico (archiepiscopo Remensi) respondet, militi, „qui in torneamento decesserit, sepulturam ecclesiasticam indulgendam" non esse. Martene Coll. II. 674, Bouquet Rec. XV. 804, Mansi XXI. 1074, Migne 200 p. 260. — „Litteras tuas debita".

„ 25. „ 10930 (7326) Ludovico, Francorum regi, significat, alterum nunciorum imperatoris Constantinopolitani „illud secretum verbum communiter ipsi et regi propositum" voluisse. Se vero, ut nuncius antea ad regem accederet, decrevisse, „ne" inquit „ei quodammodo occurrere videreris". Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 614, Bouquet Rec. XV. 804, Mansi XXI. 1007, Migne 200 p. 260. — „Sicut per servientem".

„ 27. „ 10931 Arraudo abbati et fratribus S. Benedicti super Ligerim (Floriacensis) asserit ecclesiam S. Iterii Soliacensem, ab Helia, b. m. episcopo Aurelianensi, concessam. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12739. f. 474. — „Iustis petentium desideriis".

„ 28. „ 10932 (7327) Henrico, archiepiscopo Remensi, respondet, de electione in ecclesia Catalaunensi facta etsi Ludovico Francorum regi placuerit, se tamen ante diem praestitutam non posse constituere. Martene Coll. II 674, Bouquet Rec. XV. 805, Migne 200 p. 261. — „Ex litteris tuae".

Sept. 1. „ 10933 (7328) Ludovico, Francorum regi, scribit, se eos ecclesiae S. Maximini fratres, qui „illud flagitiosum facinus de abbate suo perpetrassent", per monasteria dispertiisse, in eorumque locum alios substituisse. Quos ut ab adversariorum tueatur iniuriis, rogat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 623, Bouquet Rec. XV. 805, Mansi XXI. 1019, Migne 200 p. 261. — „Ab excellentis serenitatis".

„ 2. „ 10934 (7329) H(ugoni), episcopo Suessionensi, scribit haec: „De his, quae nobis P. ecclesiae b. Aniani decanus retulit, de hoc videlicet, quod circa Ludovicum, illustrem Francorum regem, habere dinosceris sollicitudinem, pariter nos habere noveris et cautelam, nec quisquam ad hoc nos inducere poterit, quod collata tibi dignitas seu officium per nos minui debeat vel auferri". Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 593, Bouquet Rec. XV. 806, Mansi XXI. 980, Migne 200 p. 262. — „Universos ecclesiae filios".

„ 4. „ 10935 (7330) (Gilberto), episcopo Londinensi, mandat, hortetur Henricum, Anglorum regem, ut ecclesias „sinceriori affectu diligat, manuteneat, atque ad earum libertatem diligentius, quam consueverit, studeat et intendat". Monet, ne „de cetero carni suae nimiam austeritatem indicat, sed modico vino et temperato utatur et carnibus aliquando". Gilberti Foliot epistolae ed. Giles II. 85, Migne 200 p. 263. — „Quanto maiorem in".

„ 4. „ 10936 Coronensi et Cellensi abbatibus mandat, ut quosdam testium a fratribus S. Crucis Burdegalensibus et monachis S. Macharii citatorum, qui valetudinis causa ad sese accedere non potuerint, recipiant eorumque „depositiones" sibi transmittant. Archives histor. de la Gironde I. 216. — „Quum (an Quoniam?) dilecti filii".

1163. *(Ind. 11, pont. a. 4. — 20. Sept. — 5, 1162. — 25. Mart. — 1163.)*

Sept.	4.	Bituricis	10937 Monachis S. Macharii nuntiat. sese fratribus eorum, cum B(ertrando) abbate S. Crucis Burdegalensi in praesentia sua litigantibus, inducias usque ad proximas octavas b. Martini (d. 18. Nov.) concessisse. Interim eos praedicto abbati obedire iubet. Archives hist. de la Gironde I. 217. — „Constitutis in praesentia".
„	4.	„	10938 Willelmo episcopo Vasatensi mandat, ut litteras apostolicas, a B(ertrando) abbate S. Crucis Burdegalensi praesentatas, fratribus S. Macharii assignari faciat. (Pro „II. non. Decembris" sine dubio legendum est „II. non. Septembris".) Archives hist. de la Gironde I. 218. — „Dilecto filio nostro".
„	5.		10939 (7331) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ad (Richardum) electum Virdunensem litteras suas deferendas curet, quibus moneatur, ut „filium nobilis viri Fraiapanis de regno Teutonico, ubi cum parentibus suis commoretur, ad se venturum, usque ad regnum Francorum faciat secure deduci". Martene Coll. II. 675, Bouquet Rec. XV. 806, Migne 200 p. 265. — „De sinceritatis ac".
„	8.	(..)	Anthelmum, episcopum Bellicensem, consecrat „VI. id. Sept., in nativitate b. Mariae, die dominica". Vita S. Anthelmi c. III. § 25, Acta SS. Iunii T. V. p. 233.
„	10.		10940 (7332) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut ad locum, quo ipse cum Ludovico, Francorum rege, conventurus sit, accedat. Haec addit: „non autem locum certum habemus, si (sed?) apud S. Laurentium vel apud S. Benedictum super Ligerim credimus nos convenire". Martene Coll. II. 676. Bouquet Rec. XV. 806. Migne 200 p. 265. — „Fraternitati tuae cognitum".
	12.		10941 (7333) Henrico. archiepiscopo Remensi, mandat, ut Rainerium de Calvo-monte ablata monachis S. Iohannis de Condas reddere cogat. Martene Coll. II. 676, Migne 200 p. 266. — „Relatum nobis est".
„	13.	„	10942 (7334) Henrico. archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter fratres S. Remigii et G. de Ioinvilla. Martene Coll. II. 677, Migne 200 p. 266. — „Causam, quae inter".
„	13.	„	10943 (7335) Henrico, archiepiscopo Remensi. mandat, compellat advocatum de Germiniaco, ut erepta monachis S. Remigii reddat. Martene Coll. II. 677, Migne 200 p. 266. — „Ex transmissa nobis".
„	30.	Senonas	venit „pridie kal. Oct.", Annal. S. Columb. Senonens. 1164 in MG. SS. I. 108; „in festo S. Hieronymi, quod est II. kal. Oct.", Chron. S. Petri Vivi 1163 ap. D'Achery Spicil. II. 486, in MG. SS. XXVI. 35.
Oct.	1.	Senonis	„kalendis Octobris". Bosonis card. Vita Alexandri ap. Watterich II. 396.
„	6.	„	10944 (7336) Monasterii S. Mariae Montis-Rami protectionem suscipit et possessiones ac privilegia confirmat, petente Sanctio abbate. Yepes Coronica general VII. app. p. 24. Migne 200 p. 267. — „Religiosis votis".
„	7.	„	10945 (7337) Monasterii Valisbonae privilegia confirmat. Manrique Ann. Cist. II. 197.
„	7.	„	10946 Monasterii S. Mariae de Vinaz (vel de Gufer) protectionem suscipit, possessionesque ac iura confirmat, petente Rogerio abbate. Orig. in Arch. dép. du Calvados in Caen. Fonds de St. André-en-Gouffern n. 14. — „Religiosam vitam eligentibus".
	12.		10947 (7338) Ludovicum, Francorum regem, hortatur, moneat per litteras Willelmum, Siciliae regem, „ut quia inimici eius se praeparent, et totam intentionem ad hoc dirigant, quod possint terram illius intrare et ipsum crebris vexationibus fatigare, se et terram suam praemuniat". Episcopum Tropaeensem commendari Willelmo regi cupit. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 625, Bouquet Rec. XV. 825. Mansi XXI. 1022, Migne 200 p. 269. — „Quoniam regnum Siciliae".
„	16.	„	10948 (7339) Ludovico, Francorum regi, agit gratias, „quod, audito a nunciis Constantinopolitani imperatoris de honore et reverentia ab eodem imperatore sibi et sanctae Romanae ecclesiae exhibenda, laetitiam non modicam conceperit, iudicans eos de cetero super aliis, quae attulissent, negotiis audiendos". „De cetero" inquit „nos, praedictis nunciis quicquid a nobis responsum fuerit, tibi litteris nostris curabimus plenius intimare". Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 616, Bouquet Rec. XV. 807, Migne 200 p. 269. — „Illa devotissima excellentiae".
„	16.	„	10949 (7340) Ludovicum, Francorum regem, rogat, ut Gaufridum militem de Molinons, captum a burgensibus Senonensibus, dimitti iubeat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 617, Bouquet Rec. XV. 808, Mansi XXI. 1011, Migne 200 p. 270. — „Quorumdam nobis est".

1163. *(Ind. 11, pont. a. 4. — 20. Sept. — 5, 1162. — 25. Mart. — 1163.)*

Oct. 21. Senonis 10950 Monasterii de Scarleiis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Theobaudo abbate. Quantin Cart. gén. de l'Yonne II. 148. — „Desiderium quod ad".

„ 23. „ 10951 Monasterii S. Mariae Perseniensis tutelam suscipit, possessionesque ac decimarum immunitatem confirmat, petente Erardo abbate. Fleury Cartul. de l'abb. cistercienne de Perseigne p. 90. — „Desiderium quod ad".

„ 26. „ 10952 (7341) Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, hortatur, ut angustias fortiter ferat, et „si illi, qui eum appellaverint, forte veniant, per se ipsum, si ei visum fuerit, appellationem ipsam prosequatur". Promittit, se iura ecclesiae eius tuiturum. Monet, ut „se in Cantuariensem ecclesiam recipiat et, paucis quidem retentis admodum necessariis, ad minus quam poterit per terram illam discurrat, et ut nullius timoris vel adversitatis obtentu, iuri et dignitati ecclesiae suae abrenunciare cogatur". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 28, ed. Giles II. 4, Mansi XXI. 872, Migne 200 p. 271; cf. Reuter I. 557. not. g. — „Litteras, quas nobis".

(„) 10953 (7362) Rogerum, archiepiscopum Eboracensem, hortatur, ut „sicut nec ante concessionem suam crucis per totam Angliam ante se deferendae in ipso effectu dignitate huiusmodi usus sit, ita ea nimirum non utatur, quousque controversia, quae super hoc vertatur, debitum recipiat complementum". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 24, ed. Giles II. 43, Migne 200 p. 283. De tempore cf. Reuter I. 549 sq. — „Pro illa animi".

Nov. 2. „ 10954 T(heoderico) episcopo et R(adulfo) decano Ambianensi mandat, inducant fratres Majoris-monasterii in possessionem decimae cuiusdam, P(etro) abbati S. Richarii adiudicatae. Loewenfeld Epistolae p. 134. — „Cum causa quae".

„ 9. „ 10955 (7342) Gilberto, episcopo Londinensi, mandat, „quoniam inter Henricum, Anglorum regem, et Anglicam ipsam ecclesiam scintilla cuiusdam indignationis emicuerit, ut ad eam extinguendam iugiter elaboret, et ipsius regis animum in pacis et concordiae statum reducat". Gilberti Foliot epistolae ed. Giles II. 92, Migne 200 p. 272. — „Quoniam de honestate".

„ 9. „ 10956 (7343) (Gisbertum) magistrum hospitalis domus Hierosolymitanae monet, ne „Petrum, dictum Alamannum, priorem hospitalis domus S. Iohannis Constantinopoleos, qui ibidem in servitio Dei, ad honorem quoque carissimi in Christo filii sui Constantinopolitani imperatoris non modico fuerit tempore commoratus, contra voluntatem et beneplacitum eiusdem imperatoris ab ipso prioratu retrahat, neve ad suam praesentiam revocet". Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 626, Bouquet Rec. XV. 809, Migne 200 p. 273. — „Ea, quae ad honorem".

„ 22. „ 10957 Monasterii Vallislucentis possessiones et privilegia confirmat, petente Petro abbate. Quantin Cart. gén. de l'Yonne II. 156. — „Desiderium quod ad".

(„) 10958 (7363) Rogero, archiepiscopo Eboracensi, et canonicis Eboracensibus scribit, ne archiepiscopus „in provincia Cantuariensis ecclesiae crucem ullatenus deferat, neve ullius appellationis obtentu id aliqua occasione attentet". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 121, ed. Giles II. 44, Migne 200 p. 161 et 283. De tempore cf. Reuter I. 549 sq. — „Decet prudentiam vestram".

Dec. 16. „ 10959 (7344) W. priorem et fratres ecclesiae Cantuariensis laudat, quod Thomae archiepiscopo „in negotiis ecclesiae ferventer adsistant et eius tribulationibus et angustiis compatientes, consilium ei et auxilium libentius ministrent". Haec addit: „Confidimus, quod ille, in cuius manu corda regum sunt, Henrici Anglorum regis animum circa archiepiscopum mitigabit". Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 69, Migne 200 p. 273. — „Venerabilis frater noster".

„ 19. „ 10960 B(ertrando) archiepiscopo Burdegalensi significat, sese indutias fratribus S. Macharii concessas (vide supra ep. 10937) non posse iterum prolongare, causamque ita a sese terminatam esse, ut ecclesia eorum „perpetuo debeat in subiectione et obedientia monasterii S. Crucis Burdegalensis permanere". Rogat, ne fratribus S. Crucis pro eo irascatur, quod litem non in archiepiscopi, sed in Romana curia tractari fecerint. Archives hist. de la Gironde I. 220. — „Cum in omnibus".

„ 25. „ In ecclesia S. Columbae „die natalis Domini". Annal. S. Columbae Senon. 1164 l. l.

„ 31. „ In ecclesia S. Columbae, cum Ludovico Francorum rege, „solemnitate S. Columbae". Annal. S. Columb. Senon. 1164 l. l.

1163. *(Ind. 11, pont. a. 4. — 20. Sept. — 5, 1162. — 25. Mart. — 1163.)*

Dec. 31. (Senonis) 10961 Ecclesiae S. Andreae apostoli in Scotia protectionem suscipit, ac disciplinam, possessiones, privilegia confirmat, petente Galtero abbate. Liber cartarum S. Andreae p. 53. — „Quotiens illud a".

10962 *Guillelmum comitem (Nivernensem) ab iniuriis in monasterium Vizeliacense dehortatur. Vide Hugonis Pictav. Hist. Vizel. ap. D'Achery Spic. II. 543, in MG. SS. XXVI. 149.

10963 Moysi abbati et fratribus S. Albani iura quaedam asserit. (Fragmentum.) Anc. évêchés de Bret. III. 36, (Gall. Chr. XIV. 1115).

10964 *Monasterii Formoselensis tutelam suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Recueil de chroniques etc. de la Flandre occident., Chronicon Vormeselense p. 29.

1163—1164.

Oct. 5. Senonis 10965 (7345) Abbati S. Remigii Remensi causam T. clerici et cognoscendam et diiudicandam mandat. Martene Coll. II. 693, Migne 200 p. 274. — „Veniens ad nos T."

8. „ 10966 (7346) H(ugoni), episcopo Suessionensi, mandat, cogat Gil. et Hauguidim uxorem, ut aut in curia (Amalrici) episcopi Silvanectensis, aut praesente B(artholomaeo), episcopo Bellovacensi, de possessionibus ecclesiae Silvanectensis detentis rationem reddant. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 612, Bouquet Rec. XV. 807, Mansi XXI. 1004, Migne 200 p. 275. — „Venerabilis frater noster".

„ 11. 10967 Fratribus Latiniacensibus significat, nec ipsum nec successores suos auri unciam ab eis exacturos esse, quam secundum „scriptum quoddam librorum apostolicae sedis" Lateranensi palatio annuatim debeant. Loewenfeld Epistolae p. 134. — „Invento in quodam".

„ 16. 10968 Donationes factas infirmis fratribus ecclesiae S. Aegidii apud Pontem Audomari confirmat. Ex chartul. S. Aegidii bibl. Rotomag. Misit Delisle; Coll. Baluze t. 120. f. 77 in bibl. nat. Paris., (Neues Archiv VII. 98). — „Iustis petentium desideriis".

„ 18. 10969 (7347) Ludovicum, Francorum regem, hortatur, ut quem Petrus, frater eius, ceperit, hominem ecclesiae S. Mariae de Porta S. Leonis, dimittat, ablataque eidem reddi iubeat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 628, Bouquet Rec. XV. 808, Mansi XXI. 1026, Migne 200 p. 275. — „Conquesti nobis sunt".

23. „ 10970 (7348) Ludovicum, Francorum regem, hortatur, ut ad ecclesiae Brivatensis concordiam restituendam bonaque conservanda „a primo consilio non recedat". Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 627, Bouquet Rec. XV. 809, Mansi XXI. 1025. — „Dilecti filii nostri".

„ 27. „ 10971 Balduino abbati et fratribus S. Mariae Dei-loci asserit partem terrae Beisciae, a monachis de Caritate apud S. Sindronium commorantibus affectatam. Quantin Cartul. gén. de l'Yonne II. 138. — „Cum vos pariter".

Nov. 5. „ 10972 (7349) Henricum, archiepiscopum Remensem, aegrotare dolet. Litteras poscit. Martene Coll. II. 694, Bouquet Rec. XV. 826, Migne 200 p. 276. — „Auditu audivimus".

6. „ 10973 (7350) Ludovico, Francorum regi, scribit, quae per R. priorem S. Medardi petiisset, ea se libenter fecisse. Duchesne H. Fr. SS. IV. 616, Bouquet Rec. XV. 827, Mansi XXI. 1010, Migne 200 p. 277. — „Cum ad officium".

„ 6. „ 10974 (7351) A Ludovico, Francorum rege, petit, ut in monasterio Ferrariensi, a sese consecrato, „anniversario die consecrationis nundinas constituat; et principibus, baronibus et ceteris de regno prohibeat (praecipiat?), ut, his, qui ad nundinas accesserint, si quis iniuriam inferre praesumat, digna poena eum censeant puniendum". Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 618, Bouquet Rec. XV. 809, Mansi XXI. 1012, Migne 200 p. 277. — „Quanto gloriam et".

„ 9. „ 10975 (7352) Ludovicum, Francorum regem, rogat, ut priori domus hospitalis, apud Cerel. sitae, licentiam concedat itineris in Angliam suo mandatu faciendi. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 606, Bouquet Rec. XV. 810, Mansi XXI. 996, Migne 200 p. 278. — „Cum dilectum nostrum".

„ 10. 10976 (7353) Ludovicum, Francorum regem, rogat, ut controversiam Adami et Gregorii fratrum super domo quadam diiudicari ab aequo iudice iubeat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 612, Bouquet Rec. XV. 810, Mansi XXI. 1005, Migne 200 p. 278. — „Decet regiam excellentiam".

1163—1164.

Nov. Senonis 10977 Martino, abbati S. Vedasti, praecipit, ne (Andreae) episcopo Atrebatensi obedientiam vel subiectionem promittat. Guimann Cart. de S.-Vaast d'Arras p. 84: „. . . id. Nov."; Tailliar Rech. p. s. à l'hist. de St.-Vaast p. 385 teste Wauters Table chronol. II. 446: „id. Nov.", cf. supra ep. 9694. — „Licet venerabilis frater".

10978 Abbatem S. Vedasti Atrebatensem a fratribus monasterii eligi iubet, quod nulli nisi sedi Romanae obedientiam debeat. Tailliar Rech. p. s. à l'hist. de St.-Vaast p. 385 teste Wauters Table chronol. II. 449.

„ 18. „ 10979 Concambium inter fratres militiae templi et Landrium abbatem fratresque Mauriniacenses super villis et terris de Sauceis factum confirmat. Autograph. in tabular. nation. Paris. L. 231. — „Iustis petentium desideriis".

„ 19. „ 10980 Fratribus Marcianensibus asserit altare de Masengarba, ab Hen(rico) archiepiscopo Remensi et God(escalco) quondam episcopo Atrebatensi de manibus magistri Gisleni recuperatum. Pflugk-Harttung Acta I. 236. — „Iustis postulantium desideriis".

„ 26. „ 10981 Hu. abbati et capitulo S. Germani Parisiensis scribit, ut maioriam quandam Matheo de Villa-nova concedant. Ex necrol. S. Germ. f. 25 in bibl. nat. Par. S. Germani lat. n. 1028. Misit Delisle. — „Pervenit ad".

„ 28. „ 10982 Arnulfo, episcopo Lexoviensi, significat, se comperisse, G. de Lachim, olim monachum Cisterciensem, e coenobio egressum, in dioecesi eius parochiales ecclesias obtinuisse, et in praebenda quadam filium suum instituisse, ac in ordine subdiaconatus matrimonium contraxisse. Mandat, compellat eum sub excommunicationis poena, ut ecclesias vel praebendas dimittat et in monasterium redeat. Filium vero, „si post egressum illius de monasterio genitum eum esse constiterit", ab ecclesia removeri iubet. Liverani Spicil. Liber. p. 580, Pflugk-Harttung Acta II. 369. — „Ad audientiam nostram".

Dec. 2. „ 10983 Fratribus Gimundensibus praecipit, ut in monasterio altare erigant ad memoriam sepultorum in ecclesia S. Petri de Mazeris (vel Maderis), a Willelmo Ernaudi, occasione conversionis Azemarii fratris, concessa. Loewenfeld Epistolae p. 135. — „Quoniam sicut accepimus".

„ 5. „ 10984 (7354) Abbatibus S. Remigii Remensis et de Eleemosyna et decano Remensi mandat, ut Remis ante „proximum festum ascensionis domini" iudicent inter canonicos S. Mauricii Turonenses et fratres Cluniacenses, de praediis quibusdam litigantes. Martene Coll. II. 695, Migne 200 p. 278. — „Quoniam ex litigiosis".

„ 6. „ 10985 (7355) Ludovico, Francorum regi, significat, priorem Castrifortis sociosque ob infamiam abbati Burguliensi illatam a (Ioscio) archiepiscopo Turonensi, et (Gaufrido) episcopo Andegavensi, et abbate Maioris-monasterii excommunicatos esse. Monet, ut ecclesiam Burguliensem tueatur. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 607, Bouquet Rec. XV. 811, Mansi XXI. 997, Migne 200 p. 279. — „Quia de regiae".

„ 7. „ 10986 (7356) Henricum, archiepiscopum Remensem, iudicem constituit inter St(ephanum), abbatem Cluniacensem, et canonicos b. Mauricii Turonenses de possessionibus nonnullis controversiam habentes. Martene Coll. II. 696, Migne 200 p. 280. — „Causam, quae inter".

„ 15. „ 10987 (7357) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut B. clerico erepta a fratre eius et ab Ascelino de Firmitate restitui iubeat. Martene Coll. II. 696, Migne 200 p. 280. — „Constitutus in praesentia".

„ 17. „ 10988 Monasterio S. Crucis Burdigalensi ecclesiam S. Macarii asserit. (Fragmentum.) In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12666. (Monasticon Benedict. IX.) f. 152.

„ 19. „ 10989 (7358) Ludovicum, Francorum regem, rogat, ut ecclesiam S. Genovefae (Parisiensem) a G., buticularii sui, iniuriis defendat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 625, Bouquet Rec. XV. 811, Mansi XXI. 1023, Migne 200 p. 275 et 281. — „Dilectus filius noster".

„ 23. „ 10990 Domum de Popelino Senonensem tuendam suscipit, possessiones eius confirmat, decimasque a fratribus exigi vetat. Quantin Cart. gén. de l'Yonne II. 161. — „Iustis petentium desideriis".

„ 25. „ 10991 (7359) Compositionem de praebendis duabus factam inter Hugonem episcopum Suessionensem et eius capitulum confirmat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 592, Bouquet Rec. XV. 812, Mansi XXI. 979, Migne 200 p. 281, (Pflugk-Harttung It. Ital. p. 8: „XII. kal. Ian."). — „Cum inter te et".

1163—1164.

Dec. 25. Senonis — 10992 (7360) Abbates S. Remigii et S. Nicasii Remensis iudices constituit inter Oddonem clericum et matrem eius atque Hugonem Fabrum. Martene Coll. II. 697, Migne 200 p. 282. — „Causam, quae inter".

„ 30. „ — 10993 (Willelmum) Cenomanensem et (Godefridum) Andegavensem episcopos iudices constituit inter S. Florentii Salmurensem et Malleonensem abbates, super parte parochiae S. Leontii litigantes. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12671. (Mon. Benedict. XIV.) f. 24b. — „Causam quae inter".

1164. *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 5. — 20. Sept. — 6, 1163. — 25. Mart. — 1164.)*

Ian. 9. Senonis — 10994 Monasterii S. Germani de Pratis Parisiensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Hugone abbate. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 230. n. 27. — „In eminenti beati".

„ 9. „ — 10995 Monasterii Fossatensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Rogerio abbate. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 230. n. 26. — „Quotiens a nobis petitur".

„ 21. „ — 10996 (7361) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, significat, se (Rogero), archiepiscopo Eboracensi, scripsisse, „ut, licet in litteris concessionis suae facultatem ei dederit crucem per totam Angliam deferendi, non tamen eam per parochiam Cantuariensem deferre praesumeret, donec causa ipsa iudiciario ordine terminaretur". Affirmat, „in eisdem litteris concessionis hoc: per totam Angliam nulla ratione fuisse appositum; unde ex oblivione potius, quam ex industria contigisse, quod verbum illud postremae litterae (quas irritas facit) continerent". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 121, ed. Giles II. 8, Migne 200 p. 282. Hanc epist. illustravit Reuter I. 558 sq. — „Querimonias adversus".

„ 21. „ — 10997 Monasterii Gerensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Pontio abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 72. f. 142. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 21. „ — 10998 Monasterium S. Mariae de Argonia tuendum suscipit ac eius possessiones decimarumque immunitatem confirmat, petente Gervasio abbate. Cartul. de Moutier-en-Argonne ms. lat. 10946. s. XII. f. 3, ms. lat. 9905. s. XVI. f. 10 in bibl. nat. Paris. — „Desiderium quod ad".

„ 22. „ — 10999 (7364) Ecclesiam S. Mariae de Campo tuendam suscipit, eiusque bona ac privilegia, petente Pontio priore, confirmat. (Signa chronologica sunt corrupta.) Marca Marca Hisp. p. 1333, Aguirre Conc. V. 78, Migne 200 p. 284. — „Effectum iusta postulantibus".

„ 27. „ — 11000 Parthenonis Montis-martyrum Parisiensis tutelam suscipit, bonaque et decimarum immunitatem confirmat, petente Adda abbatissa. (Bulla male descripta.) Barthélemy Rec. d. ch. de Montm. p. 98. — „Desiderium quod ad".

Febr. 17. „ — 11001 Monasterii S. Florentii Salmurensis possessiones confirmat. Ex D. Housseau V. n. 1849, in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. (Cf. Bibl. de l'éc. des chartes XL. 164.) — „Desiderium quod ad".

„ 18. „ — 11002 Inter Frogerium, abbatem S. Florentii Salmurensem, et Bernardum, episcopum Santonensem, de ecclesiis S. Viviani et S. Salvatoris et S. Mariae Iaderensis litigantes pacem componit. Arch. hist. de la Saintonge IV. 48. — „Quotiens ad apostolicae".

„ 26. „ — 11003 A(rthaudo) priori Alveriae (dioec. Genevensis), respondet, se non posse permittere, ut „causa ecclesiae, de qua iam iudicatum sit, in disceptationem reducatur, et iterum ventiletur, cum universus orbis (excepto illo solo viro potenti, Friderico videlicet, et his, quos ipse possit saeculari potentia coercere) sese in patrem summumque pontificem iam receperit". „Scimus", inquit, „quod vir ille sublimis et potens ad hoc solummodo nititur, ut ecclesiam Dei in ancillationem et in supremam redigat servitutem; assidue namque praelatos in ecclesiis pro beneplacito suae voluntatis instituit et destituit, ita ut etiam ille schismaticus et haereticus (Victor IV.), cui ipse tamquam Romano pontifici reverentiam exhibet et honorem, si forte aliquid praeter eius conscientiam et assensum in qualibet ecclesiarum duxerit statuendum, ipse totum ducit in irritum et condemnat". Itaque se pro ecclesiae libertate ferre omnes angustias velle; „namque", inquit, „a divitiis ad paupertatem, a quiete ad laborem, ab otio ad solitudinem, a felicitate et gaudio ad cumulum sumus cuiusdam

1164. *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 5. — 20. Sept. — 6, 1163. — 25. Mart. — 1164.)*

infelicitatis adducti; ut enim alia taceamus, omnes hi, qui nobis carnis sunt propinquitate coniuncti, a praedicto viro potenti rebus sunt propriis spoliati, expulsi e domibus, et, uxoribus filiisque relictis, in aliam provinciam, quasi in exilium relegati". Falsa ab imperatore spargi; hunc enim, „quidquid asserat, quidquid etiam fateatur, nequaquam velle causam hanc per iudicium ecclesiasticum terminari; quum etiam cardinales", inquit, „quos hoc anno ad eius praesentiam destinavimus (quos quidem nec videre dignatus est nec quemlibet cum eis sermonem habere) nihil aliud ab eo potuerint obtinere, nisi quod aliqui deberent eligi, qui in sua potestate et praesentia constituti id solummodo providerent, quod utilius ad pacem reddendam ecclesiae videretur". Maxima bibl. vet. patr. Lugdun. XXIV. 1519, Tromby Stor. Cartus. IV. app. p. 80. — „Dum piam simplicitatem".

Febr. 27. Senonis 11004 (7365) Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, hortatur, ut „cautius temporum qualitatem attendens, Henrico Anglorum regi in omnibus et per omnia, salva honestate ecclesiastici ordinis, deferre satagat, et eius sibi gratiam et amorem incessanter recuperare intendat". Nunciat, se regi, ut „quod de antiquis consuetudinibus et dignitatibus conservandis episcopi Angliae promisissent, auctoritate apostolicae sedis confirmaretur" petenti, non satisfecisse; sed „legationem totius Angliae" (Rogero) archiepiscopo Eboracensi petitam per litteras concessisse. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 12, ed. Giles II. 1, Migne 200 p. 285, (Mansi XXI. 874). — „Etsi pro animi".

(„) („) 11005 (7366) Thomae, archiepiscopo Canturiensi, et omnibus episcopis Angliae praecipit, ut „si Anglorum rex quidquam ab iis aliquo tempore requisierit, quod contra ecclesiasticam libertatem existat, hoc ei facere nullatenus attentent; si autem iam dicto regi super huiusmodi se in aliquo astrictos cognoscant, quod promiserint, nullatenus observent". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 140, ed. Giles II. 9, Migne 200 p. 287. — „Ad hoc pontificalis".

(„) („) 11006 (7367) Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, hortatur, ne ex legatione Rogero archiepiscopo Eboracensi concessa molestiam trahat; „nuncii nobis" inquit „ex parte ipsius regis promiserunt, quod nunquam sine conscientia et voluntate vestra eaedem litterae archiepiscopo Eboracensi redderentur". Addit, se „ecclesiam eius alienae personae in ecclesiasticis nolle subesse, nec nisi tantum Romano pontifici obedire". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 13, ed. Giles II. 3, Migne 200 p. 287, (Mansi XXI. 881). — „Non ob gratiam" („Novit industria tua").

Mart. 15. „ 11007 B(ertrando) archiepiscopo Burdegalensi mandat, ut infra 15 dies monachos S. Macharii, praecipue eum, qui pro priore se gerat, Bonafusumque clericum ad obedientiam abbati S. Crucis praestandam compellat; quos, nisi fecerint, excommunicari iubet. Archives hist. de la Gironde I. 224. — „Dum fratres sancti".

„ 15. „ 11008 H(enricum) Anglorum regem rogat, ut monasterium S. Crucis Burdegalense ab iniuriis fratrum S. Macharii tueatur. Archives hist. de la Gironde I. 225. — „Exposcit tuae celsitudinis".

„ 21. „ 11009 (7368) Henricum, archiepiscopum Remensem, et Henricum, tit. SS. Nerei et Achillei presbyterum cardinalem, hortatur, ut „consilio (Ludovici) Francorum regis, donec ista colloquia separentur, se nullatenus subtrahant". Cardinalem aegrotare dolet. Responsum per cursorem a sese missum poscit. Martene Coll. II. 705, Bouquet Rec. XV. 829, Migne 200 p. 288. — „De dispositione vestra".

„ 21. „ 11010 Inter fratres S. Martini de Campis Parisienses et S. Martini Turonenses controversiam super ecclesia S. Martini de Passo diiudicat. Autograph. in tabul. nat. Paris. L. 231. — „Cum inter vos".

„ 22. „ 11011 (7369) E(berhardo), archiepiscopo Salzburgensi, scribit, se ad G(erhohi) praepositi Reichersbergensis litteras, „in quibus capitula quaedam continebantur, quae, eo et aliis decertantibus, in quaestionis scrupulum devenerunt, nil certi super eisdem capitulis duxisse respondendum". Mandat, faciat, ut „praepositus et caeteri ab huiusmodi ulterius disputationibus, praesertim in publicis conventibus abstineant". Pez Thes. anecd. VI. 1. 398, Migne 200 p. 288. — „Cum dilectus filius".

„ 22. „ 11012 (7370) Magistri G(erhohi), praepositi Reichersbergensis, pietatem erga ecclesiam Romanam laudat, eumque de superiore epistola certiorem facit. Pez Thes. anced. VI. 1. 399, Migne 200 p. 289. — „Sincerae mentis".

1164. *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 5. — 20. Sept. — 6, 1163. — 25. Mart. — 1164.)*

Mart. 30. Senonis — 11013 Bertranni magistri militiae templi Hierosolymitani eiusque fratrum protectionem suscipit ac possessiones et privilegia confirmat. Cf. Prutz Malteser-Urk. p. 31, idem ap. Löher Arch. Zeitschr. VIII. 93. — („Omne datum optimum").

Apr. 1. „ — 11014 (7371) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, peccatum quoddam condonat, eumque hortatur, ne „a missarum celebratione cesset, neve a consecratione sanguinis et corporis domini abstineat". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 40, ed. Giles II. 5, Mansi XXI. 1193, Migne 200 p. 290. — „Ad aures nostras".

„ 2. „ — 11015 (7372) Stephano, episcopo Meldensi, ius parochiale in villa et monasterio Resbacensi adiudicat. Launoii Opp. III. II. 408, Migne 200 p. 290. — „Controversiae inter".

„ 9. — †11016 N(icolao) electo Cameracensi et abbati Affligemiensi mandat, prohibeant, ne praebendae ecclesiae Bruxellensis incognitis vel minus idoneis personis conferantur. („Dat. Anagniae a. dom. 1164, V. id. Apr.") Miraei Opp. dipl. IV. 24. — „Cum nobis quamquam".

„ 10. „ — „Feria 6 in parasceve". Sigeberti cont. Burburg. 1164 in MG. SS. VI. 458, „In parasceue, 4. Id. Apr." Chronica regia Colon. 1164 ibid. XVII. 778, ed. Waitz p. 114.

„ 15. „ — 11017 (7373) Henrico, archiepiscopo Remensi, de officiis Ar(dicioni) S. Theodori diacono cardinali tributis gratias agit. Haec addit: „per magistrum Od. quaedam de statu Italiae tuae discretioni curavimus intimare, firmam spem fiduciamque tenentes, quod ecclesia Dei, inimicis suis humiliatis, optatae in proximo pacis tranquillitate gaudebit". Martene Coll. II. 708, Bouquet Rec. XV. 831, Migne 200 p. 291. — „Amorem et honorificentiam".

„ 17. „ — 11018 (7374) Monasterii S. Mariae Stratensis tutelam suscipit bonaque et iura confirmat, petente Gervasio abbate. Gall. Chr. XI. Instr. p. 136, Migne 200 p. 292. — „Cum omnibus".

„ 17. „ — 11019 (7375) Basilii, prioris Cartusiensis, et universorum priorum et fratrum ordinis „institutiones ad observantiam religionis de communi assensu capituli rationabiliter factas" confirmat. Privil. ord. Cartus. fol. 1^b, Nova coll. stat. ord. Cart., append. p. 6, Migne 200 p. 293. — „Ex rescripto litterarum".

„ 19. „ — Ecclesiae novae altare SS. Petri et Pauli consecrat „in sequenti anno, XIII. kal. Maii, in qua die fuerunt octavae domiuicae resurrectionis". Chron. S. Petri Vivi 1163 ap. D'Achery Spic. II. 486, in MG. SS. XXVI. 35. „In octavis pasce", Alex. III. bulla ap. Quantin Cart. gén. II. 179.

„ 26. „ — Ecclesiam S. Columbae consecrat „VI. kal. Maii". Annal. S. Columbae Senonensis 1164 in MG. SS. I. 108; Chron. S. Petri Vivi 1163 ap. D'Achery Spic. II. 486, in MG. SS. XXVI. 35.

(„) („) — 11020 Omnibus festo dedicationis ecclesiae S. Columbae (d. 26. Apr.) „per sex dies annuatim venientibus, de iniuncta poenitentia relaxationem 20 dierum" indulget. Quantin Cart. gén. II. 176. — „Notum sit universitati".

Mai. 10. „ — 11021 Monasterio S. Petri de Montibus privilegium tribuit. Neues Archiv VII. 97. — „Religiosis votis".

„ 14. „ — 11022 Monasterii S. Iohannis de Vincis Suessionensis possessiones et privilegia confirmat. Hoc videtur esse argumentum bullae, cuius exiguum fragmentum exstat in bibl. nat. Paris. Cartul. S. Iohannis Suess. s. XIII. ms. lat. 11004. f. 9.

„ 19. „ — 11023 (7376) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Ub., monasterii S. Vasli priorem, ad reddendam Gil. latori huius epistolae pecuniam hortetur. Martene Coll. II. 709, Migne 200 p. 294. — „Veniens ad nos Gil."

Iun. 3. „ — 11024 (7377) Monachis S. Petri Carnotensibus concedit, ut in ecclesiis parochialibus sacerdotes instituant ac tempore communis interdicti certis conditionibus divina officia celebrent. (Fragmentum.) Collection des Cartulaires II. 651, Migne 200 p. 294. — „Statuimus, ut in".

„ 4. „ — 11025 (7378) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut iudicii inter abbates S. Remigii et Dervensem faciendi causa, locum utrique parti opportunum constituat. Martene Coll. II. 709, Migne 200 p. 294. — „Causam, quae inter".

„ 5. „ — 11026 (7379) Monasterii Vallis-Richeriae protectionem suscipit, bonaque ac privilegia, petente Roberto abbate, confirmat. Neustria pia p. 826, Migne 200 p. 295. — „Religiosis votis".

1164. *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, post. a. 5. — 20. Sept. — 6, 1163. — 25. Mart. — 1164.)*

Iun. 11. Senonis — 11027 Monasterii S. Nicolai Buttenburgensis tutelam suscipit, disciplinam et possessiones confirmat, privilegiaque instituit, petente Wilhelmo abbate. Chronicon et cartul. S. Nicol. Furnens. p. 66. — „Pie postulatio voluntatis".

„ 22. „ — 11028 Capitulo ecclesiae Magalonensis liberam eligendi praepositum facultatem indulget. Mém. de la soc. de Montpellier V. 522. — „Ex innata vobis".

„ 25. „ — 11029 Rainerio canonico et magistro scholarum ecclesiae Rotomagensis concessam ab Hugone archiepiscopo sub quinque solidorum censu annuo terram S. Romani confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 238. — „Iustis petentium desideriis".

„ 25. „ — 11030 Hugoni, archiepiscopo Tarraconensi, concessum ab ecclesia Barcinonensi eiusque episcopo beneficium confirmat. Villanueva Viage literar. XIX. 286. — „Pro maxima quam".

„ 26. „ — 11031 Leprosorum Suessionensium possessiones quasdam confirmat, eosque a solvendis decumis eximit. Copia vidim. a. 1275 in tab. nat. Paris. L. 230. n. 23. — „Iustis petentium desideriis".

Iul. 3. „ — 11032 Nicolao clerico asserit domum iuxta ecclesiam b. Iacobi, quam Telfus, ecclesiae Parisiensis archipresbyter, in eleemosynam ei concesserat. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 230. n. 25a. — „Iustis petentium desideriis".

„ 6. „ — 11033 (7380) Henrico, archiepiscopo Remensi, significat, „illum auctorem et caput turbationis ecclesiae, R(einaldum, archiepiscopum Coloniensem), videlicet quondam F(riderici), dicti imperatoris, cancellarium, cum aliunde suus omnimodo disturbetur ingressus, per Flandriam in Teutonicam terram ire disponere". Monet, ut „praedictum R(einaldum) disturbare satagat, et omnimodis impedire, et ipsum, si possit, capere nulla ratione postponat". „Nihil enim" inquit „posses unquam ad praesens efficere, quod nobis et ecclesiae amplius gratum et acceptum existeret". Martene Coll. II. 710, Bouquet Rec. XV. 818, Migne 200 p. 297. — „Attendentes illum animi".

„ 9. „ — 11034 B(ertrando) archiepiscopo Burdegalensi mandat, ne sententiam in fratres S. Macharii prolatam remittat, utque eos ad obedientiam abbati S. Crucis Burdegalensi exhibendam instanter commoneat. Nisi fecerint, eos depositum iri minatur. Archives hist. de la Gironde I. 231. — „Per alia scripta".

„ 12. „ — 11035 Waltero abbati et fratribus S. Vincentii Lauduensibus altare de Bairi, a fratribus Maioris-monasterii vindicatum, adiudicat. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 73. f. 16, Coll. Grenier t. 257. f. 142. — „Nuntiis tuis cum".

„ 13. „ — 11036 (7381) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Guillelmum, „si monachos S. Remigii non habita licentia uxoris eum monasticum habitum induisse constiterit", ab impetitione abbatis et fratrum absolvat. Martene Coll. II. 710, Migne 200 p. 298. — „Dum W. parochianus".

„ 15. „ — 11037 Universis ecclesiarum praelatis mandat, ut populum propositis indulgentiis ad collectas in usum Templariorum faciendas admoneant. De aliis eorum privilegiis addit. Prutz Malteser Urk. p. 39. — „Milites templi".

„ 18. „ — 11038 (7382) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut controversiam Millesendis mulieris et Radulfi de Coci super dote illius intra dies 30 diiudicet. Martene Coll. II. 711, Bouquet Rec. XV. 818, Migne 200 p. 298. — „Causam, quae inter".

„ 20. „ — 11039 (Manassae) episcopo et capitulo S. Crucis Aurelianensi significat, in praesentia Herberti archidiaconi et Guarini archipresbyteri Gilonem, militem de Loriaco, ecclesias de Arebrachio et de Loriaco, „quas ex prava et antiqua illa consuetudine iure hereditario possedisset", in manibus suis refutasse et ecclesiae eorum dimisisse. Loewenfeld Epistolae p. 136. — „Quotiens aliqua digna".

„ 26. „ — 11040 (7383) Hugoni, episcopo Suessionensi, Rain. archidiaconum Sarisberiensem, Parisiis operam studiis daturum, commendat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 594, Bouquet Rec. XV. 819, (Mansi XXI. 981, Migne 200 p. 299). — „Dilectus filius noster".

„ 27. „ — 11041 Giffredo abbati et fratribus S. Trinitatis Dunfermelinensibus asserit ecclesiam de Dunchelden, ab Andrea, episcopo Catenensi, concessam. (Specimen scripturae apud) Registrum de Dunferm. p. 151 et 418. — „Iustis petentium desideriis".

„ 28. „ — 1142 Monasterii S. Mariae de Laude protectionem suscipit ac possessiones et privilegia confirmat, petente Samuele abbate. In Coll. Moreau t. 73. f. 18 in bibl. nat. Paris., (Neues Archiv VII. 97). — „Quotiens illud a".

1164. *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 5. — 20. Sept. — 6, 1163. — 25. Mart. — 1164.)*

Iul. 29. Senonis — 11043 Monasterii S. Crucis de Castello-puellarum (vel Edinburgensis) protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Willelmo abbate. Liber cartarum S. Crucis p. 168. — „Quoniam (Quum) sine vero".

29. „ — 11044 Rogero abbati et fratribus Driburgensibus ecclesiam de Saultoun aliaque concedit. Liber S. Mariae de Drib. p. 204. — „Iustis petentium desideriis".

30. „ — 11045 (7384) Ludovico. Francorum regi, significat, abbatem quendam ex Burgundia venientem sibi nunciasse, „quod cum ab R(einaldo, archiepiscopo Coloniensi), quondam cancellario F(riderici), dicti imperatoris, complures operarii iam fuissent conducti et de ipsius mandato in confinio regni operari coepissent, comes Forensis eosdem operarios de loco eiecit". „Verum" inquit „quoniam praedictus cancellarius pecuniam multam reliquit, ut, quod prave intendit, ad effectum perducat, tua interest, habito consilio baronum, factum ipsum, ne ultra procedat, prorsus destruere". (Richardo) electo Lugdunensi se mandasse, „ut huic rei nulla ratione assentiat, sed eam satagat disturbare". Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 621, Bouquet Rec. XV. 819, Mansi XXI. 1017, Migne 200 p. 299. — „Dum multitudinem".

Aug. 1. — 11046 (7385) Ludovico, Francorum regi, scribit. de lite Franbi, ecclesiae S. Martini Turonensis canonici, et Nicolai burgensis sententiam, a (Willelmo), episcopo Cenomannensi, dictam, ad effectum nondum perductam esse. Utrumque ad regem mittit. Nicolaum commendat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 629, Bouquet Rec. XV. 820, Mansi XXI. 1028, Migne 200 p. 300. — „Franbus ecclesiae".

(„) („) — 11047 (7386) Upsaliam urbem Scarensis, Lincopiensis, Strengesensis et Arusensis episcopatuum metropolim constituit, et Stephano archiepiscopo „precibus et interventu Caroli, illustris regis Sweorum et Gothorum, episcoporum quoque et Ulfy ducis regni illius" pallium concedit, eiusque successores ab archiepiscopo Lundensi, „tamquam proprio primati", consecrandos esse statuit. Liljegren Dipl. Suec. I. 70, Ornhjälm Hist. Sueon. p. 482, Rydberg Sverges Trakt. I. 80, Migne 200 p. 301. — „Licet omnes".

5. „ — 11048 (7387) Universos episcopos per regnum Sweciae constitutos hortatur, ut metropolitano Stephano, archiepiscopo Upsaliensi, obediant. Liljegren Dipl. Suec. I. 72, Örnhjälm Hist. Sueon. p. 484, Migne 200 p. 303. — „Venerabilem fratrem".

(„) („) — 11049 (7388) Henrico abbati et fratribus S. Mariae Vitescolensis asserit ecclesiae locum, ab Eskillo, episcopo Arusiensi, concessum, qui „aliquando errori consensit, qui tamen factum suum in districto examine positus reprobavit". Memorat, se de ea re „cum Eskillo, Lundensi archiepiscopo, et aliis fratribus suis deliberasse". Langebek SS. R. Dan. V. 241, Migne 200 p. 304. — „Litteris devotionis tuae".

„ 6. — 11050 (7389) Ludovicum, Francorum regem, rogat, ut „ad monasterii Trenorciensis onera et debita relevanda, fratres per diversa monasteria dividi, et, quinque vel quatuor ibidem relictis, in debitorum solutionem redditus cedere" iubeat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 623, Iuenin Nouv. hist. de Tournus. Pr. p. 167, Bouquet Rec. XV. 820, Mansi XXI. 1020, Migne 200 p. 304. — „Cum dilectus filius".

„ 8. — 11051 Omnes sacerdotes et personas de Haliwerefolk hortatur, ut iuxta antiquam consuetudinem ministerialibus b. Cuthberti Dunelmensibus unum denarium per unamquamque domum annuatim persolvant. Hist. Dunelm. Scr. append. p. 52. — „Pietatis operibus".

„ 11. „ — 11052 (7390) (Hugoni), episcopo Suessionensi, mandat, hortetur Ludovicum, Francorum regem, ut abbati et fratribus Compendiensibus hospitale quoddam, si iuris eorum sit, restituat, si minus, concedat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 594, Bouquet Rec. XV. 821, Mansi XXI. 981, Migne 200 p. 305. — „Quoniam de hospitali".

„ 13. „ — 11053 (7391) Ludovico, Francorum regi, excusat Nicolaum Turonensem, „hominem regiae maiestatis", qui, iniuria a F(ranbo S. Martini) canonico accepta, ad sese refugerit; „sic enim" inquit „sacrorum canonum sanxit auctoritas, et imperatores, qui antecessores tui fuerunt, et reges Francorum sanxerunt, quod hi, quibus a clericis iniuria irrogatur, eos apud ecclesiasticos iudices debeant solummodo convenire". Ceterum causam illam scribit arbitrio (Willelmi), episcopi Cenomanensis, a sese permissam fuisse. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 617, Bouquet Rec. XV. 822, Mansi XXI. 1011, Migne 200 p. 306. Cf. supra ep. 11046. — „Quod Nicolaus".

1164. *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 5. — 20. Sept. — 6, 1163. — 25. Mart. — 1164.)*

Aug. 18.	Senonis	11054 (7392) Ludovico, Francorum regi, agit gratias, quod „triginta fratribus ecclesiae Trenorciensis se promiserit necessaria liberaliter provisurum". Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 626, Bouquet Rec. XV. 823, (Mansi XXI. 1024, Migne 200 p. 307). — „Affectum et compassionem".
„ 18.	„	11055 (7393) Abbatibus S. Germani et S. Victoris Parisiensis et priori ac subpriori S. Victoris et Odoni, quondam S. Genovefae abbati, mandat, investigent, num Guillelmus S. Genovefae canonicus, propterea quod ad ipsum sine abbatis et capituli licentia accessisset, universis vestibus exutus acriter verberatus et „septem diebus in terra cum canibus cibum sumere" coactus sit. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 752, Martene Coll. VI. 233, Bouquet Rec. XV. 823, Mansi XXI. 1030, Migne 200 p. 307. — „Significatum nobis est".
„ 18.	„	11056 Inter Hugonem abbatem fratresque S. Germani de Pratis Parisienses et monasterium S. Iohannis Senonense compositionem de ecclesia S. Georgii de Matriolis factam ab Hubaldo tit. S. Crucis et Willelmo tit. S. Petri presbyteris cardinalibus confirmat. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 230. n. 25[b]. — „Iustis petentium desideriis".
„ 20.	„	11057 (7394) Ludovico, Francorum regi, scribit, „relaxationem, in sexta feria ei factam, taliter distinguendam esse, ut in quadragesima, quae dicitur b. Martini, usque ad adventum domini in sexta feria uno ferculo piscium et vino temperate sumpto utatur; in adventu vero et in maiori quadragesima consuetum abstinentiam semper sexta feria observet" cet. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 608, Bouquet Rec. XV. 823, Mansi XXI. 999, Migne 200 p. 307. — „Desiderium et affectum".
„ 21.	„	11058 (7395) Fratribus S. Mariae de Valle-crosa locum, qui dicitur Fons-calidus, asserit. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 565, Migne 200 p. 308. — „Iustis petentium desideriis".
„ 29.	„	11059 (7396) Henricum, archiepiscopum Remensem, monet, ut abbatum S. Remigii et Dervensis controversiam super quadam decima intra dies 30 disceptet. Martene Coll. II. 711, Migne 200 p. 309. — „Constitutus in praesentia".
Sept. 6.	„	11060 Monasterii Sacri-portus tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Henrico abbate. In bibl. nat. Paris. Cartul. Sacri-portus ms. lat. 5466. f. 14. — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 7.	„	11061 (7397) Guillelmum, comitem Nivernensem, et Idam, matrem eius, hortatur, ut pacem servent cum ecclesia Vizeliacensi, eamque a nobilibus et baronibus tueantur. Petrum, subdiaconum suum, mittit. D'Achery Spic. II. 543, Bouquet Rec. XV. 824, (Mansi XXI. 1042, Migne 200 p. 309). — „Quanto monasterium".
„ 15.	„	11062 (7398) „Confirmat domum Fontebraldensem et ceteros ordinis conventus". Vide Gall. Christ. II. 1319, Bulla integra exstat in chartular. Font. Ebr. II. 177 in bibl. nat. Paris. (Delisle). — „Desiderium quod".
„ 24.	„	11063 (7399) Ludovico, Francorum regi, significat, se eius litteras accepisse, mandataque exsecuturum. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 628, Bouquet Rec. XV. 824, Migne 200 p. 310. — „Litteras excellentiae tuae".
„ 25.	„	11064 (7400) Petentibus Garcia magistro et fratribus Calatravensibus, Calatravam tuendam suscipit, fratrumque leges, bona, privilegia confirmat. Diffiniciones de Calatrava p. 37, Samper Montesa illustr. I. 145, Mascareñas Apolog. hist. p. 45, Manrique Ann. Cist. II. 400, Migne 200 p. 310. — „Iustis petentium desideriis".
„ 25.	„	11065 (7401) Monasterium S. Mariae Hortense tuendum suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat, petente Blasio abbate. Manrique Ann. Cist. II. 402, Migne 200 p. 312. — „Religiosam vitam eligentibus".
Oct. 1.	„	11066 Monasterii S. Mariae Pratensis tutelam suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Odone abbate. Chartul. Belliprati Bellovacensis s. XIII. ms. lat. 9973. f. 127 in bibl. nat. Paris. — „Quotiens illud a nobis".
„ 3.	„	11067 (7402) Ludovico, Francorum regi, per P. subdiaconum suum suadet, ut quaedam et regni et ecclesiae causa commutet. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 618, Bouquet Rec. XV. 807, Mansi XXI. 1012, Migne 200 p. 313. — „Quaedam gravia et".
„ 8.	„	11068 (7403) Ludovico, Francorum regi, significat, canonicos Carnotenses professos esse, se in eligendo episcopo incaute egisse. Quos, ut ad concordiam ante proximas octavas epiphaniae (13. Ianuar. 1165) redirent, a sese admonitos esse. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 609, Bouquet Rec. XV. 824, Mansi XXI. 1001. Migne 200 p. 313. — „Dilectii filii nostri".

1164. *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 5. — 20. Sept. — 6, 1163. — 25. Mart. — 1164.)*

Sept. 10. ap. Magalonem 11238 (7501) Henrico, archiepiscopo Remensi, nunciat, se „circa octavas assumptionis b. Mariae (22. Aug.) omnem apparatum redeundi ad Urbem fecisse et ad navem hospitalem accessisse", sed subito galearum Pisanorum adventu perterritum, cum (Conrado) electo Moguntino et Io(hanne) Neapolitano et P. cardinalibus Magalonem rediisse. Haec addit: „Pisani galearum comites postmodum asseverarunt, quod nullam offendendi personam nostram voluntatem vel propositum invadendi res nostras habuerunt". Martene Coll. II. 718, Bouquet Rec. XV. 846, Migne 200 p. 398. — „Attendentes devotionis".

Nov. Messanae Vide Bosonis card. Vitam Alexandri ap. Watterich II. 400; Romualdi Salern. Annal. in MG. SS. XIX. 434. (In errore versatur auctor Annal. Reichersp. in MG. SS. XVII. 472, die 11. Nov. papam Franciam reliquisse narrans. Cf. Reuter II. 188. n. 2. Wattenbach in MG. SS. l. l. de adventus die cogitat.)

„ Salerni Vide Bosonis card. Vitam Alexandri l. l., Rom. Salern. l. l.

„ 19. Caietae 11239 (7502) Ecclesiae Rhegiensis tutelam suscipit, possessionesque ac iura metropolitana confirmat. Rogerio archiepiscopo pallium concedit. Morisani De protopapis cet. diatriba, Neapoli 1768, p. 220, (Ughelli It. sacr. IX. 325, Migne 200 p. 399). — „Sicut in humani".

22. Ostiae „In festo S. Caeciliae". Bosonis card. Vita Alexandri p. 401.

23. Romam ingreditur „IX. kal. Dec.". Vide duas epistolas 11240. 11242 et Bosonis card. Vitam Alexandri p. 401. (Falso igitur narrat Sigeberti Continuator Aquicinct. 1165 in MG. SS. VI. 411, papam in „festo S. Clementis papae" i. e. Nov. 23 missam in ecclesia S. Petri celebrasse. Aliter censet Reuter II. 241, qui ep. 11242 non novit.)

1165. *(Ind. 13, pont. a. 6. — 20. Sept. — 7. 1164. — 25. Mart. — 1165.)*

Nov. 24. Laterani 11240 (7503) Henrico, archiepiscopo Remensi, eiusque suffraganeis significat, se „diversa maris pericula et graves hostium et iniquorum incursus evadentem, ad portum tandem salutis pervenisse et a senatoribus populoque Romano devotissime invitatum, IX. kal. Dec. (23. Nov.) Urbem intrasse". D'Achery Spic. III. 538. Martene Coll. II. 719, Bouquet Rec. XV. 847. Mansi XXI. 1042, Migne 200 p. 400. — „A nostra vel".

„ 25. „ Vide epist. 11242.

„ 26. „ Vide ibid.

„ 27. „ Vide ibid.

„ 28. „ Vide ibid.

„ 29. in ecclesia b. Petri Vide ibid. et supra notam ad 23. Nov.

Dec. 1. Laterani 11241 Monasterium Vallumbrosanum „ad exemplar Paschalis et Hadriani" (tuendum suscipit eiusque possessiones et iura) confirmat, petente Iacobo abbate. (Pro „pont. XIII." lege „ind. XIII.": cetera temporis signa exciderunt.) Pflugk-Harttung Iter p. 265: cf. supra 6447. — „Desiderium quod".

4. „ 11242 (Bernardo) praeposito et canonicis Magalonensibus ob summa erga se obsequia gratias agit uberrimas. Narrat. se „post diversa maris et insidiantium pericula ad salutis portum venisse, et a senatoribus et nobilibus civitatis, clero et populo Romano invitatum, VIIII. kal. Decembris (23. Nov.) Urbem intrasse; peractis vero septem diebus (Nov. 23—29), quibus in Lateranensi palatio in omni suavitate ac quiete moram habuerit, ad ecclesiam b. Petri sollempniter et cum maxima processione se perrexisse (29. Nov.)". Mém. de la soc. de Montpellier V. 522. — „Illa magnifica devotionis".

10. „ 11243 (7504) Clericos in episcopatu Bangoriensi constitutos monet, ut episcopum eligant, quem (Thomas), archiepiscopus Cantuariensis, confirmet. De archidiaconatu addit. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 91, Haddan and Stubbs Councils I. 367, Migne 200 p. 401. — „Si. quanta detrimenta".

13? 11244 Bulla hoc die data exstat ap. Pesina Phosphorus septicornis III. 176, teste Tourtual Böhmens Antheil an d. Kämpfen Friedr. I. Bd. I. 327 n.; cf. Wenceslai Hagek a Liboczan Annal. Bohem. ed. Dobner ad a. 1165: „II. id. Dec.".

18. Romae Conradum, electum Moguntinum, „in proximo (addc: sabbato ante) natale domini, in diebus quatuor temporum, id est in 15. kal. Ianuarii in presbyterum et archiepiscopum" consecrat. Annal. Reichersperg. 1166 in MG. SS. XVII. 472.

11245 (7505) Priorem et fratres Cantuarienses hortatur, ut Thomae archiepiscopi exsulantis inopiae subveniant. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 124, ed. Giles II. 38, Migne 200 p. 402. — „Super religione vestra".

11246 (7506) Thomae, archiepiscopi Cantuariensis, „ecclesiasticam sententiam in Richardum de Ivelcestria et Iohannem de Oxenefordia et in omnes alios ecclesiae Dei perversores promulgatam", confirmat. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 182, ed. Giles II. 11. Migne 200 p. 402. — „Quod iuxta officii".

11247 (7507) (Henricum) episcopum Trecensem hortatur, ut quam praeposituram Willelmus, electus Carnotensis, in eius ecclesia tenuerit, eam magistro Herberto concedat, qui „quia (Thomae) Cantuariensi archiepiscopo exsulanti adhaeserit, propter indignationem principis fuerit spoliatus". Epist. S. Thomae ed. Giles II. 105, Migne 200 p. 402. — „Commissae tibi ecclesiae".

11248 (7508) W(illelmo) electo Carnotensi respondet „de causis, quae infra terminum certum decidendae committantur: nisi dies ab apostolico praefixus de communi consensu partium prorogetur, eo transacto mandatum exspirare". App. conc. Lat. VII. 6, Coll. Lips. XXXV. 5, Coll. Cass. XLII. 5, Coll. Bamb. XXXIII. 5, Comp. I. L. 1. t. 21. c. 5, Decr. Greg. L. I. t. 29. c. 4. — „De causis, quae".

1165?

11249 (7509) Robertum, episcopum Herefordiensem, reprehendit, quod Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, metropolitae suo, „in ecclesiae libertate tuenda minus, quam debuisset, adstitisse probetur". Monet, ut „eidem in negotiis ecclesiae viriliter et constanter assistens, mandata atque praecepta illius devote et fideliter exsequatur". Haec addit: „praecipimus, ut hoc, quousque memoratus frater noster cum Anglorum

1165?

rege pacem habeat, quod in proximo, domino auctore, continget, teneas omnino secretum". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 62, ed. Giles II. 92, Migne 200 p. 403. — „Miramur plurimum, quod".

11250 (7510) Gilbertum, episcopum Londinensem, et ceteros episcopos vituperat, quod „in multis remissi et tepidi et negligentes etiam extiterint". Mandat, commoneant Henricum, Anglorum regem, „ut ecclesiastica et secularia negotia non confundat, ut (Thomam), archiepiscopum Cantuariensem, in amorem et gratiam suam recipiat et cum cum aliis expulsis ad sedem propriam reducat". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 103, Gilberti Foliot. epist. II. 93, Migne 200 p. 404. — „Quoniam te virum".

11251 Iohanni, abbati Calcoensi, usum mitrae concedit. Liber S. Mariae de Calchou II. 359, Haddan and Stubbs Councils II. 1. 236. (Cf. Chronica de Mailros 1165 ap. Fell Rer. Angl. SS. p. 170, ed. Stevenson p. 80.) — „Devocionis tue sinceritatem".

1159—1166.

11252 Iohanni, archiepiscopo Toletano, Hispaniae primati, pallii usum concedit. Mansi XX. 684. — „Per praesentis privilegii".

1165—1166.

Dec. 7. Laterani — 11253 (7511) (Raimundo) episcopo Palentino praecipit, ut clericos de Portella et Pennafideli, qui contra interdictum (Iohannis) archiepiscopi Toletani sacra procuraverint, archiepiscopo satisfacere cogat. Pulgar Teatro clerical II. Prolusion num. V. — „Super discretione tua".

„ 12. „ — 11254 (7512) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, canonicos Roicnses sub interdicti poena hortetur, ut erepta ecclesiae Noviomensi restituant et illata damna resarciant. Martene Coll. II. 721, Bouquet Rec. XV. 848, Migne 200 p. 405. — „Cum in regno Francorum".

„ 24. „ — 11255 Ecclesiae Oritanae iura ab archiepiscopo Brundisino laedi vetat. Pflugk-Harttung Iter p. 262. — „Venientes ad".

1166. *(Ind. 14, pont. a. 7. — 20. Sept. — 8.)*

Ian. 18. Laterani — 11256 (7513) Henricum, archiepiscopum Remensem, monet, „ut ab eo, cuius nomine, cum in regno Francorum esset, sibi 150 libras, fratribus vero suis aliam summam obtulerit, 100 sibi marcas argenti, si ulla poterit fieri ratione, cum honestate tamen sua acquirat". Praeterea cupit „de ecclesiis episcopatus sibi honestam subventionem inveniri". „Tanta namque sunt" inquit „onera debitorum et creditorum instantia, ut nisi ecclesiae Dei a tua fuerit modo liberalitate subventum, vix aut numquam nobis statum urbis in ea pace, in qua nunc est, poterimus conservare". Martene Coll. II. 721, Bouquet Rec. XV. 849, Migne 200 p. 405. — „Integram fidem et".

„ 28. „ — 11257 (7514) Rogero archiepiscopo Eboracensi et omnibus episcopis Angliae praecipit, ut „super iis, quae ad ecclesiae Cantuariensis iura, dignitates etiam, aut libertates spectare noscantur, se sine conscientia et assensu Thomae archiepiscopi intromittere nullatenus praesumant". Epist. S. Thomae ed. Giles II. 76, ed. Lupus p. 263, Mansi XXI. 881, Migne 200 p. 406, (Liverani Spicil. Liberian. p. 547, Pflugk-Harttung Acta II. 368). — „Tanquam ex iniuncto" „Quamquam ex iniuncto" „Eam quam ex iniuncto".

„ 29. „ — 11258 (7515) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, mandat, hortetur clericos ecclesiae Bangoriensis, ut episcopum eligant; quod nisi fecerint, ipse intra tres menses faciat. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 36, Haddan and Stubbs Councils I. 368, Migne 200 p. 407. — „Si, quanta detrimenta".

„ 30. „ — 11259 (7516) Henrico, archiepiscopo Remensi, in (Thomam) archiepiscopum Cantuariensem officioso, gratias agit; eundem „nunc ope et consilio maxime opus habentem" commendat. Martene Coll. II. 723, Epist. S. Thomae ed. Giles II. 52, Bouquet Rec. XV. 849, Migne 200 p. 407. — „Inter ceteras divinae".

Febr. 9. „ — 11260 (7517) Universum clerum et populum Bangoriensem iam iterum hortatur, ut episcopum eligant, a Thoma, archiepiscopo Cantuariensi, consecrandum. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 90, Haddan and Stubbs Councils I. 369, Migne 200 p. 408. — „Quia ex defectu".

1166. *(Ind. 14, pont. a. 7. – 20. Sept. – S.)*

Febr. 12. Romae ap. S. Petrum — 11261 B(ernardo), ecclesiae Magalonensis praeposito, indulget, ut episcopus civitatis eiusdem sine capituli assensu excommunicationis aut suspensionis sententiam in eum non audeat promulgare. (Bernardus anno 1166 vita decessit.) Mém. de la soc. de Montpellier V. 524. — „Illius sincerissime devotionis".

„ 12. „ — 11262 Canonicis Magalonensibus iura quaedam asserit. Mém. de la soc. de Montpellier V. 523. — „Devotionis et fidei".

„ 22. Laterani — 11263 (7518) Henrico, archiepiscopo Remensi, capellanos Laudunenses a (Galterio) episcopo indebite tractatos commendat. Martene Coll. II. 725, Bouquet Rec. XV. 850, Migne 200 p. 408. — „Decet fraternitatem tuam".

Febr.Mart. (..) — 11264 (7525) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, mandat, ut in eos, qui in possessionibus et bonis ecclesiae eius, ei aut hominibus eius etiam, violentiam vel iniuriam intulerint, si opportunitatem viderit, ecclesiasticam iustitiam non differat exercere". Haec addit: „Verum de persona regis speciale tibi mandatum non damus, nec tamen ius tibi pontificale, quod in ordinatione et consecratione tua suscepisti, adimimus". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 182, ed. Giles II. 12, Migne 200 p. 413. (Aut mense Febr. exeunte aut Martio ineunte scriptam esse epistolam hanc, probat Reuter II. 591.) — „Quoniam ad omnem".

(.. ..) (..) — 11265 (7526) Omnes episcopos Cantuariensis provinciae de superiore epistola certiores facit. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 183, ed. Giles II. 41, Migne 200 p. 413. — „Quoniam ad omnem".

Mart. 18. — 11266 (7519) Monasterium S. Clementis Piscariense tuendum suscipit et eius bona iuraque confirmat, petente Leonato abbate. Anecdota Ughelliana p. 409, Muratori R. It. SS. II. II. 901, Migne 200 p. 409. — „Religiosis votis".

Apr. 5. — 11267 (7520) Rogero, archiepiscopo Eboracensi, et universis Angliae episcopis praecipit, „ne novo regi coronando, si forte hic casus emerserit, absque Thomae, Cantuariensis archiepiscopi, vel successorum et ecclesiae Cantuariensis conniventia manum apponere praesumant". Wilkins Conc. I. 459, Epist. S. Thomae ed. Giles II. 45, Migne 200 p. 411, (Rymer Foedera I. 25). — „Illius dignitatis et".

„ 8. „ — 11268 (7521) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, et eius successoribus primatum Angliae asserit. (Signa chronologica sunt corrupta.) Wilkins Conc. I. 446, Radulf. de Diceto Imag. Hist. ap. Twysden H. A. SS. I. 546, ed. Stubbs I. 330. — „In apostolicae sedis" „Frater in" „Praedecessorum nostrorum".

„ 16. „ — 11269 (7522) Ecclesiae S. Crucis (Romanae), quae dicitur: in Hierusalem, protectionem suscipit ac possessiones confirmat, petente Ubaldo presbytero cardinali. Cronica canon. ord. p. 56, Pennotti Ord. cleric. canon. hist. ed. Rom. p. 275, ed. Colon. p. 282, Bull. Lat. p. 42. — „Quoties illud a".

24. „ — 11270 (7523) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, „legationem totius Angliae, excepto episcopatu Eboracensi, concedit, ut ibi vice sua vitia exstirpet et virtutes in vinea Domini studeat complantare". (Pro „Datum Anagniae VII. id. Octobr.". quae verba sunt librarii ut videtur vitio apposita, legendum esse: „Dat. Laterani VIII. kal. Maii", docet ea, quae sequitur. epistola. Huic correctioni adsentit Reuter II. 591.) Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 179, ed. Giles II. 10, Mansi XXI. 878, Migne 200 p. 411. — „Sacrosancta Romana".

24. — 11271 (7524) Episcopis, abbatibus, et aliis ecclesiarum praelatis per totam Angliam extra episcopatum Eboracensem constitutis praecipit, ut Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, apostolicae sedis legato constituto, obediant. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 179, ed. Giles II. 80, Migne 200 p. 412: „VIII. kal. Maias", Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 568 et Mansi XXI. 972: „nonas Martii". — „Ex iniuncto nobis".

Mai. 1. „ — 11272 (7528) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut Robertum sacerdotem G(eraldo), episcopo Tornacensi, commendet. Martene Coll. II. 734, Migne 200 p. 415. — „Sicut tua prudentia".

3. — 11273 (7529) (Gilberto) Londinensi et omnibus episcopis Cantiae provinciae praecipit, ut „universos, qui Thomae, archiepiscopi Cantuariensis, clericorum beneficia de mandato regio perceperint, ad eorum integram restitutionem sub anathematis interminatione districtius compellant". Epist. S. Thomae ed. Giles II. 95, ed. Lupus p. 49, Migne 200 p. 415. — „Universis oppressis".

(„) (..) — 11274 (7530) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, respondet, se confirmasse interdicti

1166. *(Ind. 14, pont. a. 7. — 20. Sept. — 8.)*

sententiam ab eo prolatam in Iocelinum, episcopum Sarisberiensem, qui, „licet super hoc ad suam audientiam appellasset et dominicam: Ego sum pastor bonus proximo tunc venturam (8. Maii 1166) appellationi suae terminum praefixisset, eadem instante nec venerit, nec ad sese aliquem transmiserit". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 245. ed. Giles II. 13, Mansi XXI. 880, Migne 200 p. 416. — „Ex litteris tuis".

(Mai.) (Laterani) 11275 (7531) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, scribit, se „concessionem decanatus, per (Iocelinum), episcopum Sarisberiensem, Iohanni de Oxeneford enormiter factam", rescidisse. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 245, ed. Giles II. 13, Migne 200 p. 416. — „Ex rescripto litterarum".

4. „ 11276 (7532) Episcopatus Mutinensis fines ecclesiaeque possessiones ac iura confirmat, bulla ad Henricum episcopum. Tiraboschi Mem. Cod. II. 93, Migne 200 p. 453. cf. Pflugk-Harttung Iter p. 266. — „Sicut iniusta poscentibus".

„ 14. „ 11277 (7533) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut quod (Geraldus) Tornacensis et (Milo) Morinensis episcopi de duabus electis abbatissis Dodoniensibus (Donionensibus dioec. Atrebat.) constituerint, observari iubeat. Martene Coll. II. 735, Migne 200 p. 416. — „Ex litteris fraternitatis".

„ 16. „ 11278 (7534) Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, hortatur, ut cum (Iocelino), episcopo Sarisberiensi, qui „non sponte, sed coacte" videatur peccasse, „mitius agat". Epist. S. Thomae ed. Giles II. 12, (ed. Lupus p. 238), Migne 200 p. 417. — „Perlatum est ad".

„ 16. „ 11279 (7535) Rotrodo, archiepiscopo Rotomagensi, et eius suffraganeis scribit, de malis ab Henrico, Anglorum rege, ecclesiae illatis, qui „illi viro scelerato, perfido, et crudeli, et huius schismatis et erroris magistro, Reginaldo (archiepiscopo Coloniensi) communicans, per suos, quos ad Fredericum, dictum imperatorem, transmiserit, occasionem et materiam praestiterit, quod idem Fredericus inductus sit ad illud detestandum et profanum iuramentum, immo periurium faciendum". Mandat, hortentur regem, ut „Romanam ecclesiam consueta reverentia ac devotione cognoscat, et ecclesias et regni sui ecclesiasticas personas diligat, et Thomam, Cantuariensem archiepiscopum, revocet, iura quoque et bona eius manuteneat et conservet". Epist. S. Thomae ed. Giles II. 53, (ed. Lupus p. 139), Migne 200 p. 417. — „Quanta mala et".

(„) („) 11280 (7536) *(Bertrando), archiepiscopo Burdigalensi, et eius suffraganeis eadem, quae superiore epistola Rotrodo, mandat. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 54, ed. Lupus p. 140. — („Quanta mala et".)

„ 31. „ 11281 (7537) Henrico, episcopo Remensi, mandat, compellat G(alterum), episcopum Laudunensem, ut et R. Belm. canonici matrimonium dirimat, et capellanis Laudunensibus quae abstulerit scripta privilegia apostolica reddat. Martene Coll. II. 737. Mansi XXI. 1075, Migne 200 p. 418. — „Suggestum est nobis".

„ 31. 11282 *Monasterii S. Crucis Burdigalensis tutelam suscipit possessionesque et privilegia confirmat. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12666. (Monasticon Benedictin. IX.) f. 154: in margine appositum est: 1166, ceterae temporis notae haud dubie neglegentia quadam omissae sunt.

Iun. 11. „ 11283 U(rso) abbati et fratribus monasterii Balantiarum (seu Valloriensi) bullam dat. Neues Archiv VII. 98. — „Ea quae".

24. 11284 (7538) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut G., quem post appellationem ad ipsum factam, excommunicaverit, „a curia archiepiscopali, quam in parte suspectam habeat, minime iudicari permittat, sed ipse. (Balduino) Noviomensi episcopo ascito, iudicet". Martene Coll. II. 738, Migne 200 p. 419. — „Ex relatione G."

Iul. 7. 11285 (7539) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, et eius suffraganeis H. et W. comites de Vals., qui bona fratrum ecclesiae Pantun occupaverint, excommunicatos nunciat. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 35, Migne 200 p. 420. — „Quoniam nobiles viri".

„ 20. „ 11286 (7540) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat abbatem et fratres S. Petri de Monte, ut „quidquid ultra sortem de suscepto pignore deductis expensis habuerint" M. Hierosolyma reduci restituant. Martene Coll. II. 739, Migne 200 p. 420. — „Lator praesentium M."

Aug. 1. 11287 (7541) (Willelmo) episcopo Cenomanensi mandat, iudicet inter Philippum, nepotem Henrici, archiepiscopi Remensis, et Arn. clericum, de libris 50 litigantes. Martene Coll. II. 739, Bouquet Rec. XV. 854, Migne 200 p. 421. — „Venerabilis frater noster".

1166. *(Ind. 14. pont. a. 7.—20. Sept. — 8.)*

Aug. 25. Laterani 11288 (7542) Philippi comitis et Elizabethae, filiae comitis Peronae, matrimonium, quod quidam „potius livore invidiae quam amore iustitiae“ impedire conantur, confirmat. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 146. Migne 200 p. 422. — „Quod superna gratia“.

Sept. 7. 11289 I(ohanni) episcopo Pictaviensi scribit de priore ecclesiae S. Radegundis praefecto. Parthenonem S. Crucis in ea semper dominationem obtinere iubet. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12755. f. 464. — „Notum facimus dilectioni“.

c. Sept. (..) 11290 (7527) Cisterciensem et Pontiniacensem abbates et universos fratres ordinis Cisterciensis hortatur, ne Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, „a Pontiniacensi monasterio removeri“ patiantur. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 123. ed. Giles II. 210, Migne 200 p. 414. (Capitulum Cisterciense die 14. Sept. inchoabat.) — „Licet vos eam“.

Oct. 11. 11291 Monasterii SS. Felicis et Fortunati Vincensis possessiones et iura confirmat, petente Arnulpho abbate. Pflugk-Harttung Iter p. 266. — „Religiosam vitam“.

19. 11292 (7543) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur abbatem et monachos S. Remigii, ut recipiant Balduinum, qui „cum in quodam monasterio Teutonici regni habitum monasticum suscepisset, ibi propter schismaticorum perfidiam remanere non audeat“. Martene Coll. II. 740. Migne 200 p. 422. — „Lator praesentium Balduinus“.

Nov. 4. 11293 Canonicorum ecclesiae Caesenatis privilegia ab episcopis concessa confirmat. Zaccaria Ser. episc. Caesen. p. 35. — „Iustis petentium desideriis“.

9. 11294 (7544) Henrico, archiepiscopo Remensi, L. priorem S. Remigii commendat. Martene Coll. II. 741. Migne 200 p. 422. — „Quos honestate morum“.

11. 11295 (7545) Monasterium Pontiniacense tuendum suscipit, eiusque bona ac iura confirmat, petente Garino abbate. Martene Thes. III. 1235. Migne 200 p. 423. — „Regularem vitam eligentibus“.

„ 13. 11296 Monasterio Carrofensi asserit ecclesias quasdam a C(alone) quondam episcopo Pictaviensi in praesentia Petri, abbatis Cellensis, resignatas. (Fragmentum.) In bibl. nat. Paris. ms. lat. 18379. (Dom Fonteneau IV.) f. 51.

„ 29. 11297 Sororibus S. Mariae Burburgensibus indulget, ut „nulli episcopo, in cuius episcopatu ecclesias possideant, liceat, abbatissam ad synodum ex debito vel ex distractione vocare, nisi fuerit diocesanus episcopus vel metropolitanus“. In bibl. nat. Paris. Chartul. Broburg. ms. lat. 9921 sec. livre f. 15b, ms. lat. 9126. f. 203. — „Inhonestis et pravis“.

30. 11298 Parthenonis S. Mariae Burburgensis tutelam suscipit, ac possessiones confirmat, petente Claricia abbatissa. Decimas a sororibus exigi vetat. Ibid. ms. lat. 9921. fol. 7b, ms. lat. 9126. f. 199b. — „Piae postulatio voluntatis“.

Dec. 1. 11299 (7546) Episcopis Angliae, qui „propter gravamina, quae (Thomas), archiepiscopus Cantuariensis, Henrico Anglorum regi, ipsis quoque episcopis et regno intulisset, ad suam audientiam appellaverint et proximam adscensionis dominicam (21. Maii 1167) appellationi terminum praefixerint“, significat, se, „utriusque partis laboribus et expensis parcere cupientem, personas de latere suo ad eiusdem regis terram duxisse destinandas cum plenitudine potestatis causam istam et alias, quas expedire cognoverint, audiendi et canonice terminandi“. Haec addit: „Interim autem, si aliquam de personis, quas archiepiscopus excommunicationis sententia innodavit, metu mortis laborare contigerit, eundem ab aliquo vestrum, accepto iuramento, quod nostro super hoc, si convaluerit, debeat parere mandato, vel ab alio religioso et discreto viro absolvi concedimus“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 311, ed. Giles II. 77, Migne 200 p. 425. — „Ad aures nostras“.

„ 9. 11300 Sententiam inter Clariciam, abbatissam Burburgensem, et militem quendem de Graveninga super terra quadam a B(alduino), episcopo Noviomensi, latam confirmat. Chartul. Broburg. ms. lat. 9921 sec. livre f. 14b in bibl. nat. Paris. — „Ex tenore litterarum“.

11. 11301 Iohanni, archiepiscopo Toletano, primatum per regna Hispaniae confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 266. — „Sacrosancte Romane“.

„ 20. 11302 (7547) H(enrico), Anglorum regi, respondet, se, ut per Iohannem Cumin et magistrum Radulfum de Tamewrd rogaverit, mense Ianuario legatos missurum, qui „causas, quae inter eum et T(homam) Cantuariensem archiepiscopum vertantur, et illam, quae inter eundem archiepiscopum et episcopos regni super appellatione ad

1166. *(Ind. 14, pont. a. 7. — 20. Sept. — 7.)*

ipsum facta moveatur, iudicent". Nunciat, se archiepiscopo interdixisse, ne eum neve regnum turbet, „donec causae illae debitum sortiantur effectum"; „verum" inquit „si idem archiepiscopus in te interim aliquam sententiam tulerit, nos eam irritam esse censemus; ad indicium huius rei. litteras praesentes, si articulus ingruerit necessitatis, ostendas; alioquin rogamus, ut litteras ipsas. aut earum tenorem a nullo sciri permittas, sed eas habeas omnino secretas". Epist. S. Thomae ed. Giles II. 136, Rymer Foedera I. 25, Migne 200 p. 426. (Mansi XXI. 891). — „Magnificentiae tuae nuncios".

(Dec.) (Laterani) 11303 (7548) Thomae. archiepiscopo Cantuariensi, significat, se „receptis litteris et nunciis Henrici (Anglorum) regis. eum per litteras et nuncium suum iterum commonere proposuisse, ut eum sibi reconciliet". Hortatur, ut regem „quousque huius rei finem videat. patienter sustineat, nec contra ipsum, nec contra quoslibet regni aliquid statuat". „Postremo" inquit „nec tibi deerit auctoritas, si aliter revocari non poterit. tuum libere officium exercere; volumus autem, ut hoc habeas penes te secretum". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 84. ed. Giles II. 8. Migne 200 p. 427. — „Receptis litteris et".

11304 (7549) Waldemarum. Danorum regem, hortatur. ut fratres ordinis Cisterciensis, in monasterio Wengensi a Suenone, electo Arusiensi, collocatos, tueatur. Monet, ut in devotione b. Petri perseveret et Eskillum. archiepiscopum Lundensem, apostolicae sedis legatum „ad ecclesiam suam devote et honorifice revocet". Langebek SS. R. Dan. V. 238. Migne 200 p. 428. — „Cum audimus. te".

11305 (7550) Absaloni Roschildensi. Tuconi Burglanensi episcopis, et Radulpho Ripensi ac Suenoni Arusiensi electis mandat. hortentur Waldemarum regem, ut et monasterio Wengensi faveat, et Eskillum, archiepiscopum Lundensem, „ad ecclesiam propriam revocet". Langebek SS. R. Dan. V. 239. Migne 200 p. 429. — „Ex litteris vestris".

1166?

11306 (7551) Gilbertum, episcopum Londinensem, hortatur, ut „talem se de cetero exhibeat, quod nulli ad ipsum sinistri referantur rumores et iustitia ecclesiastica non possit occasione eius quomodolibet deperire". Mandat, ut quae (Hilarius) Cicestriensis, et (Rogerus) Wigorniensis episcopi de ecclesia Hardentonensi statuerint, observanda curet, et „denarium b. Petri, qui sibi de Anglia debeatur, ad abbatem S. Bertini sub certo pondere et numero transmittat". Scribit, Bartholomaeum, episcopum Exoniensem, sibi significasse, se ei denarium de episcopatu suo numerasse; „unde miramur" inquit „quod eum non habuimus". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 117, ed. Giles II. 100, Migne 200 p. 430. — „Saepe nobis a".

11307 (7552) Archiepiscopo Bituricensi respondet de „causis matrimoniorum". App. conc. Lat. L. 2. — „Relatum est et".

11308 (7553) (Archi)episcopo Strigoniensi respondet, ne simoniace impetratum pallium putet, propterea quod „cum Petrus tit. S. Laurentii in Damaso presbyter cardinalis, tunc vero S. Eustachii diaconus et apostolicae sedis legatus, ut pallium deferret, ad partes illas accederet, Alanus frater eius eidem cardinali equum unum transmiserit". App. conc. Lat. L. 1, Comp. I. L. 5. t. 2. c. 20, Decr. Greg. L. V. t. 3. c. 18. — „Etsi quaestiones tuas".

1159—1167.

11309 *Bullis ad Bettonem, abbatem S. Bavonis Gandavensis, „confirmat 24 altaria cum decimis et appendiciis in personatu S. Bavonis existentia et cum toto claustro praedicti coenobii". Thielrode-Chron. de St.-Bav. à Gand p. 23.

1166—1167.

Ian. 5. Laterani 11310 Ecclesiae Vadi-Ulmi possessiones et privilegia quaedam confirmat, petente Iohanne priore. Ex chartul. S. Evurtii p. 532, ms. lat. 10089 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle; in eiusdem bibl. Coll. Baluze t. 78. f. 75. — „Iustis petentium desideriis".

„ 18. 11311 (Hugoni) archiepiscopo Ianuensi mandat, commoneat consules eiusdem civitatis. ut Sardiniam insulam a Pisanorum impugnatione defendant, „ne in alterius (sc. Friderici imperatoris) dominium minime possit transferri", sed in fidelitate sedis apostolicae conservari. (Annum 1166 praefert Dove De Sard. insula p. 111.) Hist. Patr. Mon. Cod. dipl. Sard. I. 223. — „Statum et continentiam".

1166—1167.

Ian. 26. Laterani 11312 (7554) Iohanni, episcopo Magalonensi, mandat, ut „si correctio canonicorum ad capitulum pertineat, capitulum moneat, ut excessus infra triennium (lege: terminum) ab eo praefigendum corrigat; et alioquin ex tunc ipsos corrigere non postponat". (Aliena manu additum est: „pont. nostri a. 2°). Gariel Ser. I. 205. Migne 200 p. 431. — „Tua nobis fraternitas".

26. 11313 (7555) (Iohanni), episcopo Magalonensi, permittit, ut de canonicis ecclesiae Magalonensis ordinis S. Augustini, qui „non solum infra, verum etiam extra dioecesim, non obtenta licentia nec petita, evagent", poenas capiat. (Aliena manus ascripsit: „pontificatus nostri a. 2°.) Gariel Ser. I. 204. Migne 200 p. 431. — „Cum sicut exposita".

31. 11314 (7556) Bertrandum, archiepiscopum Burdigalensem, apostolicae sedis legatum, laudat, quod sententiam a Bertrando, abbate S. Crucis, in S. Macharii monachos „ob inobedientiam et rebellionem" promulgatam, comprobaverit. Gall. Chr. II. 817. Bouquet Rec. XV. 850. Migne 200 p. 432. — „Sicut ex tuarum".

Febr. 3. 11315 Cappellanorum Laudunensium libertatem, a (Galtero) episcopo impugnatam, corroborat. Autographum in Coll. Grenier t. 286. nr. 3 in bibl. nat. Paris. — „Cum Senonis olim".

10. 11316 (7557) Abbatem et fratres S. Remigii Remensis iam iterum hortatur, ut Willelmum, salva ordinis disciplina, recipiant et benigne tractent. Martene Coll. II. 723. Migne 200 p. 433. — „Pro Will(elmo) latore".

15. 11317 (7558) (Iohanni), episcopo Magalonensi, concedit, ut canonici ecclesiae Magalonensis ordinis S. Augustini „personatus, prioratus et administrationes, quas obtineant, in quibus non sint per electionem capituli instituti, saltem semel in anno in praesentia eius et capituli exhibere teneantur, et super his villicationis suae reddere rationem". (Perperam additum est „Pont. nostri a. 2°.) Gariel Ser. I. 203. Migne 200 p. 433. — „Ex insinuatione tua".

18. 11318 (7559) Stephano, episcopo Meldensi, permittit, „ut, si quando monasterium aliquod eius iurisdictionis vacare contigerit, nec fratres vel sorores in personam potuerint idoneam concordare, fas ei sit, personam illam in abbatem vel abbatissam confirmare, in quam maiorem et saniorem partem capituli noverit convenire". Theodori Poenitentiale II. 611. Migne 200 p. 434. — „Pro dissensione fratrum".

20. 11319 (7560) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter canonicos Roicenses et Robertum presbyterum, qui se queratur ab illis librarum 30 damno affectum esse. Martene Coll. II. 724. Migne 200 p. 434. — „Significat nobis Robertus".

20. 11320 (7561) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Roberti sacerdotis et canonicorum Roicensium de libris 88 controversiam discernat. Martene Coll. II. 724. Migne 200 p. 435. — „Lator praesentium Robertus".

27. 11321 I(ohannis) episcopi Gratianopolitani feodum sine licentia eius „donari, vendi, pignorari, obligari, vel in aliquam personam religiosam vel pium locum conferri" vetat. Chevalier Cartul. d'Aimoin de Chissé p. 60. — „Si quando postulatur".

Mart. 1. 11322 (7562) Abbati et fratribus Cluniacensibus significat, electionem Raimundi, abbatis S. Benedicti Padilironensis, „propter itineris difficultatem et schismaticorum saevientium feritatem" ab Hdebrando, presbytero card. basilicae XII apostolorum, aliisque confirmatam, a sese roboratam esse, salvis iuribus Cluniacensibus. Bull. Clun. p. 72. Migne 200 p. 435. — „Venerabilis frater noster".

11323 (7563) Abbati S. Remigii Remensis mandat, ut iudicet inter abbatem S. Iohannis de Vineis et eum, quem deiecerit, presbyterum. Martene Coll. II. 725, Migne 200 p. 436. — „Ex transmissa conquestione".

6. 11324 (7564) Henrico, archiepiscopo Remensi, et eius suffraganeis mandat, ut Drogonem „illum schismaticum, Lugdunensis ecclesiae violentum et improbum occupatorem" excommunicent. Guichardum, archiepiscopum Lugdunensem, commendat. Martene Coll. II. 726, Bouquet Rec. XV. 851. Migne 200 p. 437. — „Quam graviter et".

10. 11325 (7965) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut homines quosdam a (Guidone) episcopo Catalaunensi inique excommunicatos absolvat. Martene Coll. II. 727. Migne 200 p. 438. — „Suggestum nobis est".

13. 11326 (7566) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut controversiam Hugonis clerici et Heseelini clerici de Guisera, nisi M(ilo) episcopus Morinensis diseeptaverit, ipse

1166—1167.

intra dies 40 diiudicet. Martene Coll. II. 728, Migne 200 p. 138. „Ex relatione Hugonis".

Mart. 11. Laterani 11327 (7567) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat G(alterum), episcopum Laudunensem, ut Iohannem, nepotem cantoris Dunensis, de praebenda quadam investiat. Martene Coll. II. 728, Migne 200 p. 439. — „Quoniam frater noster".

11. 11328 (7568) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut cantori Dunensi „locum suum, quem in Atrebatensi ecclesia habuerit", restituat. Martene Coll. II. 729, Migne 200 p. 440. — „Cum discretio tua".

16. 11329 (7569) Decano et canonicis ecclesiae Catalaunensis praecipit, ut „clericos omnes, qui in episcopatu aliis legere voluerint et eos scholasticis instruere disciplinis, id libere et sine omni contradictione efficere permittant". Martene Coll. II. 730, Bouquet Rec. XV. 851, Migne 200 p. 440. „Pervenit ad nos, quod".

Apr. 18. 11330 (7570) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, commoneat canonicos ecclesiae S. Crucis, ut Galterio diacono „praebendam sum non differant integrare". Martene Coll. II. 731, Migne 200 p. 442. — „Veniens ad apostolicae".

19. 11331 (7571) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur Badar. militem et Nicolaum et Adamum, ut G. huius epistolae latori oppigneratam haereditatem maternam, recepta sorte, restituant. Martene Coll. II. 732, Migne 200 p. 442. — „Significavit nobis G."

29. 11332 (7572) Henrico, archiepiscopo Remensi, nunciat, relatum sibi esse, comitem Tolosanum, precibus et promissionibus Friderici imperatoris adductum, „disposuisse, quod omnes personas ecclesiasticas in terra sibi subiecta morantes, de regno etiam Ludovici Francorum regis, aut idolum adorare compelleret, aut proprias sedes relinquere et exsilium cogeret sustinere". Admoneri regem iubet, ut comitem ab hoc conatu avocet, et (Iohannem) expulsum episcopum Gratianopolitanum restituat. Martene Coll. II. 732, Bouquet Rec. XV. 852, Migne 200 p. 442. — „Quorumdam nobis relatione".

Mai. 7. 11333 Episcopis et abbatibus. Sic ap. Pflugk-Harttung Iter p. 267. — „Ex iniuncto".

„ 11. 11334 (7573) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut canonicos S. Petri Braguensis et priorem monasterii de Novici subire iudicium (Galteri), episcopi Laudunensis, iubeat. Martene Coll. II. 735, Migne 200 p. 444. — „Causam, quae inter".

„ 15. 11335 (7574) Canonicis Pisanis mandat, ut B(enincasam, cf. ep. 11550) quondam canonicum, excommunicatum schismatis defensorem, vitent, sed tamen recipiant, si ad virtutem redierit. Ughelli It. sacr. III. 403, Migne 200 p. 445. — „Iniqua et detestanda".

26. 11336 (7575) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Aneh. de Waiseiaco et Guiterum de Amboni-villa, et Manassem ac Teob., ut Iob. latori huius epistolae ablata restituant. Martene Coll. II. 736, Migne 200 p. 115. — „Ex conquestione Iob."

28. 11337 (7576) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter G. civem Remensem et Simonem Deauratum super pecunia quadam litigantes. Martene Coll. II. 736, Migne 200 p. 446. — „Ex transmissa nobis".

11338 (7577) Electo Gaiacensi (Gaetano) mandat, ut de Petro Manconella presbytero iudicium faciat. (Ex registri libro VIII.) App. conc. Lat. L. 14. Comp. I. L. 5. t. 1. c. 12, Decr. Greg. L. V. t. 1. c. 10 et t. 34. c. 7. — „Cum Petrus" „Cum P. Manconella".

11339 (7578) Episcopo Norwicensi significat, se R. clericum itineris Hierosolymitani voto solvisse. (Ex registri libro VIII.) App. conc. Lat. L. 15. Coll. Cass. XXXIX. 3, Comp. I. L. 3. t. 29. c. 2, Decr. Greg. L. III. t. 34. c. 2. — „Venientis ad nos".

1167. *(Ind. 15. — 25. Sept. — 1, pont. a. 8. — 20. Sept. 9.)*

Ian. 5. Laterani 11340 (7582) Ecclesiam S. Salvatoris Venetam tuendam suscipit, eiusque privilegia confirmat, petente Viviano priore. Cornelii Ecel. Ven. XIV. 97, Migne 200 p. 449. — „Ad hoc universalis".

Mart. 17. 11341 (7583) Monasterii S. Savini protectionem suscipit ac possessiones confirmat, petente Deusdedit electo abbate. Gall. Christ. I. Instr. p. 193. Migne 200 p. 451. (Bulla integra exstat in bibl. nat. Paris. ms. lat. 12695. f. 315). — „Quotiens illud a".

1167. *(Ind. 15. — 25. Sept. — 1, pont. a. 8. — 20. Sept. — 9.)*

Mart. 17. Laterani 11342 (7584) Henrico, archiepiscopo Remensi, significat, se „in Urbe magnifice satis hucusque existere“. Hortatur, „sibi celerius studeat et efficacius subvenire, . . . ut inimicis ecclesiae viriliter possit resistere et ecclesiam pristina libertate donare; quod nulla ratione opportunius effici posse, quam si Urbem in fidelitate b. Petri ac sua servare et contra voluntatem inimicorum ibidem poterit permanere“. Rostram fratrem mittit. Martene Coll. II. 731, Bouquet Rec. XV. 852, Migne 200 p. 441. — „A memoria nostra“.

(„) („) 11343 (7579) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, significat, Wilhelmum tit. S. Petri ad vincula presbyterum et Ottonem S. Nicolai in carcere Tulliano diaconum cardinalem ad Henricum, Anglorum regem, missos esse, „ut legatione in terra regis cismarina fungantur et specialiter inter eum et regem concordiam et pacem reforment“. Hortatur, ut „si ei non omnia secundum beneplacitum succedant, ad praesens dissimulet“, neve „pro verbo, quod ipse (Ludovico) Francorum regi secundum petitionem eius significet, se a pacis et concordiae [illegible]mo quodammodo retardet“. Mandat, moneat comitem Flandrensem, ut ipsi „in aliquo liberaliter studeat subvenire“. (Quo mense scriptae sint haec et duae, quae sequuntur, epistolae, demonstrat Reuter II. 606.) Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 309, ed. Giles II. 15, Mansi XXI. 882, Migne 200 p. 446. — „Quod personam tuam“.

(„) („) 11344 (7580) Henrico, Anglorum regi, commendat Wilhelmum et Ottonem cardinales „cum plenitudine potestatis causas in aliis litteris expressas, et alias, quas expedire videatur, cognoscendi, in terram regis cismarinam legatos destinatos, quibus vices suas in omnibus ita plene commiserit exsequendas, sicut illis vel aliis apostolicae sedis ecclesia Romana committere consueverit“. (Hanc adduntur: „Hoc vero transscriptum nulli mortalium reveles, nisi soli magistro Gunterio, quia fidem meam super hoc magistro Galterio ita stricte, ut voluit, dedi“; quae verba Alexandro auctori non debentur, sed ab alieno quodam, qui epistolam in Thomae Cantuariensis usum occulte descripsit, addita sunt.) Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 310, ed. Giles II. 117, Mansi XXI. 883, Migne 200 p. 447. — „Magnificentiae tuae petitionibus“.

(„) („) 11345 (7581) Ludovico, Francorum regi, de honoribus Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, tributis gratias agit. Pacis inter eundem et Henricum Anglorum regem componendae causa Willelmum et Oddonem cardinales missos nunciat, qui in Henrici regis „terra cismarina causas emergentes audiant et cognoscant et ibidem apostolicae sedis legatione fungantur“. Pax illa si non convenerit, „nobis“ inquit „omnimodis complaceret, quodsi absque scandalo personarum regni tui fieri posset, ut nos Thomam archiepiscopum specialis honoris praerogativa inter ceteros donaremus et sibi vices nostras committeremus in illis partibus (Galliae) exsequendas“. Qua de re quid ei videatur, audire cupit. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 378, ed. Giles II. 139, Mansi XXI. 883, Migne 200 p. 448. — „Inter caetera magnificentiae“.

Apr. 22. 11346 (7586) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, significat, se (Henrico) Wintoniensi et (Rogero) Wigorniensi episcopis mandasse, ut Hugonem comitem absolvant, sed si absolutus intra dies 40 et canonicis de Pantancia et episcopis non restituerit ablata, iterum excommunicent. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 23, ed. Lupus p. 521, Migne 200 p. 452. — „Ad tuae discretionis“.

„ 30. 11347 (7587) Henrico, archiepiscopo Remensi, praecipit, ut quem „post appellationem et specialem prohibitionem ex parte sua factam“ episcopum Tornacensem consecraverit, „ab officio pontificali faciat omnino cessare, donec ipse et qui eum elegerint, ad sese accedant“. Martene Coll. II. 733, Bouquet Rec. XV. 853, Migne 200 p. 443. — „Cum sincerissimae“.

Mai. 7. 11348 (7588) Willelmo (tit. S. Petri ad vincula presbytero) et Ottoni (S. Nicolai in carcere Tulliano diacono) cardinalibus scribit, post eorum discessum se audiisse, a Iohanne, decano Sarisberiensi, evulgatum esse, „quod ipse, cum episcopos et alias personas ecclesiasticas et saeculares de regno Anglorum a iurisdictione et potestate Thomae Cantuariensis archiepiscopi, exemerit, iuxta beneplacitum regis et condemnationem (Thomae) intenderet“; quapropter archiepiscopum et Ludovicum, Francorum regem, vehementer commotos esse. Mandat, ut archiepiscopum per litteras consolentur, pacemque inter eum et regem „componere omnimodis intendant, ita quod Thomae et ecclesiae eius antiqua iura et libertates integre et illibate servent; neve

1167. *(Ind. 15. — 25. Sept. — 1, pont. a. 8. — 20. Sept. — 9.)*

in terra regis aliquid, quod magnum sit, faciant, et in regnum eius nulla ratione intrent, nisi archiepiscopus illi primitus integre reconcilietur". Iohannem de Cumin, qui „omnia rescripta litterarum suarum Guidoni Cremensi monstraverit et illi secreta sua detexerit", puniri iubet. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 338, Epist. Gilberti Foliot ed. Giles II. 54, Mansi XXI. 885, Migne 200 p. 455. — „Post discessum vestrum".

Mai.	10.	Laterani	11349 Parthenonis S. Mariae Santonensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Agnete abbatissa. Grasillier Cart. inéd. de la Saintonge II. 19. — „Cum omnium ecclesiarum".
„	31.	Romae ap. S. Mariam novam	11350 (7589) Raimundo, episcopo Brixiano, et eius successoribus asserit ius ad dextram archiepiscopi Mediolanensis in synodis sedendi. Ughelli It. sacr. IV. 544, Migne 200 p. 456. — „Ex transmissa".
Iun.	1.	„	11351 (7590) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter abbatem S. Remigii et Si. mulierem. Martene Coll. II. 741, Migne 200 p. 456. — „Causam, quae inter".
„	13.	„	11352 (7591) Galdino, archiepiscopo Mediolanensi, mandat, tollat privilegia quaedam a Robaldo, quondam archiepiscopo, canonicis Modoetiensibus in iniuriam parthenonis Cremellensis concessa. Giulini Mem. di Mil. VI. 535, Migne 200 p. 456. — „Suggestum est".
„	17.	„	11353 (7592) (Rogero), archiepiscopo Eboracensi, mandat, ut ab Henrico, Anglorum rege, „requisitus, coronam Henrico, primogenito filio eius, imponat". („Dat. R. can. apud S. Mariam novam XV. kal. Iulii".) Coll. Cass. LV. 4, (Epist. S. Thomae ed. Giles II. 45, Migne 200 p. 457. Cf. Reuter II. 683). — „Quanto per carissimum".
„	27.	„	11354 (7593) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, O. Rufum nisi (Guido) episcopus Catalaunensis compulerit, ipse cogat, ut Ersendi mulieri solidos 100 persolvat. Pag. sacerdotem et Guillelmum burgensem adigat ad explenda damna eidem mulieri illata. Martene Coll. II. 741, Migne 200 p. 457. — „Super negligentia".
„	28.	„	11355 Iohanni, episcopo Vicentino, litem inter cruciarios Vicentinos et abbatissam S. Petri diiudicandam committit. Ex Istoria di Vicenza f. 255 in Musei Britann. ms. addit. 8602. Dedit Karolus Pertz.
„	28.	„	11356 (7594) Henrico, archiepiscopo Remensi, scribit, litteras de Hersende muliere a sese per Milonem clericum olim missas nequaquam fucosas esse. Hortatur, ne Eustachio et Theobaldo, nisi mulieri illi satisfecerint, communionem reddat. Martene Coll. II. 742, Migne 200 p. 458. — „Ex narratione Milonis".
Iul.	1.	„	11357 (7595) Henrico, archiepiscopo Remensi, significat, „Urbem ex insciția et inertia populi adversa sorte fuisse ab inimicis in parte depressam, in quo nimirum ecclesiae status non potuerit non gravari". „Veruntamen multo minus" inquit „quam fama feratur, damnum sustinuit, sicut ex relatione I. et P. clericorum (Iosci) Turonensis archiepiscopi et (Guillelmi) Carnotensis electi plene cognosces". Martene Coll. II. 743, Bouquet Rec. XV. 854, Migne 200 p. 459. — „Dum illam sincerissimam".
„	10.	„	11358 Guarino abbati et fratribus Pontiniacensibus asserit ecclesiam Dalonensem, a canonicis eius, assensu episcopi Lemovicensis, sponte concessam. Henry Hist. de l'abb. de Pontigny p. 336. — „Iustis petentium desideriis".
„		in Cartularia	custoditur ab Oddone Frangipane. Marangonis Chron. Pisan. 1168 in Arch. stor. Ital. VI. II. 49, in MG. SS. XIX. 256; Cf. Romoaldi Salern. Annal. in MG. SS. XIX. 436.
Iul.	Aug.	ad radicem	montis Circcii. Vide Bosonis card. Vitam Alexandri ap. Watterich II. 407.
„	„	Legulae	fluvium transit. Vide Bosonis card. Vitam Alexandri p. 407.
„	„	Terracinae	Vide Bosonis card. Vitam Alexandri p. 407.
„	„	Caietae	Vide Bosonis card. Vitam Alexandri p. 407, Romoald. Salern. Annal. l. l.
Aug.	22.	Beneventi	11359 (7596) Wilhelmo S. Petri ad vincula presbytero et Ottoni S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinalibus, apostolicae sedis legatis, mandat, ut inter Ludovicum Francorum et Henricum, Anglorum regem, pacem componant; sed interdicit, „ne uterque eorum vel alter regnum Anglorum intrare vel in negotiis eiusdem regni tractare et praesertim de consecrationibus episcoporum aliquid unquam efficere, vel ordinare praesumat, nisi prius Thomas, Cantuariensis archiepiscopus, Anglorum regi ex integro reconcilietur". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 364, Epist. Gilberti Foliot ed. Giles II. 57, Mansi XXI. 884 (et 1049), Migne 200 p. 460. — „Quanta universae Dei".

1167. *(Ind. 15. — 25. Sept. — I, pont. a. 8. — 20. Sept. — 9.)*

(Aug.) (Beneventi) 11360 (7597) Wilhelmo tit. S. Petri ad vincula presbytero et Ottoni S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinalibus. apostolicae sedis legatis, mandat, ut. quos Thomas, archiepiscopus Cantuariensis, excommunicaverit, si absoluti possessiones ecclesiae Cantuariensis non restituerint, eos „omni dilatione et appellatione cessante, in priorem excommunicationis sententiam reducant". Epist. Gilberti Foliot ed. Giles II. 56, Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 468, Mansi XXI. 887, Migne 200 p. 460. — „Suggestum est nobis".

„ 31. „ 11561 (7598) Alberto, presbytero cardinali tit. S. Laurentii in Lucina, legato apostolico, significat, se ex eius consilio de „liberando (Gnoffridi) filio Bon(umiri) de Siponto" litteras ad Lampridium, archiepiscopum Iaderensem, dedisse. Archiepiscopatum Spalatinum ei oblatum accipi vetat. Farlati Ill. sacr. III. 188, Mon. Hung. hist. I. xi. 108, Migne 200 p. 461. — „Litteras devotionis".

Sept. 10. „ 11362 Ecclesiam S. Leonardi in Lamavolari tuendam suscipit, eiusque possessiones ac iura confirmat, petente Richardo priore. Pflugk-Harttung Iter p. 267. — „Religiosis votis".

Nov. 24. „ 11363 (7599) Henrico. abbati Biburgensi, praecipit, ut abbatiam S. Petri Salzburgensem, a Conrado archiepiscopo monachisque oblatam, suscipiat. Nov. chron. mon. S. Petri Salisb. p. 241, Pez Thes. anecd. VI. i. 394. — „Dilecti filii nostri".

„ 24. 11364 (7600) Monachis Biburgensibus praecipit, ut Heinricum abbatem monasterio S. Petri Salzburgensi concedant. Nov. chron. mon. S. Petri Salisb. p. 241, Pez Thes. anecd. VI. i. 394. — „Dilecti filii nostri".

Dec. 26. „ 11365 (7675) Universis ecclesiasticis in terra ducis Welfonis, quae in Augustensi terra sita est, constitutis petente duce permittit, ut quamdiu in unitate catholica perstiterint et Augustensis dictus episcopus (Conradus) ecclesiam tenuerit, „ordinationes et consecrationes ecclesiarum et cetera ecclesiastica sacramenta a quocumque voluerint catholico episcopo suscipiant". (Contra Conradum schismaticum directam esse hanc epistolam, probat Adler Herzog Welf VI. und sein Sohn p. 123, cf. Forsch. z. d. Gesch. XXII. 671: minime vero concedendum est, eam a. 1161 tribuendam et pro „VII. kal. Ian." legendum esse „VII. kal. Iun.". Equidem potius puto, epistolam d. 26. Dec. a. 1167 scriptam esse, dum missi Welfonis ducis mortem episcopi, d. 22. Nov. huius anni defuncti, ignorantes Beneventi morabantur.) Mon. Boic. VI. 488, Migne 200 p. 525. — „Et communi fama".

„ 29. „ 11366 (7601) Ecclesiam Ragusinam tuendam suscipit eiusque possessiones confirmat, petente Tribuno archiepiscopo. Farlati Ill. sacr. VI. 80, Mon. Hung. hist. I. xi. 109, Migne 200 p. 462. — „In eminenti".

„ 29. 11367 (7602) Pullatensem, (Petrum) Suaciensem, (Martinum) Drivastensem episcopos iubet Tribuno, archiepiscopo Ragusino, obtemperare; alioquin eos dignitatibus privatum iri ostendit. Farlati Ill. sacr. VI. 81, Mon. Hung. hist. I. xi. 110, Migne 200 p. 462. — „Si quanta sit".

29. 11368 (7603) Clericis Dulchiniensis et Antibarensis episcopatuum praecipit, ne episcopis. a T(ribuno) archiepiscopo Ragusino excommunicatis, obtemperent. Farlati Ill. sacr. VI. 81, Mon. Hung. hist. I. xi. 111, Migne 200 p. 463. — „Sicut ex".

11369 (7605) Hugonem, archiepiscopum Senonensem, reprehendit, quod „absque conscientia et mandato suo (Alani) episcopi Altissiodorensis abrenunciationem receperit". Concedit tamen, ut W(illelmum) in eius locum conseeret. Coll. Lips. XXXI. 2, Coll. Cass. XL. 2, Coll. Bamb. XXX. 2, Comp. I. L. 1. t. 5. c. 1, Bouquet Rec. XV. 854, Mansi XXI. 1083, Migne 200 p. 466. — „Quanta importunitate" „Quanta opportunitate".

11370 (7606) Henricum, archiepiscopum Remensem, vituperat, „quod canonicos suos dure nimis et graviter tractet et ad eorum gravamen Francorum regem, fratrem suum, provocaverit, in hoc minus, quam eum decuerit, libertati ecclesiasticae providens". Martene Coll. II. 934, Marlot Metr. Rem. II. 393, Bouquet Rec. XV. 855, Migne 200 p. 466. — „Quanto maiori dignitate".

11371 (7607) Ludovicum, Francorum regem, hortatur, ut canonicis ecclesiae Remensis et gratiam suam et ereptas possessiones reddat. Martene Coll. II. 935, Marlot Metr. Metr. Rem. II. 393. Bouquet Rec. XV. 856, Migne 200 p. 467. — „Inter alia pietatis".

1167. *(Ind. 15. — 25. Sept. — 1, pont. a. 8. 20. Sept. — 9.)*

11372 Philippum, comitem Flandrensem hortatur, ut monasterio S. Vedasti ablatas b. Iacobi reliquias restituat. Guimann Cart. de St.-Vaast d'Arras p. 133. Revue des soc. sav. V. sér. VII. 543. — „Quanto maiori potentia".

11373 Roberto, Ariensis ecclesiae praeposito, mandat, compellat (Philippum), Flandriae comitem, ut reliquias b. Iacobi ablatas monasterio S. Vedasti restituat. Guiman Cart. de St.-Vaast d'Arras p. 134, Revue des soc. sav. V. sér. VII. 543. — „Quoniam dilectum filium".

11374 Philippum, comitem Flandrensem, monet, ut sine mora S. Vedasti monasterio ablatum b. Iacobi caput aliasque reliquias restituat. Guimann Cart. de St.-Vaast d'Arras p. 135, Revue des soc. sav. V. sér. VII. 543. — „Quanto personam tuam".

11375 Roberto, praeposito Ariensi, mandat, compellat Philippum, comitem Flandrensem, ut monasterio S. Vedasti ablatas b. Iacobi reliquias restituat. Guimann Cart. de S.-Vaast d'Arras p. 136, Revue des soc. sav. V. sér. VII. 544. — „Quanto tua devotio".

1168. *(Ind. 1, pont. a. 9. — 20. Sept. — 10, 1167. — 25. Mart. — 1168.)*

Ian. 3. | Beneventi | 11376 (7608) „Abbatibus et ceteris Latinis, tam clericis quam laicis" Dyrrhachiensibus commendat T(ribunum), archiepiscopum Ragusinum, legatum ad eos missum, propterea quod cardinales, ad imperatorem Constantinopolitanum euntes, non diu morari apud eos possint. Praecipit, ut Antibarensis et Dulchiniensis episcoporum excommunicatorum aditum defugiant. Farlati Ill. sacr. VI. 81, Migne 200 p. 468. — „Ne cura".

„ 14. | „ | 11377 Monasterii omnium sanctorum, in loco Cuti in suburbio Barensi siti, possessiones et iura confirmat, petente Nicolao abbate. Pflugk-Harttung Iter p. 267. — „Religiosis desideriis".

„ 23. | | 11378 Monasterii S. Nicolai de Pratis (Ribomontensis) tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Ricardo abbate. Stein Cart. de St. Nicol. des Prés sous Ribem. p. 85. — „Religiosis desideriis dignum".

Febr. 8. | „ | 11379 (7609) Ecclesiae Hierosolymitanae possessiones et privilegia, petente Amalrico patriarcha, confirmat. Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 319, Migne 200 p. 469. — „Beneficia, quae in".

„ 11. | | 11380 (7816) Henrico, archiepiscopo Remensi, et Hugoni, episcopo Suessionensi, mandat, ut Ludovico regi Francorum et Henrico Anglorum pacem concordiamque assidue suadeant. Martene Coll. II. 783, Bouquet Rec. XV. 858, Migne 200 p. 630. — „Quoniam dilecti filii".

„ 15. | | 11381 (7610) P(etro) priori et fratribus S. Sepulcri Hierosolymitani scribit, A(malricum) patriarcham a sese per litteras admonitum esse, ut „de rebus vel obedientiis eorum, nisi ab iis fuerit requisitus, se intromittere nulla ratione praesumeret", atque „ut, cum aliquem in concanonicum voluissent recipere, iis in hoc favorem indulgeat, nec aliquem consortio eorum imponeret", neu in ecclesia eorum „iis invitis, diversis (personis) praebendas pro beneplacito suo assignaret". Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 283, Migne 200 p. 471. — „Sicut ex relatione".

„ 15. | „ | 11382 (7611) P(etro) priori et fratribus S. Sepulcri Hierosolymitani significat, se A(malrico) patriarchae praescripsisse, „ut ab iis nonnisi tertiam partem cerae, quae ad ecclesiam eorum deferretur, requireret", ut „si aliquam civitatum intravisset, et in eundo et redeundo ab expeditione ibidem moram fecisset, universas oblationes, quae ad eandem post secundum diem offerrentur, eos permitteret habere", neu vetaret aut „corpora defunctorum ante altaria eorum deferri", aut „cruces in die parasceve coram eisdem teneri". Hospitalarios quoque admonitos nunciat, ne „cum aliquam adversum eos querelam habuerint, decimas iis subtrahere attemptent". Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 284, Migne 200 p. 472. — „Dilectos filios nostros".

„ 15. | „ | 11383 (7612) P(etrum) priorem et fratres S. Sepulcri Hierosolymitani certiores facit, se litteras ad Hospitalarios dedisse, ne decimas iis denegent, ne „in civitate Ioppen ecclesiam absque consensu patriarchae et eorum de novo aedificare praesumant", neu „cum Ioppen supposita fuerit interdicto, in ecclesia sua, quae in corpore civitatis consistat, campanas pulsare, excommunicatos vel nominatim interdictos ad divina officia recipiant". Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 286, Migne 200 p. 473. — „Dilectos filios nostros".

1168. *(Ind. I, pont. a. 9.—20. Sept. — 10. 1167.—25. Mart. 1168.)*

(Febr.) (Beneventi) 11384 (7613) Patriarchae Hierosolymitano interdicit, „ne abbates, abbatissas, vel alias personas ecclesiasticas sine assensu et consilio prioris et canonicorum S. Sepulcri instituere, vel destituere praesumat". App. conc. Lat. L. 18, Comp. I. L. 3. t. 9. c. 4, Decr. Greg. L. III. t. 10. c. 4. — „Novit plenius".

Mart. 2. 11385 (7614) Ecclesiae S. Sepulcri Hierosolymitanae protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Petro priore. Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 278, Migne 200 p. 474. — „Quotiens illud a".

21. 11386 (7615) Monasterio S. Walarici asserit ius parochiale castri S. Walarici, (Roberto) episcopo Ambianensi abiudicatum. Guiberti Opp. p. 571, Migne 200 p. 477. — „Dignum est et".

„ 22. 11387 Monasterium S. Walarici tuendum suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Asselino abbate. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12701. (Monast. Benedict. XLIV.) f. 174. — „Quotiens illud a".

Apr. 9. 11388 Iaquino, capicerio ecclesiae Senonensis, collatam ab H(ugone) archiepiscopo capiceriam confirmat. Quantin Cartul. gén. de l'Yonne II. 105. — „Iustis petentium desideriis".

„ 26. „ 11389 (7616) Parthenonis S. Victorini Beneventani patrocinium suscipit et bona, libertatem, privilegia confirmat, petente Fusca abbatissa. Ughelli It. sacr. VIII. 119, Migne 200 p. 479. — „Quotiens illud a".

29. 11390 Monasterium S. Mariae Crispinense tuendum suscipit, eiusque bona ac privilegia confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 668. — „Religiosam vitam eligentibus".

(..) 11391 (7617) Henricum, Anglorum regem, de Thoma, archiepiscopo Cantuariensi, in gratiam recipiendo hortatur; „et Deus" inquit „cui te humiliaveris, personam tuam exaltabit, sicut tibi per (Anthelmum), Bellicensem episcopum, et (Basilium) priorem Carthusiensem, latores praesentium, significamus". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 629, ed. Giles II. 126, Migne 200 p. 480. — „A regiae sublimitatis".

(Mai.) (..) 11392 (7604) Henrico, Anglorum regi, significat, litteras eius a Clarembaldo electo S. Augustini, Reginaldo archidiacono Sarisberiensi, Simone de Carcere, Henrico de Northamtune redditas sibi esse. Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, interdictum esse, „ne in regem aut in terram eius vel in personas regni eius, interdicti seu excommunicationis sententiam, donec rex eum in gratiam reciperet, proferre ulla ratione attentaret, aut in aliquo gravare praesumeret". „Et quoniam" inquit „litteras illas, quas anno praeterito per nuncios tuos ultimo destinavimus (ep. 11302 d. d. 20. Dec. 1166), viribus de cetero constat carere, si archiepiscopus interim te aut terram tuam vel personas regni in aliquo gravare praesumpserit, praesentes litteras poteris in argumentum nostrae voluntatis ostendere". Quam rex „in scriptis suis vel legatis varietatem invenerit", excusat. (Mense Maio a. 1168 datam esse epistolam hanc, probat Reuter II. 620 sq.) Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 630, ed. Giles II. 128, Migne 200 p. 464. — „Excellentiae tuae nuncios".

11. 11393 (7618) Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, hortatur, ut Iohannis (lege Iocelini), episcopi Sarisberiensis, „imbecillitati ac senectuti compatiens, usque ad discessum nunciorum suorum ad Henricum regem missorum, cum in nullo penitus gravet; quemadmodum" inquit „etiam de ipsius regis et aliorum eiusdem regni personis te interim volumus observare; ceterum si rex in sua duxerit obstinatione persistendum, ex tunc si in regnum et regni personas, tuae iurisdictioni aut metropolis aut legationis iure subditas, ultionis debitae severitatem duxeris exercendam, et tuas et ecclesiae tuae iniurias vindicabis". Iohanni de Oxeneford decanatum Sarisberiensem a sese assertum nunciat. (Epistolam hanc a. 1169 scriptam esse, censet Eyton Court, household and itinerary of Henry II. p. 121.) Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 317, ed. Giles II. 16, Migne 200 p. 481. — „Qualiter iam pridem".

„ 12. „ 11394 Monasterii S. Benedicti super Padum protectionem suscipit et possessiones confirmat, Rainerio abbate petente. In tabular. Mediolan. Ex schedis Iaffei; (Wiener Sitzungsber. XCIV. 668). — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 15. „ 11395 Ecclesiae S. Germani privilegium dat. petente Viola archipresbytero. Pflugk-Harttung Iter p. 267. — „Quotiens illud a".

„ 16. 11396 (7713) Toti capitulo S. Trinitatis Cantuariensis praecipit, ut quem Thomas archiepiscopus iis praefecerit, priorem accipiant. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 37. Migne 200 p. 543. De tempore cf. Reuter II. 437. — „Quoniam ecclesia vestra".

1168. *(Ind. 1. pont. a. 9. – 20. Sept. — 10. 1167. — 25. Mart. — 1168.)*

Mai. 19. Beneventi 11397 (7619) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, scribit, se quondam „timore perculsum, ne Henricus Anglorum rex, prout olim fecisset, illi tyranno et flagitioso inimico ecclesiae (Friderico imperatori) aliquo foedere societatis adiungeretur“. ei mandasse, „ut nec in ipsum nec in personas regni aut in regnum interdicti seu excommunicationis vel suspensionis sententiam deberet promulgare, nisi alias suas litteras reciperet“. Itaque nisi rex „usque ad initium proximae quadragesimae mandata sua effectui mancipaverit“, concedit, „ut tam in personas, quam etiam in regnum, et in ipsum regem facultatem liberam habeat debitum officii sui exercendi“. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 24, Migne 200 p. 483. (ed. Lupus p. 651, Mansi XXI. 892. Liverani Spicil. Liber. p. 543). — „Ad discretionis tuae“ „Ad dilectionis tuae“.

„ 19. „ 11398 (7620) Universis episcopis Angliae mandat, cogant „universos illos, qui ecclesias, praebendas, vel alia ecclesiastica beneficia ubicumque per Angliam de manu laica et maxime huius turbationis tempore susceperint, ut ecclesias ipsas, praebendas, vel beneficia cum fructibus inde perceptis resignent“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 665. ed. Giles II. 78, Mansi XXI. 889, Migne 200 p. 484. — „Ad audientiam nostram“.

(„) („) 11399 (7621) Iohannem Cumin, proposita excommunicatione, monet, ut quem „laicali auctoritate sibi vendicare praesumpserit“, archidiaconatum Bathoniensem (Rogero) episcopo Wigorniensi restituat. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 666, ed. Giles II. 147. Migne 200 p. 483. — „Mirabile gerimus“.

„ 20. „ 11400 (7622) Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, monet, ut Girardum Puellam. „ad obedientiam et mandatum suum rediturum et schismaticae pravitati omnimodis renunciaturum, exhibito iuramento, recipiat, et ab ea, qua teneatur, sententia absolvat“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 300. ed. Giles II. 14, Migne 200 p. 485. — „Significatum est nobis“.

„ 20. „ 11401 (7623) Ludovicum, Francorum regem, hortatur, ut Girardum Puellam, errore deposito, in Galliam „venire permittat, et in regno suo, sicut consuesset, permanere“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 301, ed. Giles II. 138, Migne 200 p. 486. — „Significatum est nobis“.

„ 20. „ 11402 *Abbati S. Mariae Bibbonensi a sese consecrato bullam tribuit. Sarnelli Memorie de' vescovi di Benevento p. 98.

„ 20. 11403 Monasterii S. Mariae apud Mansium siti bona confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 668. — „Religiosam vitam eligentibus“.

„ 22. „ 11404 (7624) Henricum, Anglorum regem, dolet cum Thoma, archiepiscopo Cantuariensi, in gratiam nondum rediisse. Haec addit: „Duritiam tuam, sicut hactenus, contra iustitiam et salutem nostram, non duximus ulterius supportandam, nec praefato archiepiscopo os de cetero aliqua ratione claudemus, quin officii sui debitum libere prosequatur, et suam et ecclesiae suae iniuriam ecclesiasticae severitatis gladio ulciscatur“. Priorem de Monte-Dei et fratrem Bernardum de Corilo de sua voluntate latius exposituros. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 632, ed. Giles II. 130, Migne 200 p. 486, (Mansi XXI. 890). — „Quam paterne et“.

„ 25. 11405 (7625) Simoni, priori de Monte-Dei, et Bernardo de Corilo mandat, ut ad Henricum, Anglorum regem „infra duos menses, si citra mare fuerit, insimul accedant. et eundem exhortentur, quod Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, ad ecclesiam non differat revocare“, utque „litteras suas commonitorias eidem tradant“ (ep. 11404). Si rex audire eos noluerit „litteras suas comminatorias (— quae iam non exstant —) porrigi“ iubet, addique, se archiepiscopo „os de cetero nulla ratione clausurum, nisi rex ante initium proximae quadragesimae“ ad bonam frugem se receperit. Monet, ut haec „diligentius exsequantur, nisi (Anthelmus), Bellicensis episcopus, et prior Carthusiensis, ea, prout ipse illis mandaverit, exsequantur“. (Notas huius epistolae chronologicas contra Bouquetum XVI. 332 defendit Reuter II. 621 not. f., cf. ibid. p. 636 not. f. Epistola ap. Pflugk-Harttung Iter p. 808 eodem die locoque ac de eadem re ad eosdem data a nostra non diversa videtur, licet auctor Itineris expresse hoc contendat; cf. etiam Iter p. 60.) Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 627, ed. Giles II. 113, Migne 200 p. 487. — „Ad vestrae dilectionis“ („Perlatum est ad“).

(„) „ 11406 (7626) Rogerum, episcopum Wigorniensem, ad ecclesiam suam redire cupit. Addit de nunciis ad Henricum Anglorum regem missis; „quod si nos hac vice audire noluerit“ inquit „nos cum de cetero non sustinebimus, nec venerabili fratri nostro

1168. *(Ind. 1, pont. a. 9. — 20. Sept. — 10, 1167. — 25. Mart. — 1168.)*

(Thomae. archiepiscopo Cantuariensi,) potestatem suam adimemus; quare constanter agas, schismaticus iam fere nullus remansit, in ipsius ecclesiae membris diu non poterunt scandala permanere". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 667, ed. Giles II. 107, Migne 200 p. 488. — „Omnino nobis placeret".

Mai. 29. Beneventi — 11407 (7627) Offredo, electo Cremonensi, possessiones quasdam asserit. Sanclementii Ser. p. 296. — „Devotionis et fidei".

(..) — 11408 (7628) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, „commoto et turbato, quod rex Anglorum ei occasione litterarum, quas ipse illi transmiserit, incessanter insultet, et ab eius se glorietur iurisdictione subtractum", sic scribit, „si tenorem litterarum a principio usque ad finem legi fecisset, nihil profecto in eis reperiret, unde nobis aut tibi posset merito insultare". Addit haec: „regem nunciis et litteris a proposito suo paterne et benigne revocare volentes, quod tibi concessimus, nullatenus mutavimus, et in die tibi concessa potestatem tuam libere exercere tibi plenam concedimus facultatem". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 652, ed. Giles II. 25, Migne 200 p. 489. — „Ex litteris tuis te".

(..) — 11409 (7629) Ludovico, Francorum regi, scribit eadem iisdem fere verbis, ut superiore ad Thomam archiepiscopum epistola. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 693, ed. Giles II. 141, Migne 200 p. 490. — „Regiae serenitatis".

Iun. 5. „ — 11410 Sententiam inter Hugonem abbatem fratresque S. Germani de Pratis Parisienses et Symonem de Aneto latam a Ludovico Francorum rege confirmat. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 231. n. 32. (Ex chartular. S. Germani de Pratis f. 11 in tabular. nat. Paris. misit Delisle.) — „Iustis petentium desideriis".

„ 9. — 11411 (7630) Monasterium Nonantulanum tuendum suscipit et eius bona ac privilegia, petente Alberto abbate, confirmat. Tiraboschi St. di Non. II. 284, Migne 200 p. 491. — „Apostolicae sedis".

„ 9. „ — 11412 (7631) Monasterii Nonantulani libertatem confirmat. Tiraboschi St. di Non. II. 283, Migne 200 p. 493. — „Ea, quae auctoritate".

„ 12. — 11413 (7632) Gand. Grat. Io. Hard. et ceteris monachis catholicis S. Prosperi Regini praecipit, ut Guidonem abbatem, qui „tectum monasterii, quod plumbeum erat, eruisse dicatur et in gulae voracitate illius precium dissipasse", qui praeterea „prius dampnate memorie Octaviano heresiarcho et demum Guidoni cremando (l. Cremensi) illud nefandissimum prestiterit iuramentum", removeant, aliumque abbatem eligant. Muratori Ant. It. VI. 225, Affarosi Mem. di S. Prosp. di Reggio I. 120, Migne 200 p. 495. — „(Ad noti)tiam nostram pervenit".

„ 19. „ — 11414 Monasterii S. Felicis, iuxta castrum de Vada siti, possessiones et privilegia confirmat, bulla ad Bonum abbatem. Pflugk-Harttung Iter p. 267. — „Religiosam vitam".

Iul. 26. „ — 11415 (7633) Iohannem episcopum et abbatem Catanensem consecrat pallioque ornat. et ecclesiae eius possessiones ac iura confirmat. Pirri Sic. sacr. I. 530, Acta SS. Febr. T. I. 656. Migne 200 p. 495. — „Sicut beatissimi".

Aug. 7. — 11416 Ecclesiae S. Mariae de Urano protectionem suscipit et possessiones confirmat, petente P. procuratore ecclesiae. („Ex regesto noni anni Alex. III.") Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 369, Horoy Med. aevi bibl. patr. II. Epist. Honor. III. p. 428. — „Susceptae dispensationis officium".

„ 27. — 11417 (7634) (Hugoni) Suessionensi, (Roberto) Ambianensi et (Galtero) Laudunensi episcopis mandat, cogant Mathaeum, Philippi comitis fratrem, et M. quondam abbatissam, ut C(onstantiae) comitissae S. Egidii ablatum comitatum Boloniensem, quem ab Eustachio, quondam filio regis Stephani, „in dotalitium" acceperit, restituant. Nisi fecerint, excommunicari eos iubet. Martene Coll. II. 755, Bouquet Rec. XV. 867, Migne 200 p. 497. — „Dilecta in Christo".

„ 27. „ — 11418 (7635) Henrico, archiepiscopo Remensi, se excusat, quod eius de (Andrea) episcopo Atrebatensi precibus non satisfecerit. Hortatur, ut suffraganeos benigne tractet. et b. Petri ecclesiarum libertatem servet. Significat, se de sorore eius Constantia, (comitissa S. Egidii) comitis Tolosani uxore, ad Suessionensem, Ambianensem, Laudunensem episcopos scripsisse. Paganum magistrum commendat. Baluzii Misc. III. 76. Martene Coll. II. 753. Bouquet Rec. XV. 866, Mansi XXI. 1066, Migne 200 p. 408. — „Cum significasses".

1168. *(Ind. 1, pont. a. 9. — 20. Sept. — 10, 1167. — 25. Mart. — 1168.)*

Sept. 12. Beneventi 11419 (7636) Monasterii SS. Felicis et Fortunati Vicentini bona et privilegia confirmat, petente Arnulpho abbate. Ughelli It. sacr. V. 1042, Margarini Bull. Cas. II. 183, Gloria Cod. dipl. Pad. II. 173, Migne 200 p. 499. — „Religiosam vitam".

Oct. 9. „ 11420 (7652) Henricum, Anglorum regem, hortatur, ne pergat „in Lincolniensi, Bathoniensi, Herefordensi episcopatibus vacantibus necnon in Bangoriensi et Lanelviensi (S. Asaph) liberam electionem prohibere". „Alioquin" inquit „manus b. Petri ac nostras a tuo non poterimus gravamine continere". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 499, ed. Giles II. 124, Migne 200 p. 510, (Mansi XXI. 889, Haddan and Stubbs Councils I. 371). De tempore cf. Reuter II. 388. — „Quanto personam tuam" („Et quidem si").

Nov. 9. 11421 (7637) Monasterium S. Reparatae Marradinum tuendum suscipit eiusque bona et iura, petente Homodeo abbate, confirmat. Ughelli It. sacr. II. 499, Migne 200 p. 501. — „Quoties illud".

„ 29? „ 11422 *Ecclesiam S. Theodori tuendam suscipit, eiusque disciplinam secundum institutionem ordinis Mortariensis ac possessiones confirmat, bulla ad Bonifatium priorem. Pflugk-Harttung Iter p. 267.

Dec. 1. „ 11423 (7638) Ecclesiae Mortariensis tutelam suscipit, possessionesque et iura confirmat. Bull. Lat. p. 43. — „Quanto ecclesia".

„ 23. „ 11424 (7639) Ecclesiam SS. Hippolyti et Cassiani et S. Iohannis Baptistae Foscianensem tuendam suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat, petente Iacobo plebano. Muratori Ant. It. VI. 423, Pacchi Ricerche ist. s. prov. d. Garfagnana App. p. 7, Migne 200 p. 502. — „Pia postulatio".

„ 30. „ 11425 (7640) Ecclesiam S. Petri Bononiensem tuendam suscipit et eius bona ac iura confirmat, Bonifacio archidiacono et Alberto archipresbytero petentibus. Savioli Ann. Bol. II. n. 7, Migne 200 p. 504. — „Effectum iusta postulantibus".

11426 Monasterium Cavense „eximit ab omni iugo et subiicit sedi Romanae". Ex cod. Vatic. 7927. Dedit b. m. Bethmann.

1168?

11427 (7641) Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, hortatur, ut „quantum salvo honore officii sui et libertate ecclesiae fieri poterit, se ipsum Henrico Anglorum regi humiliet, et ad gratiam et amorem eius recuperandum modis omnibus enitatur, neque plus iusto de eo timeat, nec maiores, quam oporteat, securitates requirat". Epist. S. Thomae ed. Giles II. 19, ed. Lupus p. 455, Mansi XXI. 886, Migne 200 p. 505. — „Etsi adversitatum et".

11428 *Alberto archiepiscopo Salzburgensi mandat, ut Chun(radum) de Megilingen excommunicatum denuntiet. Vide Conradi Mog. ep. ap. Sudendorf II. 149.

1165—1169.

11429 (7642) Regi Scotiae Thomam, exsulantem archiepiscopum Cantuariensem, commendat. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 89, ed. Giles II. 143, Migne 200 p. 506. — „Cum illius sincerissimae".

11430 (7643) Philippo, comiti Flandriae, Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, commendat. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 85, ed. Giles II. 145, Migne 200 p. 507. — „Quanto sincerissimae".

11431 (7644) Henrico comiti Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, commendat. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 90, ed. Giles II. 144, Migne 200 p. 507. — „Inter ceteras divinae".

11432 (7645) Iohanni, decano Aurelianensi, Ricardum, capellanum Thomae, archiepiscopi Cantuariensis, commendat. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 90, ed. Giles II. 88. — „Dilectus filius noster".

11433 (7646) Abbati de Claro-Marisco commendat Thomae, archiepiscopi Cantuariensis, sororem et eius liberos. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 91, ed. Giles II. 112, Migne 200 p. 508. — „Super beneficiis".

11434 (7647) (Stephano), episcopo Meldensi, et abbati S. Crispini mandat, hortentur Henricum, Anglorum regem, ut Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, „et ecclesiae suae reditus et honores et possessiones ablatas postposita mora restituat et restitui

1165—1169.

faciat". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 177, ed. Giles II. 102, Migne 200 p. 508. — „Devotionis ac sinceritatis".

11435 (7648) Cisterciensi et Pontiniacensi abbatibus et universis Cisterciensis ordinis fratribus interdicit, ne „R. fratri, quoniam (Thomas) Cantuariensis archiepiscopus eum in Angliam pro negotiis ecclesiae destinaverit, poenam infligant". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 141, ed. Giles II. 111, Migne 200 p. 509. — „Ad audientiam nostram".

11436 (7649) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, respondet, (Henrici) episcopi Wintoniensis, ab Henrico Anglorum rege vexati, abdicationem irritam esse. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 178, ed. Giles II. 10, Migne 200 p. 509. — „Curam et sollicitudinem".

1167—1169.

Sept. 10. Beneventi 11437 (7650) Abbati monachisque Vallis-laureae praecipit, ne archiepiscopo Tarraconensi, apostolicae sedis legato, neve episcopo Barcinonensi obediant, donec finium controversia disceptetur. Marca Marca Hisp. p. 1351, Aguirre Conc. V. 85, Mansi XXI. 1064, Villanueva Viage litter. XX. 253, Migne 200 p. 509. — „Quoniam super iure".

Oct. 5. „ 11438 (7651) Quibusdam mandat, ut controversiam inter Ricc. et abbatem S. Petri de Montibus, Moraudum quoque et filium eius Girardum discepteut. Martene Coll. II. 760, Migne 200 p. 510. — „Causam, quae inter".

„ 9. „ 11439 Canonicorum Lingonensium ecclesias quasdam confirmat, petente Galtero episcopo. In bibl. nat. Paris. Cartular. Lingonensi ms. lat. 17100. s. XVIII. f. 7, (Neues Archiv VII. 98). — „Iustis petentium desideriis".

„ 9. 11440 C. abbatissam S. Mariae Theodotae (Papiensem) confirmat electam, postquam „D. a dampnate memorie Octaviano maledictam" G(aldinus) archiepiscopus Mediolanensis, ap. sed. legatus, deposuit. In tabular. Mediol. Ex schedis Iaffei: „VII. id. Oct.", (Wiener Sitzungsber. XCIV. 668: „VI. id. Oct."). — „Ex litteris".

12. „ 11441 Amaurum, Hierosolymorum regem, „consideratione gratissimae devotionis et multiplicis obsequii, quod cives Ianuenses sibi in urgentis necessitatis articulo opportune satis et fideliter impenderint", hortatur, ut litteras aureas, Ianuensium in regno Hierosolymitano iura et consuetudines continentes, in temploque repositas, quas deleri insserit, restituat, „ne occasione ista", inquit, „inter te et ipsos scandalum possit alicuius dissensionis emergere et tu eorum obsequium et devotionem amittas; quod tibi et regno tuo fore credimus valde damnosum". Hist. Patr. Mon. Lib. iur. Gen. I. 228. — „Dilecti filii nostri".

13. „ 11442 Amauro, patriarchae Hierosolymitano, archiepiscopis, episcopis, abbatibus regni Hierosolymitani, magistro templi mandat, hortentur Amaurum regem de Ianuensium „litteris aureis reformandis et eorum iure et consuetudinibus conservandis". Hist. Patr. Mon. Lib. iur. Gen. I. 229. — „Dilecti filii nostri".

28. „ 11443 Monasterii S. Benigni Divionensis parochianos ad officia quotidiana vel ad cimeterium templariorum, infra terminos parochiae commorantium, admitti vetat, nisi habitum eorum assumpserint. Pflugk-Harttung Acta I. 241. — „Quoniam dilecti filii".

„ 28. „ 11444 G(ualtero) episcopo Lingonensi bullam tribuit. Neues Archiv VII. 98. — „Ad commissi tibi".

Nov. 2. „ 11445 (7653) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat clericum quemdam, ut quam „per violentiam laicalem" occupaverit, praebendam ecclesiae S. Germani de Montibus B. clerico restituat. Martene Coll. II. 760, Migne 200 p. 511. — „Veniens ad nos B."

„ 8. „ 11446 (7654) Rogero abbati et fratribus monasterii de Ibreio asserit decimas de Doching, ab Henrico, episcopo Wintoniensi, et Gilberto Londiniensi iis adiudicatas. Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 107, Migne 200 p. 512. — „Venerabiles fratres".

9. „ 11447 (7655) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Giderum de Sarnai, ut occupatas ecclesiae Montis Falconis possessiones R(ichardo), electo Virdunensi, restituat. Martene Coll. II. 761, Bouquet Rec. XV. 869, Migne 200 p. 513. — „Et iniuncti nobis".

11. „ 11448 (7656) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Uldredi et Iohannis presbyterorum de ecclesia S. Mariae controversiam intra dies 15 decernat. Martene Coll. II. 761, Migne 200 p. 513. — „Significat nobis dilectus".

1167—1169.

Nov. Beneventi 11449 Canonicorum S. Wilfridi Riponensium possessiones quasdam confirmat. (Dat.: „13. Id. Nov.") Memorials of Ripon I. 112, ubi perperam bulla Alexandro IV. ascribitur. — „Iustis petentium desideriis".

„ 12. „ 11450 (7657) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Mainerium presbyterum ablatam Henrico parocciam reddere cogat. Martene Coll. II. 762, Migne 200 p. 514. — „Lator praesentium Henricus".

„ 17. „ 11451 (7658) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat (Guidonem), episcopum Catalaunensem, ut P. sacerdoti ablatam ecclesiam restituat. Martene Coll. II. 763, Migne 200 p. 515. — „Ex conquestione P."

„ 18. „ 11452 (7659) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat S. Andreae de Castello et S. Sepulcri Cameracensis abbates et canonicos S. Gaugerici et Manassem de Ruminiaco, ut infirmis Cameracensibus ablatas decimas reddant. Martene Coll. II. 763, Bouquet Rec. XV. 869, Migne 200 p. 515. — „Etsi omnes tenemur".

18. „ 11453 (7660) S. Andreae de Castello et S. Sepulcri abbat[illegible]s et canonicis S. Gaugerici de superiore epistola significat. Martene Coll. II. 764, Migne 200 p. 516. — „Conquesti sunt nobis".

„ 18. „ 11454 *Inter Bertrandum, archiepiscopum Burdigalensem, apost. sedis legatum, et Bertrandum abbatem S. Crucis factam super ecclesia Solacensi compositionem approbat. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 13666. (Monast. Bened. IX.) fol. 154b.

„ 19. 11455 (7661) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Aegidium presbyterum de Monte Hunoldi, Hu. militem de Warch., alios, cum abbate et fratribus ecclesiae S. Martini Laudunensis litigantes, ad B(artholomaeum) Bellovacensem et (Balduinum) Noviomensem episcopos in ius adire cogat. Martene Coll. II. 765, Bouquet Rec. XV. 869, Migne 200 p. 517. — „In causis religiosorum".

„ 19. „ 11456 (7662) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut R. diaconum „ad aliquam ecclesiam intitulet". Martene Coll. II. 766, Migne 200 p. 517. — „Veniens ad nos R."

Dec. 1. „ 11457 (7663) Parthenoni Fontebraldensi asserit „donum quinquaginta librarum reditus super castrum Divionense, ab Eudone duce Burgundiae concessum". Vide Gall. Christ. II. 1319.

„ 3. „ 11458 Archiepiscopos et episcopos aliosque ecclesiarum praelatos hortatur, ut fratres militiae templi Hierosolymitani ab iniuriis parochianorum tueantur, qui oblationes seu elemosinas eis concessas auferre vel retinere praesumant. Prutz Malteser Urk. p. 40. — „Quantum ad defendendam".

„ 6. „ 11459 (7664) Universos archiepiscopos, episcopos, abbates, priores et alios ecclesiarum praelatos de tuendo monasterio Rivipullensi hortatur. Marca Marca Hisp. p. 1350, Aguirre Conc. V. 85, Mansi XXI. 1064, Migne 200 p. 518. — „Discretionis vestrae".

6. „ 11460 (7665) Henrico, archiepiscopo Remensi, iam iterum mandat, compellat B. comitem de Henou, ut Amelio de Albiniaco ablatum feodum reddat. Martene Coll. II. 766, Bouquet Rec. XV. 870, Migne 200 p. 519. — „Per alia scripta".

„ 6. „ 11461 (7666) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur Iohannem de Machelcurt, ut conventionem cum Amelio factam exsequatur. Martene Coll. II. 767, Migne 200 p. 519; vide infra ep. 11483. — „Controversiam, quae inter".

„ 7. „ 11462 Fulcrando, praeposito Magalonensi, scribit, diiudicasse se controversiam inter eum et (Iohannem) eiusdem civitatis episcopum, de electione archidiaconi, ordinatione ecclesiarum aliisque ortam. Mém. de la soc. de Montpellier V. 527. — „Ex iniuncte nobis".

„ 7. „ 11463 (Iohanni) episcopo Magalonensi idem significat. („IIII. Id. Dec." mutavi in „VII. Id. Dec."; in duabus enim epistolis aut „IIII." aut „VII." legendum esse puto.) Mém. de la soc. de Montpellier V. 529. — „Ex iniuncte nobis".

„ 7. „ 11464 Guidoni S. Thomae, P. S. Mariae in Garda et R. S. Iohannis in Fontana sacerdotibus mandat, ut plebi de Medicina obediant. Pflugk-Harttung Itor p. 268. — „Dignum est et".

„ 8. „ 11465 (7667) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, nobilem virum Rainaldum de Roseto compellat, „ut Aegidio de Cimai dotalitium uxoris suae et cetera ablata restituat". Martene Coll. II. 767, Bouquet Rec. XV. 870, Migne 200 p. 520. — „Rediens Ierosolymis".

1167—1169.

Dec. 9. Beneventi 11466 Monasterii Rivipullensis honores. sine abbatis aut maiorum personarum assensu, vendi, dari vel pignori obligari vetat. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 107. f. 200. — „Sicut officii nostri".

„ 10. „ 11467 (7668) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut excommunicationem a (Guidone), episcopo Catalaunensi, prolatam in Rolandum dissolvat, eiusdemque cum Ebruino litem decernat. Martene Coll. II. 768, Migne 200 p. 520. — „Latore praesentium".

„ 11. 11468 (7669) (Iohanni), episcopo Magalonensi, concedit, „ut si aliquis adversus praepositum, vel capitulum, seu quemlibet canonicum ecclesiae eius civilem causam habuerit, ad discretionis eius examen referatur, coram eo tractetur et definiatur; si vero de criminali quaestio mota fuerit, coram eis et capitulo ventiletur et debitum sortiatur effectum". Alia privilegia addit. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 14688. f. 6b, (Gariel Ser. I. 217, Migne 200 p. 521, ubi verba: „pontif. nostri a. 8" aliena manu addita sunt). — „Fratres et coepiscopos nostros" („Volentes tibi ius").

„ 11. 11469 Monasterio Tironiensi concessa ab Alano, filio quondam Iordani, Dolensis senescalci, locum et ecclesiam de Troncheto aliaque confirmat, petente Stephano abbate. Merlet Cart. de la Ste-Trin. de Tiron II. 90. — „Summi apostolatus officium".

„ 12. 11470 F(aramundum) episcopum, consules, clerum populumque Verulanum propter obsequium (Vitellio) diacono card. SS. Sergii et Bachi impensum laudat rogatque, ut eum. in Campaniam remissum, adiuvent. Pflugk-Harttung Acta II. 369. — „Licet in omnibus".

13. 11471 F(ulcrando) praeposito et canonicis Magalonensibus de prioribus in eorum ecclesiis instituendis, de sigillo capituli aliisque scribit. Ceteras causas inter eos et (Iohannem) episcopum Magalonensem (Pontio) archiepiscopo Narbonensi terminandas se commisisse. Mém. de la soc. de Montpellier V. 529. — „Cum nuntii venerabilis".

„ 14. 11472 Concordiam inter capitulum Aurelianense et Rainaldum de Craciaco, mediante P(etro) archiepiscopo Bituricensi, factam confirmat. Loewenfeld Epistolae p. 139. — „Iniunctae nobis".

„ 14. „ 11473 (7670) Iohanni, episcopo Magalonensi, concedit, „ut ecclesia cum hospitali, noviter in Silva Galteri constructa, pure et absolute in eius dispositione consistat". (Perperam additum est „pont. nostri a. 8".) Gariel Ser. I. 216, Migne 200 p. 522, cf. Pflugk-Harttung Iter p. 82. — „Ad conservanda iura".

„ 16. 11474 (7671) Henrico. archiepiscopo Remensi, monasterium S. Dionysii commendat. Martene Coll. II. 769, Bouquet Rec. XV. 871, Migne 200 p. 522. — „Pontificalis officii debitum".

„ 19. 11475 (7672) Henrico, archiepiscopo Remensi, de disceptanda Iohannis et Uldredi presbyterorum controversia mandat. Martene Coll. II. 769, Migne 200 p. 523. — „Suggerente olim nobis".

„ 21. 11476 Canonicis Magalonensibus praecipit, ut (Fulcrando) ecclesiae praeposito obediant eique super temporalium administrationibus respondeant. Mém. de la soc. de Montpellier V. 533. — „Dignum est et".

„ 23. „ 11477 (7673) G(erardo) archiepiscopo Spalatino, legato apostolico, mandat, ut a Sebenicensibus ablata Guoffrido, Bonumiri Sipontini filio, bona restitui cogat. Farlati Ill. sacr. III. 190. Mon. Hung. hist. I. xi. 116, Migne 200 p. 524. Cf. etiam supra epist. 11361. — „E transmissa dilecti".

„ 23. „ 11478 (7674) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat ducem de Louvain, ut fratribus hospitalis Hierosolymitani ablatam villam Benten restituat. Martene Coll. II. 771, Bouquet Rec. XV. 871, Migne 200 p. 524. — „Querelam fratrum hospitalis".

„ 23. „ 11479 Controversiam inter ecclesiam S. Stephani Divionensem et milites templi, qui in eorum fundo oratorium construxerant, diiudicat. Fyot Hist. de St.-Etienne de Dijon Pr. p. 300. — „Vobis coram nobis".

„ 11480 (7793) Iudicibus Velitrensibus praecipit, ut „cum aliqua causa super testamentis, ecclesiae relictis, ad eorum fuerit examen deducta, eam non secundum leges, sed secundum decretorum statuta tractent. et tribus aut duobus legitimis testibus sint contenti". (In Append. conc. Later. haec epistola ad primum registri librum perperam refertur.) Borgia Ist. di Velletri p. 240: „kal. Ian.", App. conc. Lat. L. 8, Comp. I. L. 3. t. 22. c. 10, Decr. Greg. L. III. t. 26. c. 11. Numerum vero ante

1167—1169.

„kal. Ian." positum fuisse, ex autographo docet Pflugk-Harttung Iter p. 161. — „Relatum est auribus".

1168—1169.

Ian. 13. Beneventi 11481 A D(esiderio) praeposito et canonicis Insulensibus factam institutionem, ut sacerdos quidam pro una praebenda ei collata missam de S. Maria quoque die celebret, confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 241. — „Significatum est nobis".

Febr. 24. „ 11482 (7821) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, mandat, ut Owen, principem Walliae, qui suas „de consobrina, quam sicut uxorem tenere dicatur", litteras non acceperit, et archidiaconum Bangor, qui scripta sua contempserit, ecclesiastica severitate puniat. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 36, Haddan and Stubbs Councils I. 371, Migne 200 p. 633. — „Ad aures nostras pervenisse".

„ 28. „ 11483 (7676) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ne Iohanni de Malecicurt communionem reddat, donec Amelio de Albiniaco satisfecerit. Martene Coll. II. 786, Migne 200 p. 525; vide supra ep. 11461. — „Ex relatione Amelii".

Mart. 7. 11484 (7677) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut Petro olim Iudaeo ablatam praebendam restituat. Martene Coll. II. 786, Migne 200 p. 526. — „Veniens ad nos Petrus".

„ 9. 11485 (7680) Henrico, archiepiscopo Remensi, respondet, hortetur Drogonem, canonicum Hamensem, ut in monasterium revertatur; „licet enim" inquit „regulares viros ad praelationes ecclesiasticas assumtos fuisse persaepe viderimus, numquam tamen legimus vel aliquando audivimus, quod de regulari canonico quisquam fuerit secularis effectus". Martene Coll. II. 791, Migne 200 p. 528: „II. id. Mart.", Marlot Metr. Rem. II. 396, Colliette Mém. du Vermand. II. 416, Bouquet Rec. XV. 859: „VII. id. Mart.", id quod etiam legitur in chartul. cap. Noviom. in Arch. dép. de l'Oise in Beauvais, ut cum Iaffeo communicavit Delisle. Fortasse vero sunt duo eiusdem epistolae exempla, quorum alterum ad 9. Mart., alterum ad 14. Mart. pertinet; vide infra. — „Devotionis et sinceritatis".

„ 9. „ 11486 Drogonem, canonicum Hamensem, in monasterium redire iubet. Ex chartul. capit. Noviom. fol. 60 in Arch. dép. de l'Oise in Beauvais. Misit Delisle.

„ 9. „ 11487 Decano et canonicis Noviomensibus de Drogone, canonico Hamensi, scribit. Ex chartul. capit. Noviom. fol. 59 in Arch. dép. de l'Oise in Beauvais. Misit Delisle. — „Karissimus in Christo".

„ 10. 11488 Monasterio S. Aegidii concessa a praedecessoribus suis privilegia confirmat. Addit, ut si quando comes Tolosanus aut terra eius interdicta fuerit, nulla ecclesiarum villae S. Aegidii a divinis officiis desistat, nisi forte comes vel milites eius praesentes fuerint. Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 79. — „Dum diligenter".

„ 12. „ 11489 (7678) Geraldo episcopo et consulibus et universo clero ac populo Tolosano significat, se, Ludovici Francorum regis precibus motum, Tolosam urbem ab interdicto liberasse. Catel Mém. du Languedoc p. 886, Bouquet Rec. XV. 860, Migne 200 p. 526. — „Dum fidei et".

„ 12. „ 11490 (7679) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter militem quemdam et Hugonem servientem. Martene Coll. II. 788, Migne 200 p. 527. — „Significatum est nobis".

„ 14. „ 11491 (7681) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat W. de Carten., ut G. sacerdoti solidos 75 persolvat. Martene Coll. II. 791, Migne 200 p. 528. — „Conquestus est nobis".

„ 14. „ 11492 Decano et canonicis Noviomensibus iterum de Drogone, canonico Hamensi, scribit. Ex chartul. capit. Noviom. fol. 173 in Arch. dép. de l'Oise in Beauvais. Misit Delisle. — „Karissimus in Christo".

„ 15. „ 11493 Decanum et canonicos Noviomenses denuo de Drogone, canonico Hamensi, hortatur. Ex chartul. capit. Noviom. f. 173 in Arch. dép. de l'Oise in Beauvais. Misit Delisle. — „Sicut per alia".

„ 15. „ 11494 (7683) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ne Iohannem clericum et ecclesiae Laudunensis canonicum privari hereditate patiatur. Martene Coll. II. 792, Migne 200 p. 529. — „Nihil est, quod".

„ 17. „ 11495 (7684) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut Ila. sacerdoti beneficium impertiat. Martene Coll. II. 792, Migne 200 p. 529. — „Veniens ad nos Il.".

1168—1169.

Mart. 17. | Beneventi | 11496 (7685) (Miloni) episcopo Morinensi et abbati S. Quintini de Monte, mandat, ut R(icardo) S. Nicolai de Ribomonte et P. Humolariensem abbatem et abbatissam de Monasteriolo et G. militem de Brenoth in gratiam reconciliet. Martene Coll. II. 793, Migne 200 p. 530. — „Cum inter dilectos".

„ 20. | | 11497 (7686) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur E. sacerdotem de Monte Bunoldi et Hu. de Warch et G. de Chamelsi, cum fratribus S. Martini (Laudunensis) litigantes, ut (Roberti) Ambianensis et (Balduini) Noviomensis episcoporum iudicium subeant. Martene Coll. II. 795, Migne 200 p. 531. — „Ex parte dilectorum".

„ 21. | | 11498 Hugoni abbati et fratribus S. Vincentii Silvanectensibus asserit possessiones quasdam, a b. m. Hu(gone) archiepiscopo Rotomagensi et Rob(erto) quondam episcopo Atrebatensi donatas. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 75. f. 88. — „Iustis petentium desideriis".

„ 22. | | 11499 (7687) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Willelmo, decano Suessionensi, praebendam quandam, vel invito Hugone episcopo, assignet. Martene Coll. II. 795, Bouquet Rec. XV. 874, Migne 200 p. 531. — „Dilectus filius noster".

(„) | („) | 11500 (7688) (Hugonem), episcopum Suessionensem, de superiore epistola certiorem facit. Martene Coll. II. 796, Bouquet Rec. XV. 874, Migne 200 p. 532. — „Ex relatione dilecti".

„ 22. | | 11501 (7689) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat presbyterum de Basauchis et Castellana ac filium eius Nicolaum, ut Alberto sacerdoti „de iniuriis irrogatis satisfaciant, et illata damna resarciant". Martene Coll. II. 797, Migne 200 p. 532. — „Lator praesentium Albertus".

„ 22. | „ | 11502 (7690) Alberto sacerdoti ecclesiam S. Remigii de Augeio cum capella de Cersolio asserit. Martene Coll. II. 798, Migne 200 p. 533. — „Iustis petentium desideriis".

„ 23. | „ | 11503 (7691) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur abbatem et fratres Branenses, ut B. presbytero libras 20 Proviniensium restituant. Martene Coll. II. 799, Migne 200 p. 533. — „Conquestus est nobis".

„ 23. | „ | 11504 I(ohanni) abbati et fratribus S. Iohannis de Vineis Suessionensis indulget, „ne quis parochianos eorum ad sepulturam recipiat, nisi salva iustitia illarum ecclesiarum, de quibus mortuorum corpora assumantur". Chartul. S. Iohannis de Vineis s. XIII. ms. lat. 11004. f. 12 in bibl. nat. Paris. — „Quoniam ex iniuncto".

„ 23. | | 11505 (7692) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat G. et eius servientes, ut ecclesiam S. Iohannis de Vineis vexare desinant. Martene Coll. II. 799, Migne 200 p. 534. — „Ad audientiam nostram".

„ 28. | „ | 11506 (7693) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat canonicos de Monte, ut Her. latori huius epistolae ablata restituat. Martene Coll. II. 800, Migne 200 p. 534. — „Lator praesentium Her.".

29. | „ | 11507 (Guillelmo) episcopo Maurianensi praeposituram ecclesiae S. Iohannis asserit. Mém. de l'ac. imp. de Savoie, Docum. II. 27, teste Chevalier Doc. inéd. rel. au Dauphiné II. livr. III. 194 inter additamenta.

„ 31. | „ | 11508 (7694) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ne decanum et canonicos Suessionenses, quoniam sedem apostolicam adierint, ab (Hugone) episcopo affici iniuriis sinat. Martene Coll. II. 800, Bouquet Rec. XV. 875, Migne 200 p. 535. — „Cum universis in".

31. | „ | 11509 (7695) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut R. praecentori ecclesiae Suessionensis altare, quod (Hugo) episcopus ei abstulerit, reddat. Martene Coll. II. 801, Bouquet Rec. XV. 875, Migne 200 p. 535. — „Cum dilectus filius".

„ 31. | | 11510 (7696) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Iosbertum de Monte et Petrum de Nantolio, ut erepta Radulpho de Cuphies restituant. Martene Coll. II. 802, Migne 200 p. 536. — „Conquestionem Radulphi".

31. | „ | 11511 (7697) Abbatissae et sororibus Burburgensibus addicit capellaniam, Manassi presbytero abiudicatam. Martene Coll. II. 802, Migne 200 p. 537. — „Cum dilectus filius".

„ 31. | | 11512 (7698) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur abbatem fratresque Praemonstratenses, ut nobili viro A. de Villers ablatos agros restituant. Martene Coll. II. 805. Migne 200 p. 537. — „Ex transmissa nobis".

1168—1169.

Apr. 1. Beneventi 11513 (Stephano) episcopo Meldensi mandat, moneat Hu. de Valleogrinosa et Simonem militem, ne monasterium Latiniacense super villa quadam et redditibus quibusdam iniuriis afficiant. Loewenfeld Epistolae p. 139. — „Dilectus filius noster".

„ 3. „ 11514 (7699) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, moneat canonicos Laudunenses, ut P. canonico „expensas necessarias, quas de mandato eorum ad sedem apostolicam veniendo fecerit, restaurent". Martene Coll. II. 805, Migne 200 p. 537. — „Aequum et rationabile".

„ 4. „ 11515 (7700) Statuit, „ut qui in ecclesia Carnotensi de cetero canonicandi fuerint et ibidem mansionarii non extiterint, XL solidos tantum de singulis annis percipiant". Theodori Poenitentiale II. 429, Lépinois et Merlet Cartul. I. 177, Migne 200 p. 538. — „Sicut scriptum".

„ 5. „ 11516 (7701) Canonicis Spalatinis permittit, ut canonicus quidam, ecclesia propria privatus quod propter capitis dolorem in ecclesia semel non legisset, in pristinum restituatur. Farlati Ill. sacr. III. 191, Mon. Hung. hist. I. XI. 118. — „Litteras, quas".

„ 5. „ 11517 Monasterii Quadragintensis, „propter gravissimam persecutionem basculorum et brabantionum vehementer attriti", possessiones pignori supponi vel quolibet titulo, nisi meliorandi causa, alienari vetat. Loewenfeld Epistolae p. 140. — „Cura et sollicitudo".

„ 5. „ 11518 (7702) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Gauses Mauceriensem et monachos de Novicis, ne canonicis Braguensibus reditum de March auferant. Martene Coll. II. 806, Migne 200 p. 538. — „Notum sit fraternitati".

„ 7. „ 11519 (7703) Abbatem S. Remigii Remensem hortatur, ut Walando clerico „in scholis Parisius liberaliter et honeste provideat et beneficium ipsum per duo convenientia tempora anni ei faciat commode assignari". Martene Coll. II. 807, Bouquet Rec. XV. 861, Migne 200 p. 539. — „Invitat nos et".

„ 11. „ 11520 (7704) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut abbatissam Burburgensem „canonica disciplina corripiat, quod iuvenes capellanos affectat habere". Martene Coll. II. 807, Migne 200 p. 539. — „Venit ad apostolicae".

„ 11. „ 11521 (7705) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat decanum S. Laurentii de Roseto, „ut assiduam in ecclesia faciat mansionem, vel decanatum omnino diniittat". Martene Coll. II. 808, Migne 200 p. 540. — „Significatum est nobis".

„ 11. „ 11522 Guillelmo, episcopo Carnotensi, ecclesiam S. Mauritii asserit. Lépinois et Merlet Cartul. de N.-D. de Chartres I. 178. — „Ex tenore litterarum".

„ 12. „ 11523 In paroeciis ecclesiarum monasterii S. Germani de Pratis Parisiensis oratoria, capellas, ecclesias, coemeteria iniussu episcopi dioecesani monachorumque fieri vetat. Ex chartular. S. Germ. de Pr. s. XII. LL. 1024. f. 13 in tabul. nat. Paris. Misit Delisle. — „Cum illius".

„ 12. „ 11524 (7706) Petro abbati et fratribus Vallis-laureae permittit, si ante festum assumptionis (15. Aug.) archiepiscopi Tarraconensis et episcopi Barcinonensis de finibus controversia non dirimatur, in fundum ab episcopo Barcinonensi oblatum transmigrent. Marca Marca Hisp. p. 1351, Aguirre Conc. V. 85, Mansi XXI. 1063, Villanueva Viage litter. XX. 252, Migne 200 p. 540. — „Ex litteris dilecti".

„ 12. „ 11525 (7707) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut aut inter abbatem S. Petri Catalaunensis et Walterum clericum iudicium intra dies 30 faciat, aut episcopi Ambianensis arbitrio causam permittat. Martene Coll. II. 808, Migne 200 p. 541. — „Ex tenore quarumdam".

„ 23. „ 11526 (7708) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Hu. burgensem et M. uxorem eius, ut G. clerico ablatam domum reddant. Martene Coll. II. 809, Migne 200 p. 541. — „Querelam G."

„ 28. „ 11527 (7152) W(altero) episcopo Albanensi, vicario suo, (al. archiepiscopo Bituricensi) scribit de poenitentia N. clerico iniungenda, ac de „adolescente, qui mulierem cognoverit et filiam eius post sibi copulaverit". (In App. conc. Lat. haec epistola perperam ad Registri libr. II. refertur. Diem locumque ex cod. Friburgensi praebet Friedberg.) App. conc. Lat. L. 3. 4, Coll. Cass. XXIV. 6, Comp. I. L. 1. t. 6. c. 5, L. 4. t. 13. c. 4, Decr. Greg. L. I. t. 11. c. 4, Migne 200 p. 97. — „Ex tuarum litterarum" „Ex tenore tuarum" „De adolescente, qui" „De illo, qui mulierem".

„ 29. „ 11528 (7709) Henricum, archiepiscopum Remensem, constituit iudicem inter G. Siclinensis

1168—1169.

ecclesiae canonicum et Galterium magistrum. Martene Coll. II. 809, Migne 200 p. 542. — „Causam, quae inter".

Apr. 30. Beneventi 11529 (7710) (Roberto) Ambianensi et (Stephano) Meldensi episcopis mandat, ut Henrici, filii Roberti comitis, fratris Ludovici Francorum regis, et Bald. canonici de Noviomensis ecclesiae cancellaria controversiam decernat. Martene Coll. II. 810, Bouquet Rec. XV. 861, Migne 200 p. 542. — „Ex parte Henrici".

Mai. 10. 11530 (7711) Monasterii S. Benedicti super Padum privilegia quaedam confirmat. Cornelii Eccl. Ven. X. IV. 203, Speronio Ser. Adr. ep. p. 76, (Gloria Cod. dipl. Padov. II. 169). — „Sicut ex quodam".

„ 10. „ 11531 Sententiam inter monasterium S. Petri de Villa-nova et Ugonem, archipresbyterum S. Bonifatii, latam a P(etro) Castellanensi ac G(erardo) Paduano episcopis et R(ainerio) abbate S. Benedicti super Padum, confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 669, Pflugk-Harttung Iter p. 268. — „Cum pro causa".

„ 11. „ 11532 (7712) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat de investigandis puniendisque iis, qui Garini Blanci in Apuliam profecti „domum de nocte intrantes uxorem et filium eius occiderint, et res ipsius et uxoris clam rapientes, domum incendio concremarint". Martene Coll. II. 810, Migne 200 p. 543. — „Horrendum et immensum".

„ 13. 11533 (Martino) abbati et fratribus S. Vedasti concedit, ne quis in eorum fundo ecclesiam construere praesumat. De capellanis addit. Guimann Cart. de S.-Vaast d'Arras p. 86 et 158. — „Ad commodum et".

„ 16. 11534 (Adelbertum) Nemausensem et (Bernardum) Biterrensem ac abbatem S. Aegidii iudices constituit inter (Fulcrandum) praepositum et priorem ecclesiae Magalonensis, de loci iurisdictione litigantes. Mém. de la soc. de Montpellier V. 533. — „Causam quae inter".

„ 16. „ 11535 (Iohanni) episcopo Magalonensi interdicit, ne ecclesiae suae praepositum excommunicare audeat, neu impediat sacristam Magalonensem, in ecclesia S. Mariae de Villanova chorum et antechorum cum volta aedificare volentem. Mém. de la soc. de Montpellier V. 524. — „Devotionis et fidei".

„ 16. „ 11536 F(ulcrando) praeposito et canonicis Magalonensibus de prioribus et dispensatoribus in eorum ecclesiis instituendis, de sigillo capituli aliisque scribit. Ceteras causas inter eos et (Iohannem) episcopum Magalonensem terminandas se commisisse (Adelberto) Nemausensi et (Bernardo) Biterrensi episcopis ac abbati S. Aegidii. (Pro „XVIII. kal. Iun." leg. „XVII. kal. Iun.".) Mém. de la soc. de Montpellier V. 529. — „Cum venerabilis fratris".

„ 19. „ 11537 Monasterio Gorgonensi donatam anno 1126 a Theobaldo, episcopo Mariancusi, ecclesiam S. Mariae de Chiapella confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 268.

„ 19. 11538 Ecclesiae S. Leonardi in Lamavolari factam a Rainaldo de Nonanta concessionem confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 269. — „Officii nostri".

Febr. 12. „ 11716 (7829) Gilberto, episcopo Londinensi, per Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, excommunicato, significat, se (Rotrodo) archiepiscopo Rotomagensi et episcopo Exoniensi (an Nivernensi?), ut eum absolverent, mandasse. Magistrum David, canonicum Londinensem, commendat. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 93, de inscriptione epistolae cf. ibid. p. 342, Migne 200 p. 643, (Radulf. de Diceto Imag. Hist. 1170 ap. Twysden II. A. SS. I. 552, Opp. ed. Stubbs I. 337). — „Quod tibi ad praesens" („Rothomagensi archiepiscopo").

(„) („) 11717 (7830) Rotrodo, archiepiscopo Rotomagensi, et Bernardo, episcopo Nivernensi, mandat de absolvendo Gilberto, episcopo Londinensi. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 62, ed. Lupus p. 716, Migne 200 p. 644. — „Noverit discretio".

(„) („) 11718 Decano et capitulo S. Pauli Londinensi praecipit, exsolvant magistro David canonico, quae ei „de parva communia subtraxisse noscantur, ex quo hac secunda vice Boloniam (leg. Bononiae) disciplinis scolasticis intendat". Liverani Spicil. Liber. p. 544. — „Constitutus in praesentia".

„ 13. „ 11719 Abbati Pontisariensi bullam dat. Neues Archiv VII. 99. — „Quotiens illud".

„ 16. „ 11720 Monasterii Vizeliacensis tutelam suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Willelmo abbate. Bulletin de la soc. de l'Yonne XXII. 515. — „Quamvis omnium ecclesiarum".

„ 18. „ 11721 (7831) Omnibus episcopis Cantiae praecipit, ut interdicti sententiam si Rotrodus, archiepiscopus Rotomagensis, et Bernardus, episcopus Nivernensis, „in totam terram Henrici, Anglorum regis, quae citra mare consistit", protulerint, observandam curent. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 704, ed. Giles II. 42, Migne 200 p. 645. — „Noverit industria".

„ 18. „ 11722 (7832) Rogero, archiepiscopo Eboracensi, apostolicae sedis legato, et Hugoni, episcopo Dunelmensi, et aliis ecclesiarum praelatis per Eboracensem archiepiscopatum constitutis, de interdicto idem mandati dat. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 705, ed. Giles II. 47, Migne 200 p. 645. — „Noverit industria".

(„) („) 11723 (7833) (Ioscio), archiepiscopo Turonensi, et eius suffraganeis de interdicto idem mandat. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 73, ed. Lupus p. 706, Migne 200 p. 646. — „Noverit industria".

(„) („) 11724 (7834) *(Petro), archiepiscopo Bituricensi, et eius suffraganeis, de interdicto eadem praecipit. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 74, ed. Lupus p. 707. — („Noverit industria").

(„) („) 11725 (7835) *(Bertrando), archiepiscopo Burdigalensi, apostolicae sedis legato, et suffraganeis eius de interdicto observando ut superioribus litteris scribit. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 74. — („Noverit industria").

(„) („) 11726 (7836) *(Willelmo), archiepiscopo Ausciensi, et eius suffraganeis de interdicto ut supra scribit. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 74, ed. Lupus p. 707. — („Noverit industria").

1170. *(Ind. 3. — 25. Sept. — 4, pont. a. 11. — 20. Sept. — 12, 1169. — 25. Mart. — 1170.)*

(Febr.) (Beneventi) 11727 (7837) *Universis episcopis et ceteris ecclesiarum praelatis per Rotomagensem provinciam constitutis de interdicto idem praecepti dat. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 74, ed. Lupus p. 707. — („Noverit industria").

(„) („) 11728 (7838) (Rotrodo), archiepiscopo Rotomagensi, et (Bernardo), episcopo Nivernensi, scribit, delatum sibi esse, Henricum regem in Angliam transiisse. Mandat, ut intra dies 20 ad eum festinent, mandata prioribus litteris data persequantur, epistolas suas ad archiepiscopos et episcopos de observando interdicto deferendas curent. Haec addit: „regi proponatis, quod si nec sic resipuerit, personae suae, sicut nec Frederico dicto imperatori fecimus, nequaquam parcemus", Epist. S. Thomae ed. Giles II. 59, ed. Lupus p. 701, Migne 200 p. 647; cf. Reuter II. 676. — „Quoniam de vestrae".

(„) („) 11729 (7839) Rotrodo, archiepiscopo Rotomagensi, et Bernardo, episcopo Nivernensi, praescribit, quibus a Thoma, archiepiscopo Cantuariensi, excommunicatis communionem reddant, quibus denegent. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 61, ed. Lupus p. 702, Liverani Spic. Lib. p. 545, Migne 200 p. 648. — „Quoniam in aliis".

(„) („) 11730 (7840) Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, monet, ut (Willelmi) archiepiscopi Senonensis, apostolicae sedis legati, et (Rotrodi), archiepiscopi Rotomagensis, et (Bernardi), episcopi Nivernensis, consilio utatur. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 27, ed. Lupus p. 717, Migne 200 p. 649. — „Per venerabilem fratrem".

„ 21. „ 11731 (7841) Ecclesiae S. Mariae Vibergensis protectionem suscipit, canonicorumque possessiones ac privilegia confirmat, petente Suenone praeposito. Thorkelin Diplom. Arna-Magn. I. 24, Migne 200 p. 649. — „Pie postulatio voluntatis".

(„) („) 11732 (7842) Waldemaro, Danorum regi, significat, se Suenoni Arusiensi et Nicolao Vibergensi episcopis negotium dedisse, commonerent Margaretam, nobilem mulierem, ut terram de Culsne et ecclesiae Wengensis ornamenta fratribus Calvensibus restitueret. Monachis ut opituletur, monet. Langebek SS. R. Dan. V. 246, Migne 200 p. 651. — „Noverit excellentia".

„ 24. „ 11733 (7843) T(homae), archiepiscopo Cantuariensi, praecipit, „ut, si Henricus, Anglorum rex, filium suum coronari voluerit et in regem inungi, ei manum nequaquam imponat, nec ab alio quolibet imponi permittat, nisi prius illud iuramentum exhibeat, quod alii reges, eius praedecessores ecclesiae Dei et specialiter Cantuariensi impendere consueverunt, et nisi universos ab observatione consuetudinum suarum et sacramentis illis, quae ultimo ab hominibus Angliae extorta fuerunt, prorsus absolvat". Wilkins Conc. I. 458, (Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 683, ed. Giles II. 26, Migne 200 p. 652). — „Ex commissi vobis (al. nobis)".

„ 26. ap. Cerumar (al. ap. Cisvinarium) 11734 (7844) Rogero, archiepiscopo Eboracensi, apostolicae sedis legato, Hugoni Dunelmensi et universis episcopis Angliae interdicit, „ut si illustris rex Anglorum filium suum, dum Thomas, Cantuariensis archiepiscopus, in exilio fuerit, coronari voluerit et in regem inungi, nullus ei manum imponere praesumat". Wilkins Conc. I. 459, Rymer Foedera I. 25, Mansi XXI. 898, (Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 682, ed. Giles II. 47, Migne 200 p. 653). Cf. Reuter II. 683. — „Quoniam ad audientiam".

(„) 11735 (7845) Rogero, archiepiscopo Eboracensi, et omnibus episcopis Angliae interdicit, ne ecclesiae Cantuariensis iura laedant. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 682, ed. Giles II. 46, Migne 200 p. 653. — „Quantae auctoritatis et".

„ 26. Harene (Cairani?) 11736 Henrico, abbati S. Petri Pratellensi, asserit ecclesiam S. Audoeni de Brotona cum universis beneficiis, a Roberto comite de Mellent concessam. („Carta data Harene per manum magistri Graciani IIII. kal. Martii;". Non est, cur bullae fidem suspicemur, licet clausulam a librario nescio quo aut valde corruptam aut omnino additam esse pateat. Annum 1170 Iaffëus statuit, quocum bullam Leop. Delisle communicaverat; idemque inter uncos apposuit „Cairani"?) In Archiv dép. de l'Eure in Evreux. Cartul. de St.-Pierre-de-Préaux f. 7b. — „Iustis petentium desideriis".

Mart. 5. ap. S. Germanum 11737 (7846) Quendam monet, ne ab Haiderico, propterea quod nepos eius puer inter sagittandum necatus sit, centum solidos expostulet. (Pro: „III. non. Maii" leg.: „III. non. Martias".) Martene Coll. II. 821, Migne 200 p. 653. — „Ex latore praesentium".

„ 7. „ 11738 (7847) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Harduinum aliosque, qui „in Balduinum presbyterum violentas manus iniecerint", excommunicet. Martene Coll. II. 820, Migne 200 p. 654. — „Querelam Baldnini".

1170. *(Ind. 3. — 25. Sept. — 4, pont. a. 11. — 20. Sept. — 12, 1169. — 25. Mart. — 1170.)*

Mart. 7. ap. S. Germanum — 11739 (7848) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur G. et Hu. sacerdotes, ut A. latori huius epistolae ablatam ecclesiam restituant. Martene Coll. II. 820, Migne 200 p. 654. — „Ex conquestione A."

„ 10. „ — 11740 (7849) B. decano et capitulo S. Martini Turonensi praescribit, ut „omnia, quae W(illelmus), Senonensis archiepiscopus, ac sedis apostolicae legatus, et Stephanus, Meldensis episcopus, de capituli reditibus et praeposituris statuerint, firmiter observent; ac eis iniungit, ut processio purificationis b. Mariae candelis redditis, ut soleant, perpetuo deinceps celebretur". Rec. sur S. Martin de Tours pièces iustif. p. 21, teste Bréquigny Table chron. III. 313.

„ 11. ad S. Petrum de Cameto — pervenit „V. Id. Maii" (leg. puto, ut apud Muratorium R. It. SS. VII. 874: „V. Id. Martii"). Annal. Ceccanenses 1170 in MG. SS. XIX. 286.

16? Verulas — pervenit. Vide Annales Ceccanenses 1170 in MG. SS. XIX. 286, ubi pro „XV. kal. Apr." legendum videtur „XVII. kal. Apr.", quo die papam Verulis fuisse ex subsequentibus bullis patet.

„ 16. Verulis — 11741 (7861) Canonicis Pisanis „venditiones vel infeudationes sive alienationes aut obligationes, quas intrusus abbas monasterii Sextensis de thesauro vel possessionibus monasterii fecit, cassatas" nunciat. Ughelli It. sacr. III. 405, Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 30, Migne 200 p. 663. (Autographum bullae praebet: „XVII. kal. Apr.", vide Pflugk-Harttung Iter p. 75.) — „Qualiter monasterium".

16. — 11742 (7852) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut Galterum sacerdotem, „qui in huius turbationis principio ex episcopatu Tullensi propter schismaticorum malitiam ad partes Remenses cum matre, fratre quoque et sorore diverterit", clericum ordinet, munerique praeponat. („XVII. kal. Apr.") Martene Coll. II. 822, Migne 200 p. 656. — „Ex transmissa nobis".

„ 18. „ — 11743 Ab Henrico, quondam episcopo Trecensi, constitutum in ecclesia cathedrali „loco praepositurae decanatum" confirmat. Lalore Coll. des cartul. V. 34. — „Ad aures nostras".

„ 18. — 11744 (7850) Quibusdam mandat, iudicent inter Gerardum et Ar., de hereditate consanguinei cuiusdam, nomine Manger, litigantes. Martene Coll. II. 822, Migne 200 p. 655. — „Querelam Girardi".

„ 18. „ — 11745 (7851) Henrico, archiepiscopo Remensi, praecipit, ut „suffraganeis suis et praesertim B(artholomaeo) Bellovacensi episcopo nullum contra sanctorum patrum statuta vel praeter antecessorum suorum antiquam et rationabilem consuetudinem gravamen infligat". Martene Coll. II. 823, Bouquet Rec. XV. 881, Migne 200 p. 655. — „Sicut tibi a".

20. — 11746 (7853) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Arwinum ab abbate S. Remigii excommunicatione absolutum, nisi Rolando ablata intra dies 15 restituerit, iterum excommunicet. Martene Coll. II. 823, Migne 200 p. 657. — „Conquerente nobis Rolando".

21. — Leonatem, abbatem Piscariensem, ecclesiae Romanae diaconum facit „XII. kal. Apr., sabbato ante dominicam de passione". Chron. Casaur. 1170 ap. Muratori R. It. SS. II. II. 907.

24. — 11747 Universis consulibus civitatum Lombardiae, Marchiae et Romagnolae et aliis omnibus tam minoribus quam maioribus in societate et coniunctione Lombardorum existentibus nuntiat, sese eorum consules et rectores ad sedem apostolicam venientes „pro verbo, quod (Eberhardus) Pavember(gensis) episcopus ex parte F(riderici) detulerit", benigne recepisse omnibusque cardinalium consiliis „licet praeter ecclesiae consuetudinem fuerit", interesse fecisse. „Inter quae" inquit „idem Pavember(gensis) hoc unum adiecit, quod F(ridericus) de persona nostra, sive de honore et dignitate, quam licet insufficientes habemus, nullam nobis quaestionem movebat, sed alia quaedam sibi fieri postulavit, quibus sicut nec debuimus non duximus aliquatenus acquiescendum. Quae autem illa fuerint, praenominati consules vobis poterunt voce viva plenius aperire." Scribit, se ad pacem et tranquillitatem Lombardiae conservandam (Udalrico) patriarchae Aquileiensi, (Galdino) archiepiscopo Mediolanensi, et Odoni, S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali, apost. sed. legatis, ac universis episcopis per civitates eorum constitutis, mandasse, ut si qui coniurationem contra foedus eorum fecerint, eos excommunicent. Addit haec: „Ceterum si Tusci vobis adiungi

1170. *(Ind. 3. — 25. Sept. — 4, pont. a. 11. — 20. Sept. — 12, 1169. — 25. Mart. — 1170.)*

noluerint, et in vestra civitate manere, vos stratam per Tusciam dirigi nullatenus permittatis, sed Parmensibus firmiter iniungatis, quod eam per civitatem suam et sic versus Bononiam faciant teneri, et a Tuscia donec vobis iungatur penitus prohiberi; . . . nihilominus etiam vobis iniungimus, ut mercatores de Tuscia in terris vestris nec manere nec mercari neque venire sinatis, neque vestros seu ultramontanos negotiatores ad eos transire quomodolibet permittatis". (Verba „Ceterum si — prohiberi" corrupta falsoque loco posita esse, contendit Prutz II. 179; qua ratione non video.) Boselli Storie Piacentine p. 322, Böhmer Acta imp. sel. II. 600: „VIIII. kal. Apr.", Vignati Stor. dipl. della lega Lomb. p. 201, Vignati Cod. dipl. Laud. II. 60: „VI. kal. Apr.". — „Non est dubium".

Mart. 25. Verulis 11748 (7854) Firmano, Asculano, Camerinensi episcopis, et G. subdiacono suo, Auximano procuratori, et Fontis Avellani priori mandat, ut monasterii Piscariensis possessiones iniuste occupatas Leonati abbati restitui iubeant. Chron. Casaur. ap. Muratori R. It. SS. II. II. 912, Migne 200 p. 657. — „Quanto dilecti".

„ 25. „ 11749 Eustachio abbati et fratribus S. Petri Selincurtensis privilegium concedit. Neues Archiv VII. 99. — „Cum inter vos".

„ 26. „ 11750 (7855) P. decano et toti capitulo Suessionensi praecipit, ut P., clerico Ludovici Francorum regis, subtractum praebendae reditum restituant. Martene Coll. II. 824, Bouquet Rec. XV. 882, Migne 200 p. 658. — „Quanta sit in".

(„) („) 11751 (7856) Praepositum, decanum et archidiaconum et universum capitulum Autissiodorense hortatur, ut magistro P. „beneficium praebendae suae, quam in ecclesia eorum possideat, usque ad triennium, vel saltem usque biennium concedant". Duchesne H. Fr. SS. IV. 688, Bouquet Rec. XV. 882, Migne 200 p. 658. — „Invitat nos officii".

„ 29. „ 11752 (7857) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut fratrum Compendiensium iura tueatur, resque ablatas iis restitui cogat. Martene Coll. II. 825, Bouquet Rec. XV. 884, Migne 200 p. 659. — „Conquesti sunt nobis".

„ 29. „ 11753 (7858) Quibusdam mandat, ut inter Nicolaum, civem Catalaunensem, et magistrum domus S. Iacobi iudicium faciant. Martene Coll. II. 826, Migne 200 p. 659. — „Suggestum est nobis".

„ 29. „ 11754 (7859) (Henrico) Remensi et (Rotrodo) Rotomagensi archiepiscopis mandat, ut ecclesiam S. Petri Selincurtensem ab adversariorum iniuriis tueantur, eosque ad restituenda ablata cogant. Martene Coll. II. 826, Bouquet Rec. XV. 883, Migne 200 p. 660. — „Ad hoc cura universalis".

„ 29. „ 11755 *Ecclesiae Caietanae privilegia et possessiones, petente Rainaldo episcopo, confirmat. D'Avino Cenni storici p. 238.

„ 30. „ 11756 Ecclesiam Lingonensem tuendam suscipit eiusque possessiones confirmat, petente Waltero episcopo. (Clausula deest.) In bibl. nat. Paris. Cart. Lingon. ms. lat. 17100. s. XVIII. f. 4, cf. Fyot Hist. de St.-Etienne de Dijon Pr. p. 43, (Ad hanc, nisi fallor, bullam pertinet clausula, quae praebetur in Neues Archiv VII. 99). — „In eminenti apostolicae sedis" „In eminenti sedis".

„ 30. „ 11757 (7860) Ecclesiam S. Mammetis Lingonensem tuendam suscipit, bonaque eius confirmat, petente Manasse decano. Gall. Chr. IV. Instr. p. 184, Migne 200 p. 661. — „Officii nostri nos".

Apr. 2. „ 11758 (7862) Monasterium S. Geruntii Calliense tuendum suscipit et eius bona confirmat, petente Alloderio abbate. Ughelli It. sacr. II. 813. — „Iustis religiosorum".

„ 2. „ 11759 (7863) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Iohannem, canonicum Laudunensem, et Ilc. mulierem, de hereditate litigantes, ad (Theobaldum) episcopum Ambianensem in ius adire compellat. Martene Coll. II. 827, Migne 200 p. 663. — „Causam, quae inter".

„ 2. „ 11760 (7864) Henricum, archiepiscopum Remensem, ut Stephanum canonicum muneri praeficiat, hortatur petente „B(eatrice) relicta bonae memoriae R(ogerii) quondam Siciliae regis". Martene Coll. II. 828, Bouquet Rec. XV. 884, Migne 200 p. 664. — „Quanto rarius tibi".

„ 2. „ 11761 (7865) Henrico, archiepiscopo Remensi, de Stephani canonici et abbatis S. Remigii controversia mandata dat. Martene Coll. II. 829, Migne 200 p. 664. — „Iam pridem dilectus".

1170. *(Ind. 3. — 25. Sept. — 4, pont a. 11. — 20. Sept. — 12, 1169. — 25. Mart. — 1170.)*

Apr. 5. Verulis 11762 Fulcando, abbati S. Iohannis de Valcia, asserit „annuale praebendarum ecclesiae Carnotensis, a W(illelmo), archiepiscopo Senonensi, apostolicae sedis legato, concessum". Ex chartul. S. Iohannis in Valle ms. lat. 5481. p. 157 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Significatum est".

„ 5. „ 11763 Ecclesiae Glasguensis patrocinium suscipit, ac possessiones confirmat, petente Engelranno episcopo. Registrum ep. Glasg. I. 23. — „In eminenti apostolice".

„ 7. 11764 Canonicis S. Crucis Aurelianensibus ecclesias quasdam, a M(anasse) episcopo concessas, asserit. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 78. f. 15. — „Iustis petentium desideriis".

„ 11. 11765 Fratribus S. Aegidii mandat, praecipiant monachis suis „obedientiariis", ne alias quam monasterii ecclesias administrandas recipiant, utque, si quas detineant, omnino dimittant. Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 81. — „Relatum est nobis".

17. „ 11766 Monasterii Bonae-vallis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Hugone abbate. In chartul. Bonavallensi, quod composuit et possidet Ulyxes Chevalier Romanensis.

„ 17 „ 11767 Monasterii Molismensis tutelam suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Theobaldo abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 244. — „Iustis petentium desideriis".

„ 18. 11768 (7866) Iohanni, episcopo Bononiensi, eiusque successoribus bona, ab Anastasio IV. Gerardo episcopo pro libris centum per emphyteusin data, asserit ea lege, ut episcopi duas argenti puri libras quotannis sedi Romanae persolvant. (Notae chronologicae sunt corruptae.) Savioli Ann. Bol. II. 11. 27. — „Sacrosancta Romana".

20. 11769 Fratribus Molismensibus possessiones quasdam asserit. Quantin Cart. gén. de l'Yonne II. 293, Pflugk-Harttung Acta I. 247. — „Iustis petentium desideriis".

„ 20. 11770 Monasterium b. Mariae Viconiense tuendum suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Stephano abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 76. f. 104, (Neues Archiv VII. 99). — „Quotiens illud a nobis".

„ 22. „ 11771 (7867) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut ecclesiam Viconiensem ab adversariorum iniuriis defendat. Martene Coll. II. 829, Migne 200 p. 665. — „Audierunt plures".

„ 24. „ 11772 (7868) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut ecclesiam Viconiensem, aere alieno oppressam, „a solutione usurarum absolvat". (Pro „VIII. kal. Martii" leg. „VIII. kal. Maias".) Martene Coll. II. 831, Bouquet Rec. XV. 884, Migne 200 p. 666. — „Gravamina Viconiensis".

„ 24. „ 11773 (7869) Po. decano et toti capitulo Suessionensi praecipit, ut Petrum canonicum excommunicatum et eiectum in integrum restituant. Martene Coll. II. 830, Migne 200 p. 665. — „Cum tu, fili".

„ 24. 11774 Capitulo Pisano nuntiat, controversiam eius cum monachis S. Ruxorii super parte quadam Tumuli compositam esse. Pflugk-Harttung Iter p. 271. — „Sicut equum est".

25. „ 11775 Ecclesiae S. Martini Turonensis tutelam suscipit possessionesque et privilegia confirmat, petente Bartholomaeo decano. Ex bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 385. n. 246. Misit Delisle. — „Cum omnibus ecclesiis".

„ 26. 11776 Monasterii S. Silvestri Nonantulani possessiones et iura confirmat, petente Alberico abbate. Pflugk-Harttung Iter p. 271. — „Apostolicae sedis".

„ 26. 11777 (7870) A(lberico) abbati et fratribus et universo clero et populo Nonantulano affirmat, (Henrico) episcopo Mutinensi privilegium in monasterii iniuriam tributum non esse. Tiraboschi St. di Non. II. 303, Migne 200 p. 667. Cf. Pflugk-Harttung Iter p. 64. — „Comperto ex relatione" „Comperto nobis ex".

26. 11778 Hen(rico) episcopo Mutinensi, sese litteras apostolicas habere, quibus libertates monasterii Nonantulani diminuantur, iactanti, scribit, sola privilegia, quae sint bulla munita, valere. Pflugk-Harttung Iter p. 271. — „Dilectissimum abbatem".

„ 26. 11779 (7871) Sententiam ab Odone, S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali, legato apostolico, de S. Benedicti ecclesia latam inter monachos Nonantulanos et Offredum, episcopum Cremonensem, confirmat. Tiraboschi St. di Non. II. 293, Migne 200 p. 668. — „Ea, que ab apostolice".

„ 26. „ 11780 (7872) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Petro, canonico Suessionensi,

1170. *(Ind. 3. — 25. Sept. — 4, pont. a. 11. — 20. Sept. — 12, 1169. — 25 Mart. — 1170.)*

praebendam ablatam, nisi decanus et capitulum eam reddiderint, ipse reddat. Martene Coll. II. 832, Bouquet Rec. XV, 885, Migne 200 p. 669. — „Ad tuae discretionis".

Apr. 27. Verulis 11781 (7873) Canonicis Pisanis, quod G., notarium suum, ecclesiae Pisanae canonicum elegerint, gratias agit. Eorum cum S. Savini monachis controversiam archiepiscopi arbitrio commissam esse. Ughelli It. sacr. III. 404, Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 31, Migne 200 p. 669. — „Devotionis vestrae",

„ 28. 11782 (7890) Ad monasterii Piscariensis ecclesiam, qui die translationis corporis S. Clementis papae accesserint, iis peccata condonat. Chron. Casaur. ap. Muratori R. It. SS. II. 11. 907, Migne 200 p. 682. — „Licet omnes".

„ 29. „ 11783 Ecclesiae S. Iohannis de Vineis concessam a capitulo Suessionensi cum assensu b. m. Gosleni episcopi ecclesiam S. Martini de Monte-Mirelli confirmat. Chartul. S. Ioh. de Vineis s. XIII. ms. lat. 11004. f. 11[b] in bibl. nat. Paris. — „Iustis petentium desideriis".

„ 29. 11784 (7874) Universo capitulo abbatum Praemonstratensis ordinis interdicit, ne pro abbate initiando palafredum dari archidiaconis sinant. Le Paige Bibl. Praem. p. 630, Migne 200 p. 670. — „Inhonestis et pravis".

Apr. Mai. „ 11785 W. decano et capitulo (S. Leodegarii) Suessionensi asserit facultatem malefactorum ecclesiae excommunicandorum „episcopo inconsulto". (Pro „Verat. II. Martii" legendum esse puto „Verulis II. . . . Maii".) Pécheur Cartul. de S. Léger de Soissons p. 40. — „Cum inter vos".

Mai. 1. „ 11786 (7875) Po. decano et toti capitulo Suessionensi praecipit, ut „P(etrum) canonicum fructus praebendae suae integre faciant possidere, et quamdiu fuerit in servitio ecclesiae, vel episcopi, aut in scholis, sine iudicio et legitima citatione eum fructibus praebendae privare nullatenus praesumant". Martene Coll. II. 832, Bouquet Rec. XV. 886, Migne 200 p. 670. — „Iniunctum nobis apostolatus".

1. 11787 (7876) Henricum, archiepiscopum Remensem, iam iterum monet, ut Balduino de cancellaria ecclesiae Noviomensis „nullam molestiam inferat". Martene Coll. II. 833, Migne 200 p. 671. — „Non excidit a".

3. „ 11788 (7877) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Guidonis consanguineos, propter violatam P. Berengaudi domum a (Guidone) episcopo Catalaunensi anathematizatos, „sine banno, cum ei, cui damnum intulerint, satisfecerint, prorsus absolvat". Martene Coll. II. 833, Migne 200 p. 671. — „Pervenit ad nos, quod".

9. „ 11789 (7878) Monasterium Casae Marii tuendum suscipit et eius bona ac iura confirmat, petente Gregorio abbate. Ughelli It. sacr. I. 1392, Rondinini Mon. Casaemar. brev. hist. p. 24, Migne 200 p. 671. — „Piae postulatio voluntatis".

10. 11790 Radulpho decano et canonicis Ambianensibus altaria de Blangio et Kaagium „cum quibusdam hospitibus et pertinentiis" asserit. (Fragmentum.) Thierry Rec. des mon. inéd. I. 58, (Neues Archiv VII. 99). — „Iustis petentium".

12. 11791 (7879) F. decano et capitulo Remensi praecipit, ut Robertum presbyterum insidiose accusatum „absque actione alicuius pecuniae absolvant". Martene Coll. II. 834, Migne 200 p. 674. — „Querelam Roberti".

13. 11792 (7880) Richardum priorem et capitulum S. Victoris Parisiensis hortatur, ut Ervisio abbati obediant; cui mandatum sit, „ut negotia ecclesiae tam intrinseca quam extrinseca cum consilio maioris et sanioris partis capituli dirigat et pertractet". Richardi S. Victoris Paris. Opp. ed. Rotomag. in pag. secunda praefationis. (Martene Coll. VI. 264, Bouquet Rec. XV. 886, Migne 200 p. 675.) — „Saepius dilectum".

14. „ 11793 (7881) Pacem ab Hugone, episcopo Rutenensi, et eius fratre, Hugone comite Rutenensi, constitutam comprobat. (Aliena verba sunt: „pontificatus nostri anno secundo".) Marca de primatu p. 409, Marcae diss. tres p. 281, Mansi XX. 889, et XXI. 1045, Gall. Chr. I. Instr. p. 51, Bouquet Rec. XV. 886, Migne 200 p. 675. — „Quoties ea, quae".

„ 14. „ 11794 (7882) (Gualtero), episcopo Tornacensi, permittit, ut, ob abundantiam possessionum ecclesiae suae numerum praebendarum ad quadraginta augeat. (Pro: „II. id. Martias" leg. „II. id. Maias".) Miraei Opp. dipl. II. 973, Gall. Chr. III. Instr. p. 48, Migne 200 p. 677. — „Significatum est".

„ 16. „ 11795 Parthenonis Burburgensis patrocinium suscipit possessionesque et privilegia confirmat, petente Claricia abbatissa. Cartul. de l'abb. de Bourbourg. ms. lat. 9920. f. 41,

1170. *(Ind. 3. — 25. Sept. — 4, pont. a. 11. — 20. Sept. — 12, 1169. — 25. Mart. — 1170.)*

ms. lat. 9921 second livre f. 8[b] in bibl. nat. Paris., (Wauters Table chron. II. 509, Coussemaker Notice p. 48). — „Quociens illud a nobis“ „Quotiens a nobis illud“.

Mai. 21. Verulis 11796 Ecclesiae Castellanae tutelam suscipit possessionesque et privilegia confirmat, petente Iordano priore. Muzi Mem. eccl. di Città di Castello II. 88. — „Officii nostri nos“.

„ 21. 11797 P(etro) abbati et fratribus Massiliensibus concedit, ne quis rebus ad monasterium pertinentibus iniurias inferre praesumat. Coll. des Cartulaires IX. 263. — „In apostolica“.

„ 21. 11798 (7883) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut P. diaconum Sidone ordinatum, ex Oriente reducem, beneficio ecclesiastico impertiat. Martene Coll. II. 835, Migne 200 p. 678. — „Dilectioni tuae notificamus“.

23. 11799 (7884) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, disceptet controversiam inter U. et fratres eius Nicolaum atque monachos Auncienences (Aquicinctinenses?) et controversiam inter fratres S. Foillani ac canonicos S. Vincentii. Martene Coll. II. 835, Migne 200 p. 678. — „Veniens ad apostolicae“.

„ 23. „ 11800 (7885) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat vicedominum Pinginiacensem, ut illata fratribus Caricampi damna reconcinnet. Martene Coll. II. 837, Bouquet Rec. XV. 887, Migne 200 p. 679. — „Ex transmissa conquestione“.

„ 23. 11801 (7886) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat B. de S. Gualarico, ut fratribus Cari-campi debitas marcas 68 persolvat. Martene Coll. II. 838, Bouquet Rec. XV. 888, Migne 200 p. 679. — „Licet universis Dei“.

„ 25. 11802 (7887) Henrico, archiepiscopo Remensi, nuntiat, Her. latorem huius epistolae, per I. vicearchidiaconum Remensem anathematizatum, a sese absolutum esse, eiusque causam arbitrio (Theobaldi) episcopi Ambianensis et F(ulconis) decani Remensis permissam. Martene Coll. II. 839, Migne 200 p. 680. — „Veniens ad apostolicam“.

„ 25. 11803 (7888) F(ulconi) decano et capitulo Remensi mandat, ut Viviani presbyteri, de furto fraudulenter accusati ac per G(uidonem) episcopum Catalaunensem delecti et excommunicati, causam diiudicent. Martene Coll. II. 839, Migne 200 p. 681. — „Veniens ad praesentiam“.

„ 26. 11804 Parthenonis S. Austrebertae Mosteriolensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Ida abbatissa. Coll. Moreau t. 76. f. 108, Coll. Grenier t. 257. f. 199 in bibl. nat. Paris. — „Effectum insta postulantibus“.

„ 27. 11805 (7889) F(ulconi) decano et capitulo Remensi mandat, ut magistrum I., vicarium archidiaconi, et Thomam presbyterum, qui „in Theobaldum clericum violentas manus iniecerint et eum post factam ad ipsum appellationem carceri manciparint, ab omni officio et beneficio ecclesiastico suspendant et excommunicatos publice denuncient“, donec illi de illatis iniuriis satisfecerint. Martene Coll. II. 840, Migne 200 p. 681. — „Veniens ad apostolicae“.

„ 28. 11806 (7894) Willelmo, archiepiscopo Senonensi, datum iam pridem Parisiis praeceptum renovat, ut, suffraganeis Parisios convocatis, Petri, quondam episcopi Parisiensis, sententiam: „quod Christus secundum quod est homo, non est aliquid“, tollendam curet, ac docere magistros iubeat: esse, „Christum, sicut perfectum Deum, sic et perfectum hominem, ac verum hominem ex anima et corpore consistentem“. (Epistolam datam esse „Verulis V. kal. Iunii“ docet cop. s. XIII in bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992. f. 138.) Mansi XXII. 119. 239, Gall. Chr. VII. Instr. p. 73, Bouquet Rec. XV. 968, Migne 200 p. 685. — „Cum in nostra olim“.

„ 29. 11807 (7891) Episcopo cuidam mandat, ut Herbertum, civem Catalaunensem, a Rolando capellano post factam ad sedem apostolicam appellationem excommunicatum, absolvat. Martene Coll. II. 843, Migne 200 p. 683. — „Ex transmissa conquestione“.

(„) 11808 (7892) Willelmo, archiepiscopo Senonensi, respondet, „quoniam Londinensis episcopus (Gilbertus) ad sese nequaquam accessisset, nihil de causa se statuisse“. Affirmat, se de negotio Thomae, archiepiscopi Cantuariensis, post eius (Willelmi) discessum nihil mutasse, „licet“ inquit „rex Anglorum nos exinde per consules Lombardiae, qui una cum nuncio eius praesentes erant, et per nuncios carissimi in Christo filii nostri Manuelis, illustris Constantinopolitani imperatoris, instantissime sollicitaret, ut ei tempus deberemus aliquantulum prolongare“. Monet, ut (Rotrodum), archiepiscopum Rotomagensem, et Bernardum, episcopum Nivernensem, ad exsequenda

		1170. *(Ind. 3. — 25. Sept. — 4, pont. a. 11. — 20. Sept. — 12, 1169. — 25. Mart. — 1170.)* mandata sua adhortetur. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 70, ed. Lupus p. 784, Mansi XXI. 900, Liverani Spicil. Liber. p. 548, Migne 200 p. 685. — „Litteras, quas nobis“.
Iun.	2.	ulis 11809 (7893) (Petro) Bituricensi, (Henrico) Remensi, (Ioscio) Turonensi, (Rotrodo) Rotomagensi archiepiscopis mandat, ut „singuli in provincia sua, ascitis prudentibus et religiosis viris, pravam doctrinam, quam adhuc quidam teneant et praedicent, quod Christus secundum quod sit homo non sit aliquid, penitus abrogare curent, et Christum sicut perfectum Deum sic et perfectum ac verum hominem ex anima et corpore secundum quod homo consistentem tenendum et praedicandum praecipiant“. Martene Coll. II. 843, Bouquet Rec. XV. 888, Migne 200 p. 684. — „Eis, qui disponente“.
„	5.	„ 11810 (7895) Hospitale S. Blasii iuxta Modoetiam tuendum suscipit, petente Ardico magistro. Giulini Mem. d. Mil. VI. 542, Frisi Mem. d. Monza II. 69, Migne 200 p. 685. — „Ad hoc in“.
„	11.	„ 11811 Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ne fratres militiae templi super elemosynis a fidelibus collatis a quoquam vexari sinant. Prutz Malt. Urk. p. 41. n. 14. — („Quanto dilecti filii“.)
„	15.	„ 11812 (7896) Decanum et capitulum ecclesiae Carnotensis hortatur, ut Philippo, filio Roberti comitis, „reditus praebendae suae non tamquam forinseco, sed tamquam intrinseco cum integritate reddant“. Martene Coll. II. 844, Bouquet Rec. XV. 889, Migne 200 p. 686. — „Quantum Philippus“.
„	15.	„ 11813 (7897) Henricum, archiepiscopum Remensem, de litteris pro Philippo nepote eius ad (Willelmum) archiepiscopum Senonensem et ad capitulum Carnotense datis certiorem facit. Martene Coll. II. 845, Bouquet Rec. XV. 889, Migne 200 p. 687. — „Probata fides et“.
„	16.	11814 (7898) Henrico, archiepiscopo Remensi, de decem auri marcis sibi donatis et „Eust. magistro militiae templi Parisius assignatis“ gratias agit. Fratres militiae templi commendat. Martene Coll. II. 845, Bouquet Rec. XV. 889, Migne 200 p. 687. — „Quod nobis in“.
„	20.	„ 11815 (7899) Petente G(erardo), archiepiscopo Spalatino, confirmat legem, ne archiepiscoporum ad imperatorem Constantinopolitanum et ad Hungariae regem itinera clericis Spalatinis sumptum afferant. Farlati Ill. sacr. III. 192, Migne 200 p. 688. — „Quotiens ab apostolica“ („Quotiens apostolicae“).
„	25.	„ 11816 (7900) Monasterium S. Stephani de Vallibus tuendum suscipit et eius bona iuraque confirmat, petente Willelmo abbate. Grasillier Cart. inéd. de la Saintonge I. 51, (Gall. Chr. II. Instr. p. 476, Migne 200 p. 688). — „Desiderium quod ad“.
Iun.-Iul.		„ 11817 (7901) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ne bona fratrum militiae templi violari patiatur. („Data II. Iulii“.) Martene Coll. II. 846, Migne 200 p. 690. — „Fratres militiae“.
Iul.	17.	„ 11818 (7902) H(enrico), archiepiscopo Remensi, mandat, ut Rad. de Cociaco, qui, „capella fratrum militiae templi confracta, hominem inde violenter extraxerit“, excommunicet. Martene Coll. II. 846, Bouquet Rec. XV. 890, Migne 200 p. 690. — „Referentibus nobis“ „Requirentibus nobis“.
„	20.	„ 11819 Raimundo abbati et fratribus S. Ruffi concedit, ne de novalibus vel de nutrimentis animalium decimas solvant, utque canonicos „cum episcopi opportunitatem non habuerint, tonsorare et coronam facere“ eis liceat. Codex dipl. ord. S. Ruffi, quem composuit et possidet Ulysses Chevalier Romanensis, f. 15. — „Iustis petentium desideriis“.
„	21.	„ 11820 Canonicos S. Antonini Placentinos hortatur, ut hospitium aliaque debita obsequia episcopo Placentino praestent. Wiener Sitzungsber. XCIV. 669. — „Ex parte“.
„	21.	„ 11821 (7903) Henrico, archiepiscopo Remensi, scribit de milite quodam, in coemeterio fratrum militiae templi sepulto ac postea effosso, in eodem coemeterio iterum sepeliendo nisi fuerit excommunicatus. Martene Coll. II. 847, Migne 200 p. 690. — „Significaverunt nobis“.
„	25.	„ 11822 (7904) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Guidonem ecclesiae B. Iohannis Suessionensis canonicum in eandem, quam deseruerit, ecclesiam, vel invito abbate, infra triginta dies post litterarum susceptionem reducat. Martene Coll. II. 847, Migne 200 p. 691. — „Officii nostri nos“.

1170. *(Ind. 3. — 25. Sept. — 4, pont. a. 11. — 20. Sept. — 12, 1169. — 25. Mart. — 1170.)*

Iul. 30. Verulis 11823 (7905) (Petro) abbati S. Remigii, et Fulconi, decano Remensi, controversiam N. clerici laicorumque quorundam dirimendam delegat. Sirmondi Opp. III. 855, Mansi XXI. 925, Migne 200 p. 691. — „Ex litteris, quas".

„ 30. „ 11824 (7906) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat Thomam burgensem S. Remigii, ut extortam matri Milonis pecuniam restituat. Martene Coll. II. 848, Migne 200 p. 692. — „Perlatum est ad".

30. 11825 (7907) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut I. procuratoris archidiaconi Remensis et Hubaldi burgensis de castro S. Remigii controversiam disceptet. Martene Coll. II. 849, Migne 200 p. 693. — „Pervenit ad nos, quod".

30. 11826 (7908) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter abbatissam S. Petri et (Petrum) abbatem S. Remigii. Martene Coll. II. 849, Bouquet Rec. XV. 890, Migne 200 p. 692. — „Significavit nobis".

Aug. 6. „ 11827 R(aimundum) abbatem S. Aegidii, iureiurando obstrictum, sese annuatim limina apostolorum visitaturum esse, solvit eique praecipit, ut iuxta consuetudinem episcoporum et abbatum ultramontanorum „singulis bienniis per se vel per nuntium sedem apostolicam visitet". Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 82. — „Relatum est auribus".

„ 8. „ Vide Theiner Cod. dipl. dom. temp. s. sed. I. p. 20. n. XXVII et XXVIII.

„ 11828 (7909) Ecclesiae S. Andreae Mussianensis patrocinium suscipit et possessiones iuraque confirmat, petente Angelo priore. Lami Eccl. Fl. M. II. 1311, Migne 200 p. 693. — „Officii nostri".

„ 11829 Ecclesiae Petragoricensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Petro episcopo. In bibl. nat. Paris. Coll. de Périgord t. 30. f. 269. — „In eminenti apostolicae".

Sept. 2. „ 11830 (7910) Henricum, archiepiscopum Remensem, et P. abbatem S. Luciani constituit iudices inter Adelelmum et eius uxorem. (Pro „IV. non. Octobr." leg.: „IV. non. Septembr.".) Martene Coll. II. 850, Migne 200 p. 695. — „Causam, quae super".

„ 8. „ „Celebrata nativitate beate Marie, cum fratribus suis de Verulano exiens et versus Tusculanum procedens". Bosonis card. Vita Alexandri ap. Watterich II. 416.

„ 9. „ 11831 (7911) Ecclesiae S. Sepulcri Hierosolymitanae protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Petro priore. Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 296, Migne 200 p. 695. — „Quotiens a nobis".

10. „ 11832 (7912) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, ita scribit: „si nos in causa tua remissius egisse videmur, non ex eo processit, quod causam ipsam nobis tecum et cum Anglicana ecclesia non credamus esse communem, sed quia patientia utendum esse credidimus". Nunc Rogerum, archiepiscopum Eboracensem, „et reliquos episcopos, qui iuramentum de conservandis iniquis consuetudinibus praestiterint, ab episcopali suspendit dignitate", (Iocelinum) Sarisberiensem et (Gilbertum) Londinensem episcopos, qui coronando novo regi interfuerint, anathematizat, (Walterum) Roffensem episcopum et Gaufredum Ridel, archidiaconum Cantuariensem, iuste excommunicatos esse scribit, G(odefridum) episcopum S. Asaph „auctoritati et potestati eius relinquit". De „inimicis ecclesiae, qui etiam regno Francorum sint in insidiis, et Matisconensem civitatem invaserint", quid Ludovico Francorum regi videatur, quaeri vult. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 32, ed. Lupus p. 834, Migne 200 p. 699. — „Inter multiplices curas".

„ 12. „ 11833 Radulpho decano et canonicis Ambianensibus bullam dat. Neues Archiv VII. 99. — „Iustis petentium".

„ 12. Alatriae 11834 Ecclesiam S. Mariae de Valle (al. Villa) Gemini protectionem suscipit, possessionesque et iura confirmat. Wiener Sitzungsber. XCVII. 63, Pflugk-Harttung Iter p. 272. — „Ad hoc universalis".

„ 16. Ferentini 11835 (7913) G(ilbertum) Londinensem, Iocelinum Sarisberiensem, Barth(olomaeum) Exoniensem, Ric(ardum) Cestriensem, Waltherum Roffensem, Godefridum S. Asaph, Nic(olaum) Landavensem episcopos, qui contra iura Cantuariensia coronando regis filio interfuerint, „ab omni episcopali suspendit dignitate"; praeterea Londinensem et Sarisberiensem anathematizat. Wilkins Conc. I. 459, Epist. S. Thomae ed. Giles II. 82, ed. Lupus p. 836, Migne 200 p. 700, (Rad. de Diceto Im. Hist. ap. Twysden II. A. SS. I. 553, Opp. ed. Stubbs I. 340, Rymer Foedera I. 26). — „Oportuerat vos" („Cum carissimus filius").

1170. *(Ind. 3. — 25. Sept. — 4, post. a. 11. — 20. Sept. — 12, 1169. — 25. Mart. — 1170.)*

Sept.	16.	Ferentini	11836 (7914) Rogerum, archiepiscopum Eboracensem, et Hugonem, episcopum Dunelmensem, „ab omni officio episcopalis suspendit dignitatis“, quod regis filium contra Thomae archiepiscopi Cantuariensis privilegia coronaverint. Wilkins Conc. I. 461, Epist. S. Thomae ed. Giles II. 48, ed. Lupus p. 838, Rymer Foedera I. 26, Roger de Hov. 1170 ap. Savile p. 296b, ed. Stubbs II. 7, Migne 200 p. 703, (Mansi XXI. 901. 899). — „Licet nobis commendabiles“ „Licet commendabiles“ („Cum filium suum“).
(„)		(„)	11837 (7915) Rotrodo, archiepiscopo Rotomagensi, mandat, ut superiores epistolas suas ad archiepiscopum Eboracensem et episcopos Angliae perferendas curet, atque num (Henricus) Baiocensis et (Frogerius) Sagiensis episcopi coronationi interfuerint, diligenter inquirat. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 64, ed. Lupus p. 844, Migne 200 p. 705. — „Cum hi, qui“.
„	26.		11838 *(Amato) Ferrariensi et (Gerardo) Paduano episcopis causam inter marchiones et S. Cyprianum de terra Coste committit. Gloria Cod. dipl. Padov. II. 209.
Oct.	1.	„	11839 (7916) T(homae), archiepiscopo Cantuariensi, et G(ilberto), episcopo Londinensi, mandat, ut magistro W. de Lega tradant archidiaconatum Deyberiae, de quo Walterus quondam episcopus Coventriensis, cum investierit. Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 67, Migne 200 p. 706. — „In beati Petri“.
„	8.	Anagniae	11840 (7917) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, et aliis episcopis Angliae praecipit, ut „omnes presbyteros, diaconos et subdiaconos, qui contra speciale interdictum suum vel episcoporum scienter divina celebraverint aut de cetero in terris excommunicatorum divina celebraverint, omni officio et beneficio ecclesiastico privatos denuncient, et si excommunicati cantaverint, eos comprehendant et retrudant in monasteriis“. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 31, ed. Lupus p. 796, Migne 200 p. 706, (Pflugk-Harttung Acta II. 370). — „Quoniam enormitatibus“.
(„)		(„)	11841 (7918) Ludovicum, Francorum regem, hortatur, ne excommunicatis communicet. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 142, ed. Lupus p. 785, Migne 200 p. 707. — „Saluti regum et“.
„	9.	„	11842 (7919) (Willelmo) Senonensi et (Rotrodo) Rotomagensi archiepiscopis mandat, commoneant Henricum, Anglorum regem, „ut pacem, quam cum Thoma, archiepiscopo Cantuariensi, verbotenus fecit, executione operis compleat, et omnia ablata restituat, damna data resarciat, pravas et execrabiles consuetudines omnino praecidat“. Quod nisi intra dies 40 fecerit, totam terram regis cismarinam interdicto afficiant. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 72, ed. Lupus p. 788, Migne 200 p. 708, (Mansi XXI. 903). — „Molestias et angustias“ („Fraternitati vestrae“).
„	9.		11843 (7920) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, scribit de excommunicatis, qui absoluti ab archiepiscopo Rotomagensi et episcopo Nivernensi ablatas ecclesiae Cantuariensis possessiones non restituerint, iterum excommunicandis. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 28, ed. Lupus p. 786, Migne 200 p. 708. — „Si enormitates et“.
„	9.	„	11844 (7921) Rotrodo, archiepiscopo Rotomagensi, et Bernardo, episcopo Nivernensi, mandat, ut quibus communionem restituerint, eos, si ablata ecclesiae Cantuariensi non reddiderint, iterata excommunicatione afficiant. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 63, ed. Lupus p. 795, Migne 200 p. 709. — „Audito et intellecto“.
„		„	11845 (7922) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, concedit, ut coronatio filii Henrici Anglorum regis a (Rogero), archiepiscopo Eboracensi, facta „ei nulla ratione praeiudicium possit in posterum generare“. (Notae chronologicae: „XX. cal. Oct.“ mendosae sunt.) Epist. S. Thomae ed. Giles II. 30, Migne 200 p. 710, (ed. Lupus p. 791, Mansi XXI. 900). — „Virtutis et fidei“.
„	13.	Signiae	11846 (7923) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, concedit, si Henricus Anglorum rex „pacem, quam cum eo fecit, executione operis non adimpleverit, ut in personas et loca, quae ad eius legationem pertineant, excepta persona regis, uxoris quoque et filiorum, ecclesiasticam iustitiam exerceat“. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 29, ed. Lupus p. 787, Mansi XXI. 903, Migne 200 p. 711. — „Anxietate cordis et“.
„	13.	„	11847 (7924) Omnes praelatos per terram regis Anglorum cismarinam monet, ut quam Willelmus, archiepiscopus Senonensis, apostolicae sedis legatus, et (Rotrodus) archiepiscopus Rotomagensis in terram regis cismarinam protulerint sententiam, observent. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 81, ed. Lupus p. 789, Migne 200 p. 711. — „Cura pastoralis officii“.

1170. *(Ind. 3. — 25. Sept. — 5, pont. a. 11. — 20. Sept. — 12, 1169. — 25. Mart. — 1170.)*

Oct. 17. Tusculani „Versus Tusculanum procedens in vigilia sancte Lucie (leg. sancti Luce) civitatem ipsam intravit et in palatio ipsius arcis per XVI. (leg. XXVI.) menses resedit". Bosonis card. Vita Alexandri ap. Watterich II. 416.

„ 30. „ 11848 (7925) Ecclesiam S. Mariani Eugubinam tuendam suscipit, et eius bona ac iura, petente Benedicto praeposito, confirmat. Ughelli It. sacr. I. 638, Migne 200 p. 712. — „Quoties illud".

Nov. 2. („) 11849 Monasterii S. Apollinaris novi exemptionem confirmat. Ex cod. Vaticano 7927. Dedit b. m. Bethmann.

„ 24. „ 11850 (7926) (Gilberto) Londinensi et Iocelino Sarisberiensi episcopis scribit, eos a munerum administratione remotos et anathematizatos mansuros esse, donec satisfacturi Thomam adierint; „si autem" inquit „ita Thomae archiepiscopo et Cantuariensi ecclesiae satisfacere curaveritis, ut poenam istam ipse videat relaxandam, vicem nostram per eum volumus adimpleri". (Huius epistolae datum non rectum esse, putat Reuter II. 693, quia eam iam medio mense Novembri in Thomae archiepiscopi manibus fuisse opinatur. Neque tamen hinc eam removere ausi sumus, quia arcte cum epistola sequenti cohaeret et Gilbertus Londinensis etiam die 1. Oct. munere suo fungebatur, ut testatur ep. 11839.) Wilkins Conc. I. 460, Epist. S. Thomae ed. Giles II. 102, ed. Lupus p. 843, Migne 200 p. 713. — „Quamvis curae".

24. „ 11851 (7927) (Ricardo) Cestriensi, W(altero) Roffensi, (Godefrido) S. Asaph, (Nicolao) Landaviensi et (Hugoni) Dunelmensi episcopis eadem scribit, ut superiore epistola ad Londinensem et Sarisberiensem episcopos. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 85, Migne 200 p. 713. — „Quamvis curae".

(„) („) 11852 (7928) (Rogero), archiepiscopo Eboracensi, scribit „in eundem modum, praeterquam de relaxatione suspensionis, quam sibi reservat dominus papa". Epist. S. Thomae ed. Giles II. 102, ed. Lupus p. 843.

Dec. 8. „ 11853 Ecclesiae S. Columbae Ariminensis patrocinium suscipit bonaque confirmat. Tonini Rimini II. 417, Pflugk-Harttung Iter p. 808. — „Effectum iusta".

„ 18. „ 11854 Iohanni, abbati Corbeiensi, eiusque successoribus permittit, ut habitatores locorum, qui ad eorum administrationem pertineant, excommunicent, quoties monasterio iniurias intulerint; excommunicatos a quoquam archiepiscopo vel episcopo ad divina officia admitti vetat. In bibl. nat. Paris. Cartul. noir de Corbie ms. lat. 17758. s. XIII. f. 231, Cartul. blanc ms. lat. 17759. s. XIII—XIV. f. 39. — „Pastorali officio et".

„ 18. 11855 Iohanni abbati et fratribus Corbeiensibus indulget, ut „nulli parochianorum, qui ad eos spiritualiter vel temporaliter pertineant, pro qualibet causa liceat, praeterquam ad Romanum pontificem vel legatum eius, ad alium appellare". In bibl. nat. Paris. Cart. blanc de Corbie ms. lat. 17759. s. XIII—XIV. f. 34. — „Illis ecclesiis et".

„ 20. „ 11856 Iohanni, abbati Corbeiensi, eiusque successoribus indulget, ne quis eos vel eorum monasterium interdicere vel excommunicare, seu super eos aliquam iurisdictionem exercere debeat, nisi a latere Romani pontificis fuerit destinatus. In bibl. nat. Paris. Cart. blanc de Corbie ms. lat. 17759. s. XIII—XIV. f. 33. — „Attendentes quomodo".

„ 21. „ 11857 Monasterium S. Mariae Clarevallense (d. Mediol.) tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 669. (Haec certe bulla est, quam die 21. Dec. 1170 Grottae ferratae prope Tusculum sitae Transmundo abbati datam esse memorat Giulini Mem. di Mil. VI. 384. Mira sane res, quam explicare nequeo.) — „Religiosis desideriis".

„ 23. „ 11858 Monasterium S. Petri Corbeiense tuendum suscipit, eiusque bona confirmat et privilegia auget, petente Iohanne abbate. In bibl. nat. Paris. Cartul. noir de Corbie ms. lat. 17758. s. XIII. f. 223^{b}, (Coll. Grenier t. 53. f. 88 et t. 257. f. 197; Neues Archiv VII. 100). — „Apostolicae sedis auctoritate".

„ 25. „ 11859 (7929) Monasterii S. Augusti Tarvanensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Absalone abbate. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 136. — „Effectum iusta postulantibus".

„ 29. „ 11860 (7930) Monasterii Iesu Nazareni (Montis-Aragonensis) possessiones confirmat. (Fragmentum.) Aynsa Fundacion de Huesca p. 456.

11861 (7931) Henrico, regi Angliae, qui Thomae, archiepiscopo Cantuariensi „omni turbatione et rancore deposito gratiam et amorem suum restituerit", gratulatur.

1170. *(Ind. 3. — 25. Sept. — 4, pont. a. 11. — 20. Sept. — 12, 1169. — 25. Mart. — 1170.)*

Monet, ut ablata archiepiscopo reddat, damna data sarciat, ecclesiarum ordinationes restituat, utque „filium suum super articulo iuramenti, quod praetermiserit, de servando iure et libertate Cantuariensis ecclesiae eidem archiepiscopo satisfacere hortetur". Epist. Thomae ed. Giles II. 135, ed. Lupus p. 822, Mansi XXI. 904, Migne 200 p. 715. — „Cognito ex litteris".

11862 (7932) Clerum et populum regis Angliae citra mare et ultra mare hortatur, ne concordiam pacemque inter Henricum regem et Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, confectam perturbent. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 74, ed. Lupus p. 824, Migne 200 p. 716. — „Quam gratum Deo".

1159—1171.

11862a Ecclesiae Atrebatensis protectionem suscipit, bonaque et consuetudines confirmat, petente Rogero praeposito. In bibl. nat. Paris. Cart. d'Arras ms. lat. 9930. s. XIII. f. 3. — „Quotiescumque a nobis".

11862b Capitulo Bituricensi asserit ecclesiam S. Martini de Las, a P(etro) archiepiscopo concessam. In bibl. nat. Paris. Cartul. de Bourges ms. lat. 1274. s. XIII. f. 17b. — „Iustis petentium desideriis".

1170—1171.

Dec. 20. Tusculani — 11863 (8765) (Ivoni) abbati monachisque S. Dionysii concedit, „ut nulli archiepiscopo, vel episcopo, aut aliis ecclesiasticis personis sit licitum, fratres eorum, sive priores cellarum sint, aut in cellis sive villarum custodiis vel alibi ubicumque morentur, praeter Romanum pontificem, vel eius legatum, ab officiis divinis suspendere, aut interdicti vel excommunicationis sententia condemnare". Doublet Hist. de St. Denys p. 507. — „Attendentes, qualiter".

„ 20. „ — 11864 (8766) I(voni) abbati S. Dionysii eiusque successoribus asserit ius distribuendarum ecclesiae S. Pauli praebendarum. Doublet Hist. de St. Denys p. 506, Migne 200 p. 1258. (Epistolam I. abbati inscriptam esse, docet autographum in tab. nat. Paris. L. 231. n. 62, ideoque his annis ascribenda est, cum Ivo anno 1172 vita decesserit.) — „Ea, quae iudicio".

11865 (7934) (Guillelmo) episcopo Agathensi respondet, poenitentiam mulieri imponendam esse, quae „cupiens viri sui ampliorem amorem sibi acquirere, suscepto corpore Christi et in ore retento, eidem viro cum eo osculum porrexit et ipsum traiicere non potuit, sed postea versum est in carnem . . . et caro sucrevit et adhuc est in ore eius" cet. (Ex registri libro XII.) Coll. Luc. ap. Baluze Misc. III. 373, App. conc. Lat. L. 30, Coll. Cass. LVII. 4, Comp. I. L. 3. t. 28. c. 9, L. 4. t. 1. c. 16, Comp. II. L. 5. t. 17. c. 2, Decr. Greg. L. IV. t. 1. c. 12. — „De muliere illa" „De muliere, quae" „Sane super eo, quod" „Praeterea de muliere".

„ 10. 12199 (8199) Alberto tit. S. Laurentii in Lucina, et Theodwino S. Vitalis presbyteris cardinalibus, apostolicae sedis legatis, de Thoma, quondam archiepiscopo Cantuariensi, capite iciunii sanctorum ordinibus ascripto significat. Mandat, ut litteras de ea re suas regibus et monachis Cantuariensibus et ecclesiae Anglicanae „assignent". Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 58, Migne 200 p. 900. — „Quamvis nonnulla de".

(„) (..) 12200 (8200) Alberto et Theodewino presbyteris cardinalibus mandat, „quatinus ecclesiam Cantuariensem faciant reconciliari, ita tamen ut sacramentum pristinae dedicationis non debeat iterari, sed, sicut soleat fieri in ecclesia b. Petri, tantum aqua benedicta aspergatur". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 882, Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 58, Migne 200 p. 900. — „Mandamus vobis".

„ 12. „ 12201 (8201) Priori et monachis ecclesiae Cantuariensis gratulatur de Thoma, quondam archiepiscopo, capite iciunii in sanctorum numerum relato. Mandat, ut corpus eius, „facta solemni processione, aliquo praecipuo die, in altari honorifice recondant". Epist. S. Thomae ed. Giles II. 39, ed. Lupus p. 879, Mansi XXI. 905, Migne 200 p. 900. — „Gaudendum est universitati".

„ 12. 12202 R(oberto) praeposito et canonicis Insulanis petentibus, ecclesiae eorum sepulturam liberam esse decernit. Pflugk-Harttung Acta I. 252. — „Apostolicae sedis auctoritate".

„ 12. 12203 (8202) Clero et populo totius Angliae Thomam, quondam archiepiscopum Cantuariensem, capite iciunii in sanctorum numerum ascriptum nunciat, cuius „natalem diem passionis solemniter annis singulis celebrari" iubet. (Inscriptio certe eadem erat ac in sequenti epistola.) Epist. S. Thomae ed. Giles II. 75, ed. Lupus p. 880, Migne 200 p. 901, (Mansi XXI. 906). — „Redolet Anglia".

13. 12204 (8203) Eiusdem epistolae exemplar (archiepiscopis et episcopis et aliis ecclesiarum praelatis et universo clero ac populo per Angliam constitutis inscriptum et)

		1173. *(Ind. 6. — 25. Sept. — 7, pont. a. 14. — 20. Sept. — 15, 1172. — 25. Mart. — 1173.)* die „III. id. Mart." datum memorat Rad. de Diceto Im. Hist. ap. Twysden II. A. SS. I. 569, ed. Stubbs I. 369, Wilkins Conc. I. 475. — „Redolet Anglia".
Mart.	14.	Signiae 12205 (8204) Ecclesiae S. Stephani Divionensis protectionem suscipit, disciplinamque et possessiones ac iura confirmat, petente Her(berto) abbate. Hist. de S. Estienne de Dijon Pr. p. 112, Migne 200 p. 902. — „Apostolici moderaminis".
„	17.	„ 12206 Abbati et fratribus S. Ebrulfi scribit de decimis et oblationibus ecclesiae S. Petri de Nidis. Ex chartul. S. Ebrulfi I. 158 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Suggestum est".
„	18.	„ 12207 Inter fratres Troarnenses et capitulum Baiocense compositionem super iuribus quibusdam factam approbat. In bibl. nat. Paris. Chartul. Troarnense ms. lat. 10086. s. XIV. f. 14. — „Ea quae compositione".
„	18.	„ 12208 Transactionem inter monasterium Troarnense et (Iohannem) comitem de Pontiaco super iure patronatus factam et ab (Henrico) Anglorum rege ac (Rotrodo) archiepiscopo Rotomagensi firmatam laudat. In bibl. nat. Paris. Chartul. Troarnense ms. lat. 10086. s. XIV. f. 111 (et f. 16). — „Suggestum est nobis".
„	20.	„ 12209 (8205) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ne fratres S. Medardi a feneratoribus quibusdam vexari de usuris patiatur. Martene Coll. II. 956, Migne 200 p. 904. — „Conquerentibus nobis".
„	21.	„ 12210 (8206) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut presbyterorum decanatus Virtuensis et capituli S. Stephani Catalaunensis de cerae censu controversiam dirimat. Martene Coll. II. 957, Migne 200 p. 904. — „Significaverunt nobis".
„	23.	„ 12211 Fratribus Ursicampi vineas de Bayri asserit. (Huius bullae, perperam Alex. IV. tributae, quae sint prima verba, nobiscum communicavit Delisle.) Peigné-Delacourt Cart. d'Ourscamp p. 302. n. 484. — „Iustis petentium".
„	23.	„ 12212 Ecclesiae Lucensis possessiones et iura confirmat, petente Hugone archipresbytero. Pflugk-Harttung Iter p. 274. — „Iustis votis".
„	25.	„ 12213 Ecclesiae Glasguensis tutelam suscipit, possessionesque et libertates confirmat, petente Salomone decano. Registrum ep. Glasg. I. 25. — „Quotiens illud a nobis".
„	25.	„ 12214 (8207) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ne P. presbytero communionem reddat, donec A. presbytero S. Mauricii domum quamdam restituerit. Martene Coll. II. 959, Migne 200 p. 905. — „Si bene meminimus".
„	28.	Anagniae 12215 (8208) Monasterii S. Sabini Placentini possessiones et privilegia confirmat, petente Savino abbate. Campi Hist. di Piac. II. 361, Ughelli It. sacr. II. 218, Migne 200 p. 905. — „Officii nostri".
„	28.	„ 12216 (8209) Ecclesiam S. Eustorgii Mediolanensem tuendam suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat, petente Philippo praeposito. Giulini Mem. di Mil. VI. 544, Migne 200 p. 907. — „Quotiens illud a".
„	31.	„ 12217 (8210) Ecclesiam Lausannensem tuendam suscipit canonicorumque possessiones confirmat. Mém. et doc. de la société de la Suisse Rom. VII. 20, Migne 200 p. 908. — „Quotiens illud a".
Apr.	2.	(„) 12218 (8211) Willelmo, archiepiscopo Senonensi, et eius suffraganeis significat, Thomam, quondam archiepiscopum Cantuariensem, „in capite iciunii" in numerum sanctorum relatum esse. Diem, quo interfectus sit, singulis annis celebrari iubet. (Pro „Tusculani" est „Anagniae" legendum.) Sirmondi Opp. III. 886. — „Redolet Anglia".
(„)		(„) 12219 (8212) (Waltero), episcopo Aversano, mandat, ut Thomae, archiepiscopi Cantuariensis, „solemnitatem annuatim cum magna veneratione celebret et a parochianis suis praecipiat generaliter celebrari, et fratres suos comprovinciales ad celebrandam illius martyris festivitatem invitet attentius". Epist. S. Thomae ed. Giles II. 88, ed. Lupus p. 881, Migne 200 p. 910. — „Quia (al. Qui) vice beati".
„	7.	12220 Ecclesiae Ulciensis protectionem suscipit, possessionesque ac iura confirmat, petente Nicolao praeposito. Pennotti Ord. cler. can. hist. ed. Rom. p. 493, ed. Colon. p. 506, (Ulciensis eccl. chartar. p. 10 cum additam. in Miscel. di stor. ital. XX. 571). — „Officii nostri".
„	8.	„ 12221 (8213) Monasterii Bellilocensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Giraldo abbate. Gall. Chr. ed. 1. T. IV. 152, Migne 200 p. 911. — „Religiosam vitam eligentibus".
„	12.	„ 12222 Universis praelatis provinciae Salzburgensis praecipit, ut (Adelberto) archiepiscopo

1173. *(Ind. 6. — 25. Sept. — 7, pont. a. 14. — 20. Sept. — 15, 1172. — 25. Mart. — 1173.)*

Salzburgensi obediant et „ad vocationem eius, nisi rationabilis causa eos detineat, inconcussanter accedant", nuntiosque F(riderici) imperatoris, ab eo excommunicatos, evitent. Meiller Reg. arch. Salisb. p. 484. n. 20. — „In viris ecclesiasticis".

Apr. 20. Anagniae — 12223 Monasterium S. Laurentii Aversanum tuendum suscipit eiusque possessiones ac iura confirmat, petente Abdone abbate. Pflugk-Harttung Iter p. 274. — „Effectum iusta".

„ 22. „ — 12224 Monasterii S. Petri-Coeli-aurei Papiensis protectionem suscipit, bonaque et iura confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 671, (Pennotti Ord. cler. can. hist. ed. Rom. p. 204, ed. Col. p. 206). — „Apostolicae sedis".

„ 26. — 12225 Ecclesiae Dolensis bona confirmat. (Clausula corrupta.) Fragm. in chartul. episc. Dol. p. 18, cod. 5211c in bibl. nat. Paris. Misit Delisle.

Mai. 29. „ — 12226 Ecclesiae Brundisinae possessiones et privilegia confirmat, bulla ad Willelmum archiepiscopum. (Cf. infra 12231.) Pflugk-Harttung Iter p. 274. — „Cum ex iniuncto".

Iun. 16. „ — 12227 (8393) W(illelmo) archiepiscopo Tarraconensi, ap. sed. legato, asserit „honorem illum, quem Raimundus, quondam comes Barcinonensis, in Ilerda et Dertusa ei, quando captae fuerunt, concessit". Villanueva Viage lit. XIX. 294, Marca Marca Hispanica p. 1357, Aguirre Conc. V. 89, Mansi XXI. 1071, Migne 200 p. 1048. — — „Inducit nos et".

„ 20. „ — 12228 (8214) Monasterium S. Petri Mutinense tuendum suscipit, eiusque bona ac iura confirmat, petente Geminiano abbate. (Arte phototypica expressa apud) Sickel Mon. graph. III. 9, (Muratori Ant. It. V. 349, Gloria Cod. dipl. Padov. II. 254, Migne 200 p. 912). — „Religiosam vitam".

Iul. 1. „ — 12229 (8215) Ecclesiae S. Donatiani Brugensis protectionem suscipit, bonaque ac iura confirmat, Roberto praeposito, Aketto decano et canonicis petentibus. Miraei Opp. dipl. III. 53, (et IV. 25), Migne 200 p. 913. — „Effectum iusta postulantibus".

„ 13. „ — 12230 Ecclesiae S. Andreae Burdegalensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Geraldo decano. Archives histor. de la Gironde XIII. 359. — „Quotiescunque illud a".

„ 29. „ — 12231 *Willelmo, archiepiscopo Brundisino, pallii usum concedit; ecclesiae eius possessiones et iura confirmat. D'Avino Cenni storici p. 104. (An eadem ac 12226?)

Aug. 3. — 12232 (8216) W(illelmo), archiepiscopo Senonensi, sedis apostolicae legato, Turonensi et (Bertrando) Burdigalensi archiepiscopis, (Willelmo) Cenomanensi, (Iohanni) Pictaviensi, (Godefrido) Andegavensi, (Eliae) Agennensi, (Matthaeo) Trecensi, (Gualtero) Lingonensi episcopis ac Arten. (Guarino?) electo et canonicis ecclesiae Bituricensis mandat, sub poena excommunicationis parochianos suos ad exsolvenda iura et decimas ecclesiae b. Martini adigant. Rec. sur S. Martin de Tours p. 23, Migne 200 p. 914. — „In conservandis ecclesiarum".

„ 7. „ — 12333 (8217) Ecclesiae S. Martini Turonensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat. (Fragmentum.) Rec. sur St. Martin de Tours p. 18, Launoii Opp. III. II. 67, Migne 200 p. 915. — „Cum omnibus ecclesiis".

„ 9. „ — 12234 *In ecclesia Brugensi praepositum sine consensu Philippi comitis Flandrensis eligi vetat, quia secundum antiquam consuetudinem praepositus Brugensis cancellarius Flandriae fiat. Inventaire des arch. de Lille p. 47.

„ 16. „ — 12235 Petro abbati et fratribus Massiliensibus asserit ecclesias et universa iura parochialia vallis Tritensis, a XL retro annis possessa. Coll. des Cartulaires IX. 231. — „Quia disponente".

„ 28. — 12236 (8281) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut una cum (Petro) Tarantasiensi, W(illelmo) Senonensi archiepiscopis et (Pontio) episcopo Claromontensi atque (Alexandro) abbate Cisterciensi, (Theoderico) priore Cartusiensi et G. (Oddone?) magistro domus militiae Templi inimicitias inter Ludovicum Francorum et Henricum Anglorum regem, „toti Christianitati et praesertim orientali terrae gravissimas", studeat exstinguere. Martene Coll. II. 989, Bouquet Rec. XV. 937, Migne 200 p. 962. — „Cum de discordia".

Sept. 9. „ — 12237 (8218) Ecclesiam Carnotensem tuendam suscipit et eius possessiones iuraque confirmat, petente Gaufrido abbate. Gall. Chr. VIII. Instr. p. 339, Lépinois et Merlet Cart. I. 191, Migne 200 p. 915, (Theodori Poenitentiale II. 427). — „Ideo sumus".

1173. *(Ind. 6. — 25. Sept. — 7, pont. a. 14. — 20. Sept. — 15, 1172. — 25. Mart. - 1173.)*

Sept. 28. Anagniae — 12238 (8219) Ecclesiam b. Thomae Teatinam tuendam suscipit eiusque bona confirmat, petente Andrea episcopo. Ughelli It. sacr. VI. 707, Migne 200 p. 917. — „In eminenti".

Oct. 5. „ — 12239 Monasterii S. Mariae et S. Evodii Branensis protectionem suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Balduino abbate. Ex chartul. Branen. p. 10 Parisiis in tabul. nat. LL. 1583. Misit Delisle. — „Quoticns illud a".

„ 14. „ — 12240 Parthenonis S. Mariae Minerviensis protectionem suscipit et possessiones confirmat, petente Caracola abbatissa. In tabular. Mediolan. Ex schedis Iaffei; Wiener Sitzungsber. XCIV. 671. — „Ad hoc universalis".

„ 26. „ — 12241 (8220) Oddoni, magistro militiae templi Hierosolymitani, et eius successoribus ac fratribus varia privilegia concedit. Rymer Foedera I. 27, Migne 200 p. 919. — „Omne datum optimum".

Nov. 10. „ — 12242 Ecclesiam Panicensem (prope Bononiam) tuendam suscipit, eiusque bona et iura confirmat, petente Gualfredo plebano. Wiener Sitzungsber. XCIV. 671. — „Quotiens illud a".

„ 18. „ — 12243 (8221) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Willelmum, castellanum de S. Audomaro, ut monasterio Maricolensi ablata restituat. Martene Coll. II. 993, Migne 200 p. 923. — „Ex transmissa conquestione".

„ 20. „ — 12244 (8222) Monasterii Castellensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Radulfo abbate. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 381, Miraei Opp. dipl. IV. 26, Migne 200 p. 924. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 30. „ — 12245 (8223) Henrico, archiepiscopo Remensi, nunciat, se excommunicationis sententiam ab eo in Iohannem de Novis-aedibus prolatam confirmasse. Martene Coll. II. 994, Migne 200 p. 925. — „Significante nobis magistro".

Dec. 4. „ — 12246 (8224) Monasterii S. Iohannis Valentianensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Gisleberto abbate. Miraei Opp. dipl. II. 829, Migne 200 p. 926. — „Desiderium, quod ad".

„ 23. „ — 12247 (8225) Henrico, archiepiscopo Remensi, et eius suffraganeis, mandat, Ludovicum, Francorum regem, „sollicite moneant et inducere laborent, ut ad habendam pacem cum Henrico, rege Anglorum, animum suum, quantum salvo honore suo fieri poterit, clementer inclinet et Orientali terrae per potentiam regni sui celeri virtute succurat; homines quoque, qui sint de provincia Remensi propensius animent, ut secundum exhortationem (Bernardi) Liddensis episcopi et subprioris dominici sepulcri, qui propter hoc ad Ultramontanas partes legatione fungantur, defensioni eiusdem terrae fideliter et diligenter intendant". Martene Coll. II. 994, Bouquet Rec. XV. 938, Migne 200 p. 927. — „Non sine gravi".

„ — 12248 (8286) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis et universo clero per Angliam et cismarinam terram regis Anglorum constitutis significat, se Henrico regi denunciasse, nisi a (Petro) archiepiscopo Tarantasiensi, (Pontio) episcopo Claremontensi et (Theoderico) priore Cartusiensi admonitus intra dies 40 Ludovici Francorum regis filias filiis suis restituisset, fore ut provincia, in qua illae detinerentur, interdicto afficerentur. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 769, Bouquet Rec. XV. 940, Mansi XXI. 1032, Migne 200 p. 965, (Coll. Lips. LIX. 51, Coll. Cass. LVIII. 35, Coll. Bamb. LI. 34, Comp. I. l. 4. t. 1. c. 13, Decr. Greg. L. IV. t. 1. c. 11). De tempore cf. Reuter III. 178. — „Non est vobis".

„ — 12249 *Bertrando, archiepiscopo Tranensi, et Palmerio, abbati S. Stephani Monopolitano, mandat, iudicent inter Theodorum, episcopum Callipolitanum, et Paganum, abbatem Neritonensem. D'Avino Cenni storici p. 437.

1160—1174.

Apr. 20. Anagniae — 12250 Galtero abbati et fratribus S. Vincentii Laudunensibus concedit, ne episcopus eorum plus quam unam procurationem in festivitate S. Vincentii ab eis exigere debeat. In bibl. nat. Paris. Coll. Grenier t. 267. f. 241. — „Nihil est quod".

Mai. 21. „ — 12251 T(eoderico) praeposito, H(ugone) decano et capitulo Cameracensi petentibus confirmat ea, quae de conferenda „tertia praebenda, ad concessionem capituli pertinenti", constituerint. Pflugk-Harttung Acta I. 253. — „Sicut nobis imminet".

1160—1174.

12252 (8226) (Willelmo), episcopo Norwicensi, respondet, „vicarios, si personatum sibi falso assumentes contra personas se erexerint, in eodem episcopatu ad officii sui executionem non esse admittendos“. (Fragmentum.) Gesta Henrici, olim Benedicto Petroburg. tributa, 1175 ed. Stubbs I. 87, App. conc. Lat. XXXIX. 4, Comp. II. l. 2. t. 16. c. 1, Decr. Greg. L. V. t. 31. c. 6. — „Illud etiam de vicariis“.

12253 (8227) W(illelmo), episcopo Norwicensi, scribit de „frustratoriis appellationibus“, de falsis testimoniis, de corruptis litteris apostolicis; monet, ut „personas ecclesiarum suis et dominorum fundi authenticis scriptis praemuniat“. Addit de sacerdote, qui litteras suas interpolaverit. Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 95, cf. ibid. p. 94, Migne 200 p. 929, (App. conc. Lat. X. 5, Coll. Lips. XLVII. 4, Coll. Cas. LI. 4, Coll. Bamb. XLII. 3, Comp. I. l. 2. t. 20. c. 4, l. 5. t. 16. c. 3, Decr. Greg. L. II. t. 20. c. 20, t. 28. c. 4). — „Ex tenore litterarum“ („Personas ecclesiarum“).

1163—1174.

12254 (8228. 9205) R(ogero), episcopo Wigorniensi, scribit de iis, „qui se ecclesiasticae professionis esse fingentes, cum tamen ecclesiastica beneficia habeant, matrimonia contrahant“, de iis, qui „licet filii sacerdotum existant, patribus suis in ecclesiis quasi hereditario iure succedant“, de sacerdotibus fornicariis. Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 97, App. conc. Lat. XVIII. 6. 7, XIX. 4, Coll. Lips. LXIV. 5. 6, Coll. Cass. XXXIII. 4, LXIII. 5. 6, Coll. Bamb. XXIII. 4, LV. 5. 6, Comp. I. l. 1. t. 9. c. 3, l. 3. t. 2. c. 6, l. 3. t. 3. c. 4, Decr. Greg. L. I. t. 17. c. 3, Migne 200 p. 930. — „Inter cetera sollicitudini(s)“ „De sacerdotibus“ „Praesentium tibi“ „Praesentium etiam“ „Praesentium auctoritate“.

12255 (8229) Rogero, episcopo Wigorniensi, respondet de puniendis sacerdotibus fornicariis. (Fragmentum.) Gesta Henrici, olim Benedict. Petroburg. tributa, 1175 ed. Stubbs I. 85. — „Si quis sacerdos vel“.

1173—1174.

Mart. 27. Anagniae 12256 (8230) Henrico, archiepiscopo Remensi, respondet, ut (Rudolpho) „Leodiensi intruso, nisi a schismatica pravitate ad ecclesiae unitatem, devotionem b. Petri et sui redierit, si salvo iure et dignitate Remensis ecclesiae abstinere poterit, in nullo communicet et hominium ab eo, donec in schismate perseveraverit, si absque gravi detrimento eiusdem ecclesiae id possit omittere, non recipiat“. Martene Coll. II. 959, Bouquet Rec. XV. 931, Migne 200 p. 931. — „Cum iure et“.

„ 27. 12257 (8231) Henrico, archiepiscopo Remensi, significat, se (Guidoni) episcopo Catalaunensi praecepisse, „ut in appellationibus et ceteris ei sicut metropolitano suo, et cui teneatur in spiritualibus respondere, humiliter deferat“. Martene Coll. II. 960, Bouquet Rec. XV. 932, Migne 200 p. 931. — „Ex parte tuae“.

„ 28. „ 12258 (8232) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ne abbati Dervensi, donec sententiae in causa inter ipsum et canonicos S. Nicolai Catalaunenses latae paruerit, communionem reddat. Martene Coll. II. 961, Migne 200 p. 932. — „Dilecti filii nostri“.

Apr. 2. 12259 (8233) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter fratres Cussiacenses et canonicos S. Petri Laudunenses, de decimis quibusdam litigantes. Martene Coll. II. 961, Migne 200 p. 932. — „Dilecti filii nostri“.

„ 8. „ 12260 (8234) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Henrico subdiacono ecclesiam de Arsi intra viginti dies post litterarum susceptionem vel invito (Hugone), episcopo Suessionensi, tribuat. Martene Coll. II. 962, Migne 200 p. 933. — „Cum olim nobis“.

„ 9. „ 12261 (8235) Henricum, archiepiscopum Remensem, rogat, ut infirmos fratres de Osdayn „capellanum habere et oratorium cum coemeterio construere permittat“; decimas ab eis exigi non sinat. Martene Coll. II. 963, Migne 200 p. 934. — „Dolor et miseria“.

„ 10. „ 12262 (8236) Inter monasterium S. Remigii Remense et fratres Montis-maioris compositionem a G(odefrido) episcopo Avenionensi super iuribus de villae S. Remigii ecclesia S. Martini confirmat. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 645, Migne 200 p. 934. — „Ea, quae iudicio“.

„ 13. „ 12263 (8237) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut sententiam inter fratres Humolarienses et abbatem de Ribomonte abbatissamque de Monasteriolo ac G(erardum) militem de Bresnoto a (Galtero) Laudunensi et (Balduino) Noviomensi episcopis

1173—1174.

latam observari iubeat. Martene Coll. II. 961, Migne 200 p. 935. — „Significaverunt nobis dilecti".

Apr. 14. Anagniae 12264 (8238) Henrico, archiepiscopo Remensi, de praebenda ecclesiae S. Petri Duacensis Walchero clerico, litterarum latori, tribuenda mandat. Martene Coll. II. 964, Migne 200 p. 935. — „Veniens ad nos dilectus".

„ 14. „ 12265 (8239) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut „a leprosis Sparnacensibus decimas de novalibus suis, quae propriis sumtibus excolant, sive de nutrimentis animalium suorum per canonicos Sparnacenses exigi vel extorqueri nullatenus patiatur". Martene Coll. II. 965, Migne 200 p. 936. — „Querelam leprosorum".

„ 17. „ 12266 (8240) Henrico, archiepiscopo Remensi, Milonem, nuncium eius, commendat. Martene Coll. II. 966, Migne 200 p. 937. — „Tantam sollicitudinem".

„ 17. „ 12267 (8241) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut An. de Loesi, donec R. subdiacono a quo carceri tradito pecuniam extorsisset, de illatis iniuriis satisfecerit, haberi pro excommunicato iubeat. Martene Coll. II. 966, Migne 200 p. 937. — „Gravem querelam R."

„ 18. „ 12268 (8242) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat G. presbyterum, ut A. presbytero ablatam parocciam de Nisi restituat. Martene Coll. II. 967, Migne 200 p. 938. — „Querelam A. presbyteri".

„ 19. „ 12269 (8243) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat Matthaeum, civem Catalaunensem, ut Evrardo presbytero ablatam plateam restituat. Martene Coll. II. 968, Migne 200 p. 938. — „Querelam Evrardi".

„ 19. „ 12270 (8244) Henrico, archiepiscopo Remensi, significat, se „nobili viro, Ph(ilippo), comiti Flandrensi, nullam immunitatem contra ius et dignitatem eius indulsisse, neque illum a potestate eius exemisse". Martene Coll. II. 968, Bouquet Rec. XV. 932, Migne 200 p. 938. — „Cum devotionis et".

„ 20. „ 12271 (8245) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut fratrum Humolariensium et T. de Nigella controversiam super modio salis agitatam decernat. Martene Coll. II. 970, Migne 200 p. 939. — „Iam pridem, si".

„ 21. „ 12272 (8246) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat abbatem Dervensem, ut Ric. et Arn. mercatoribus Flandrensibus marcas argenti 30 restituat. Martene Coll. II. 970, Migne 200 p. 939. — „Constituti in praesentia".

„ 28. „ 12273 (8247) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut monachorum Compendiensium possessiones quasdam et privilegia contra canonicos ipsius ecclesiae tueatur. Martene Coll. II. 971, Migne 200 p. 940. — „Significantibus nobis".

„ 28. „ 12274 (8248) Henricum, archiepiscopum Remensem, monachos Compendienses tutantem laudat. Mandat, interdicat eiusdem ecclesiae canonicis, „ne de antiquo et communi sigillo aliqua faciant scripta bullari, quae in detrimentum monasterii convertantur". Coll. II. 972, Bouquet Rec. XV. 933, Migne 200 p. 940. — „Dilecti filii nostri".

„ 28. „ 12275 (8249) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut compositionem a S. Remigii et S. Crispini abbatibus factam inter Compendienses et Thenolienses fratres observari iubeat. Martene Coll. II. 972, Migne 200 p. 941. — „Ex transmissa nobis".

„ 28. „ 12276 Universis clericis infra terminos Compendienses commorantibus praecipit, ut (Ansoldo) abbati Compendiensi obediant et „de querelis ad ipsum perlatis, sub eius examine ordine iudiciario experiantur". Chartul. S. Cornel. Compend. LL. 1622. s. XIII. f. 136 in tabular. nat. Paris., Coll. Moreau t. 70. f. 8 in bibl. nat. Paris. — „Significavit nobis dilectus".

„ 30. „ 12277 (8250) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur (Bartholomaeum), episcopum Bellovacensem, ne canonicis ecclesiae S. Laurentii pistores, qui eorum molendinum frequentare solent, subtrahat, utque ecclesiam Franci Castelli ablatam eis restituat. Martene Coll. II. 973, Migne 200 p. 941. — „Ex transmissa conquestione".

Mai. 1. „ 12278 (8251) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat magistrum G. Laudunensem, ut Hu. mulieri de Suune libras 18 restituat. Martene Coll. II. 974, Migne 200 p. 942. — „Ex transmissa conquestione".

2. „ 12279 Abbati S. Remigii et decano Remensi mandat, ut infra viginti dies post litteras acceptas presbyteros ecclesiarum S. Iohannis, S. Iacobi et S. Nicolai Gandensium moneant, ut omnium oblationum duas partes fratribus S. Petri reddant. Lokeren S. Pierre à Gand p. 154. — „Ex transmissa conquestione".

1173—1174.

Mai. 4. Anagniae 12280 (8252) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut abbatem Silvae-maioris a Wiscardi et Radulfi de Coceio iniuriis defendat. Martene Coll. II. 974, Bouquet Rec. XV. 934, Migne 200 p. 942. — „Significavit nobis".

„ 13. „ 12281 Inter fratres Valcellenses et ecclesiam S. Andreae de Castello compositionem a Petro, electo Cameracensi, super decimis factam confirmat. In bibl. nat. Paris. Chartul. Valcellens. cop. a. 1872, ms. lat. nouv. acqu. 1206. f. 33, (Neues Archiv VII. 103). — „Ex litteris dilecti".

„ 15. „ 12282 (8254) Henrico archiepiscopo, episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis archiepiscopatus Remensis, monachos S. Remigii tuendos commendat. Martene Coll. II. 975, Bouquet Rec. XV. 934, Migne 200 p. 946. — „Cum oporteat nos".

„ 18. „ 12283 (8255) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Paganum et Rainaldum burgenses Remenses, a sede apostolica reversos, ut, quas Alagrino, civi Anagnino, debeant, libras 16 monetae Provinensis nuncio eius exsolvant. Martene Coll. II. 976, Migne 200 p. 946. — „Cum Paganus".

„ 19. „ 12284 (8256) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Adamum de Villari et eius fratrem, ut Rainoldo ablatam terram restituant. Martene Coll. II. 976, Migne 200 p. 947. — „Ex transmissa questione (an conquestione?)".

„ 19. „ 12285 Fratribus Compendiensibus ecclesiam S. Clementis, quae vocatur Abbatia, et alia quaedam asserit. Chartul. S. Cornel. Compend. LL. 1622. s. XIII. f. 53 in tabul. nat. Paris., Coll. Moreau t. 71. f. 199 in bibl. nat. Paris. — „Quoticns aliqua ecclesiarum".

„ 20. „ 12286 (8257) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter monachos Compendienses et canonicos ecclesiae S. Clementis. Martene Coll. II. 977, Bouquet Rec. XV. 935, Migne 200 p. 947. — „Pervenit ad nos ex".

„ 21. „ 12287 Monasterio Compendiensi decimas quasdam concedit, statuitque ne in ecclesia eiusdem loci praebendarum vel canonicorum numerus augeatur. Alia addit. Chartular. S. Cornel. Compend. LL. 1622. s. XIII. f. 54 in tabular. nat. Paris., Coll. Moreau t. 74. f. 130 in bibl. nat. Paris. — „Etsi iustas petitiones".

„ 21. „ 12288 (8258) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut vel invitis decano et thesaurario Noviomensibus ecclesiam S. Medardi de Barleus W. presbytero tribuat. Martene Coll. II. 978, Migne 200 p. 948. — „Cum W. presbyter".

„ 26. „ 12289 (8259) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Ro. de Thori canonicum, ut G. clerico domum quamdam restituat. Martene Coll. II. 978, Migne 200 p. 948. — „Ex transmissa conquestione".

„ 31. „ 12290 Canonicis S. Mariae Blesensibus concessam a Io(scio), archiepiscopo Turonensi, ecclesiam S. Laurentii de Monte Laudato confirmat. Cartul. de Burgo-medio Bles. Coll. Housseau 12. I. f. 72 in bibl. nat. Paris. — „(Iustis) petentium desideriis".

Iun. 1. „ 12291 (8260) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut leprosos de Turribus super Marnam, a monachis eiusdem villae et Evirvino presbytero excommunicatos, absolvat, ac tres de fratribus extra coemeterium sepultos in coemeterium transferri iubeat. Martene Coll. II. 979, Migne 200 p. 949. — „Recepimus querelam".

„ 2. „ 12292 (8261) Fratribus Cartusiensibus significat, se monasterium Gyriense, ab Henrico, episcopo Gurcensi, assentientibus ecclesiae suae praeposito, canonicis ac ministerialibus, conditum, tuendum suscepisse. Zahn Urkundenb. v. Steiermark I. 530, (Pusch et Frochlich Dipl. St. II. 135, Migne 200 p. 949). — „His, quc ad".

„ 2. „ 12293 (9155. 9156. 9157. 9158) W(illelmo), archiepiscopo Senonensi, apostolicae sedis legato, respondet 1) appellationem non esse admittendam, „postquam est causa iudicibus appellatione remota commissa", etiamsi altera pars generali appellationis privilegio munita sit; 2) iudicem delegatum contumaces censuris ecclesiasticis coercere posse; 3) „non esse tutum, quemlibet contra iuramentum suum venire, nisi tale sit illud, quod observatum vergat in interitum salutis aeternae"; 4) „si qui vir et mulier pari consensu contraxerint matrimonium et vir, ea cognita, alteram duxerit, eum cogendum esse, secundam dimittere et ad primam redire". Wiener Sitzungsber. XXIV. 65, (App. conc. Lat. VI. 17, VII. 7, X. 11. 12. XVII. 1, Coll. Lips. XVII. 3, XXXV. 6, XLVII. 12. 13, LIX. 31, Coll. Cass. XXXVIII. 3, XLII. 6, LI. 11. 12, LVIII. 20, Coll. Bamb. XIX. 3, XXXIII. 6, XLI. 10. 11, LI. 18, Comp. I. l. 1. t. 2. c. 1, l. 1. t. 21. c. 6, l. 2. t. 17. c. 4, l. 2. t. 20. c. 13, l. 4. t. 4. c. 7, Decr. Greg. L. I.

1173—1174.

t. 3. c. 1, t. 29. c. 5, L. II. t. 24. c. 8, t. 28. c. 12). — „Sicut Romana ecclesia“ „Super eo vero quod“ „Super eo quod“ „Praetea super hoc“ „Si vero aliquis“ „Porro si qui“.

Iun. 3. Anagniae — 12294 (8262) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat fratrum hospitalis Hierosolymitani, qui in episcopatu Catalaunensi morantur, adversarios, ut importata iis damna compensent. Martene Coll. II. 979, Migne 200 p. 950. — „Ex parte dilectorum“.

„ 4. „ — 12295 (8263) Henricum, archiepiscopum Remensem, monet, ut G. diaconum, litterarum latorem, beneficio impertiat. Martene Coll. II. 980, Migne 200 p. 950. — „Licet de universorum“.

„ 4. „ — 12296 (8264) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut I. presbytero ablatam ecclesiam Villae Senioris restituat. Martene Coll. II. 981, Migne 200 p. 951. — „Rediens ad nos I.“

„ 7. „ — 12297 (8265) Willelmo, archiepiscopo Tarraconensi, apostolicae sedis legato, eiusque suffraganeis mandat, sub excommunicationis poena (Ildefonsum) regem Aragonensem hortentur, ne Robertum, auctorem necis, Hugoni quondam archiepiscopo Tarraconensi illatae, in regnum recipiat. Marca Marca Hisp. p. 1355, Aguirre Conc. V. 87, Mansi XXI. 1069, Villanueva Viage litter. XIX. 289, Migne 200 p. 952. — „Officio nostro congruit“.

„ 9. „ — 12298 (8266) Ildefonsum, regem Aragonum, monet, ne Robertum, Hugonis quondam archiepiscopi Tarraconensis interfectorem in regnum recipiat. Addit de epistola ad Willelmum archiepiscopum missa. Marca Marca Hisp. p. 1356, Aguirre Conc. V. 88, Mansi XXI. 1070, Migne 200 p. 952. — „Cum scriptum sit“.

„ 11. „ — 12299 (8267) Fulconem decanum et canonicos ecclesiae Remensis hortatur, ut, „quod in communione mensae, provisione pauperum, compositione vestium, sedulitate officii atque aliis honestis operibus inter eos noscatur vanitate subrepente dilapsum, ad honestatis formam et statum pristinum reducant“. Martene Thes. I. 458, Migne 200 p. 953. — „Quanto plures“.

(„) („) — 12300 (8268) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut canonicorum disciplinam corrigat. Martene Thes. I. 460, Bouquet Rec. XV. 935, Migne 200 p. 954. — „Si iuxta“.

„ 16. „ — 12301 (8269) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut a canonicis S. Gervasii decimas quasdam restitui fratribus S. Medardi iubeat. Martene Coll. II. 982, Migne 200 p. 955. — „Dilecti filii nostri“.

„ 16. „ — 12302 (8270) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat comitem Registetensem, ut fratrum S. Medardi Suessionensis hominibus de Iungeri ablata intra viginti dies post litterarum susceptionem restituat. Martene Coll. II. 982, Bouquet Rec. XV. 934, Migne 200 p. 956. — „Pervenit ad audientiam“.

„ 17. „ — 12303 (8271) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat Petrum, militem Compendiensem, ut ablatam Phy. de Petra-fonte terram reddat. Martene Coll. II. 982, Migne 200 p. 956. — „Ex parte Phy.“

„ 17. „ — 12304 (8272) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Ernaldum, qui in B. canonicum Laudunensem „violentas manus iniecerit“, excommunicet. Martene Coll. II. 983, Migne 200 p. 957. — „Ex relatione dilecti“.

„ 18. „ — 12305 (8273) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Lambertum, ut Iohanni clerico et eius fratri Radulfo, quae abstulerit, restituat. Martene Coll. II. 984, Migne 200 p. 957. — „Venientes ad nos“.

„ 20. „ — 12306 (8274) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Iohannem clericum et eius fratrem Radulphum, a (Guidone) episcopo Catalaunensi excommunicatos, pro absolutis haberi iubeat, compellatque episcopum, ut eis expensas necessarias, quas ad sedem apostolicam „veniendo, morando vel redeundo“ fecerint, restituat. Martene Coll. II. 985, Migne 200 p. 958. — „Conquerentibus nobis“.

„ 23. „ — 12307 (8275) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat abbatem Letiensem, ut monasterio Melbodiensi Anor villam restituat. Martene Coll. II. 985, Migne 200 p. 958. — „Relatum est auribus“.

„ 25. „ — 12308 (8276) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut G. canonicum Laudunensem privari decuma quadam vetet. Martene Coll. II. 986, Migne 200 p. 959. — „Relatum est auribus“.

1173—1174.

Iul. 8. Anagniae 12309 (8277) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat fratres de Eslans (Elantinos), ut subtractam fratribus S. Nicasii pensionem a quatuor retro annis solvendam restituant. Martene Coll. II. 987, Migne 200 p. 960. — „Dilecti filii nostri".

„ 11. „ 12310 (8278) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut controversiam vicedomini de Pinconio et abbatis Aquicinctensis super possessionibus quibusdam litigantes diiudicet. Martene Coll. II. 988, Migne 200 p. 960. — „Ex parte vicedomini".

„ 15. „ 12311 Praeposito, Fulconi decano et capitulo Remensi litteras dat. Neues Archiv VII. 101. — „Pervenit ad nos".

„ 15. „ 12312 Inter monasterium S. Nicolai Ribomontense et Guidonem presbyterum (de Fontanis) super decima de Fillanis actum a R(oberto) episcopo Ambianensi arbitrium confirmat. Stein Cart. de St. Nicol. des Prés sous Ribem. p. 112, (Cartam Roberti a. 1168 datam cf. ibid. p. 114). — „Ea quae compositione".

15. 12313 Abbati et fratribus S. Nicolai Ribomontensibus scribit de controversia eorum cum monasterio Humolariensi aliisque, commissa (Everardo) episcopo Tornacensi. Compositionem huius confirmat. Stein Cart. de St. Nicol. des Prés sous Ribem. p. 109. — „Ea quae compositione".

„ 18. „ 12314 Compositionem inter monasterium S. Nicolai Ribomontense atque (Petrum) abbatem Humolariensem, (Adenam) abbatissam Monasteriolensem Gerardumque de Brenorch ab Hug(one) abbate S. Quintini factam et a B(alduino) Noviomensi ac G(altero) Laudunensi episcopis roboratam confirmat. Stein Cart. de St. Nicol. des Prés sous Ribem. p. 105. — „Ea quae compositione".

18. „ 12315 (8279) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut fratrum de Mellento coemeterium ab uno de suffraganeis suis dedicari iubeat. Martene Coll. II. 988, Migne 200 p. 961. — „Significaverunt nobis infirmi".

„ 21. „ 12316 (8280) Domum infirmorum fratrum iuxta Remensem civitatem commorantium tuendam suscipit, et „nundinas, quas Henricus archiepiscopus iuxta eam domum annuatim celebrari concessit, scilicet a die paschae usque ad vesperas sequentis dominicae, confirmat". Marlot Metr. Rem. II. 400, Migne 200 p. 961. — „Dignum est et".

„ 28. 12317 Hugoni abbati et fratribus S. Genovefae scribit, „contineri in scripto quodam, quod b. m. Hen(ricus) quondam Francorum rex fecisse dinoscatur, quod Teudo de Firmitate, quae appelletur Urcha, coram eodem rege pravas consuetudines, quas in villa apostolorum Petri et Pauli et S. Genovefae, quae Marisiacus nominetur, habuerit, ecclesiae eorum remiserit". Quam remissionem confirmat. Loewenfeld Epistolae p. 143. — „Continetur in scripto".

Aug. 11. 12318 (Guichardo) archiepiscopo Lugdunensi, apost. sed. legato, et (Roberto?) electo Viennensi mandat, ut de iniuriis satisfaciant, quas eorum parochiani canonicis Romanensibus intulerint. („III. Id. Aug.") Giraud L'abbaye de St.-Barnard I. Preuves p. 211 et II. Preuves p. 111. — „Licet iniuncto nobis".

„ 31. 12319 (8282) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut F. civem Remensem a S. burgensi S. Remigii de domo quadam vexari vetet. Martene Coll. II. 990, Migne 200 p. 963. — „Ex transmissa conquestione".

Sept. 6. 12320 (8283) Henrico, archiepiscopo Remensi, scribit, „cum de contrahendo matrimonio inter filium L(udovici) Francorum regis et filiam illius F(riderici), dicti imperatoris, verbum iam diu sopitum suscitetur, . . . ita laboret efficere, ut vel iam dictum negotium revocetur, aut si revocari non poterit, taliter provideatur, quod ecclesia Dei nullum exinde incommodum sustineat vel iacturam; suadeat regi, „ut contra inimicos suos de caelo quaerat auxilium, non ab homine". Martene Coll. II. 991, Bouquet Rec. XV. 938, Migne 200 p. 964. — „Cum de contrahendo".

10. 12321 (8284) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur G(uidonem), episcopum Catalaunensem, ut Horrico clerico, ab abbate Maurimontensi praesentato, ecclesiam S. Iuliani de Helissia restituat. Martene Coll. II. 992, Migne 200 p. 964. — „Decet nos provisioni".

„ 30. 12322 (8415) Monachis Wessenbrunnensibus praecipit, ne expulsum abbatem schismaticum denuo recipiant, quem (Hartwigus) schismaticus episcopus Augustensis restituere studeat. Leutner Hist. mon. Wessofont. p. 211, Migne 200 p. p. 1059; De tempore vide Adler Herzog Welf VI. und sein Sohn p. 82 et Fechner in Arch. für K. österr. Gesch.-Qu. XXI. 318. — „Retulerunt nobis".

1173—1174.

Sept. 30.	Anagniae	12323 (8416) Monachis Wessenbrunnensibus scribit, ut Henricum et Carolum fratres recipiant, qui testante Welfonis ducis epistola expulsum abbatem schismaticum repudiaverint. Leutner Hist. mon. Wessofont. p. 210, Migne 200 p. 1059. — „Ex relatione".
Oct. 17.	„	12324 Consules Placentinos hortatur, ne abbatissam monasterii S. Iuliae Brixiensis iniuriis afficiant, utque litem cum ea de portu et ponte Placentino in praesentia G(aldini) archiepiscopi Mediolanensis, apostolicae sedis legati, et (Oberti) Dertonensis episcopi componant; praecipit, ut „pedagium, quod F(ridericus) imperator et nuntii eius memoratae abbatissae ac monasterio eius solverint, ei cum integritate solvant". Addit, W. et Er. de Porta, malefactores magistri P. subdiaconi, ecclesiae S. Antonini canonici, „non exhibita sibi corporali praesentia" absolvendos non esse; sed si W., ita claudicet, quod ad sese accedere non possit, a Galdino archiepiscopo, recepto iuramento, cum anathemate liberatum iri. Boselli Storie Piacentine p. 325. — „Cum monita et mandata".
„ 20.	„	12325 Clerum populumque Oritanum vituperat, quod quibusdam aures dent, qui discordiam inter eos et Brundisinos seminare conentur. Hortatur, ut archiepiscopo Brundisino obediant. (Melius redigendum videtur ad a. 1160—1179.) Pflugk-Harttung Iter p. 274. — „Miramur plurimum".

1174. *(Ind. 7. — 25. Sept. — 8, pont. a. 15. — 20. Sept. — 16, 1173. — 25. Mart. — 1174.)*

Ian. 6.	Anagniae	12326 Statuit, ut mansi in castro Gorge de manibus Tebaldi, civis Anagnini, ad mansos monasterii Villae magnae redeant. Pflugk-Harttung Iter p. 275. — „Cum sepius".
„ 11.	„	12327 Transmundo, abbati Clarevallensi, et omnibus fratribus eiusdem ordinis in Lombardia constitutis confirmat „immunitatem iuramenti calumniae", a rectoribus Lombardiae interveniente Manfredo, tit. S. Caeciliae presbytero cardinali, tunc apostolicae sedis legato, concessam. Vignati Storia dipl. della lega Lomb. p. 239. — „Iustis petentium desideriis".
„ 18.	„	12328 (8287) Gerardo abbati et universo conventui Claraevallensi Bernardum abbatem in numerum sanctorum relatum nunciat. S. Bernhardi Opp. II. 1362, Acta SS. Aug. T. IV. 245, Manrique Ann. Cist. III. 2, Migne 185 p. 624. — „Sicut de religione".
„ 18.	„	12329 (8288) Universis ordinis Cisterciensis abbatibus significat, Bernardum quondam abbatem Claraevallensem a sese sanctis ascriptum esse. S. Bernhardi Opp. II. 1361, Acta SS. Aug. T. IV. 245, Manrique Ann. Cist. III. 2, Migne 185 p. 623. — „Quoties honesta".
„ 18.	„	12330 (8289) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, aliisque ecclesiarum praelatis, in regno Franciae constitutis, nunciat, Bernardum quondam abbatem Clarevallensem sanctorum ordinibus ascriptum esse. S. Bernhardi Opp. II. 1360, Acta SS. Aug. T. IV. 244, Manrique Ann. Cist. III. 3, Bouquet Rec. XV. 940, Mansi XXI. 1048, Migne 185 p. 622. — „Contigit olim".
„ 18.	„	12331 (8290) Ludovico, Francorum regi, Bernardum in sanctos relatum nunciat. Monasterium Claraevallense commendat. S. Bernhardi Opp. II. 1360, Bouquet Rec. XV. 941, Acta SS. Aug. T. IV. 244, Migne 185 p. 623, (Manrique Ann. Cist. III. 3). — „Novit, ut credimus".
„ 20	„	12332 Transmundo abbati et conventui Clarevallensi grangiam de Valleria asserit. Autogr. in Arch. reg. Mediol. Ex schedis Iaffei: „XIII. kal. Febr.", Wiener Sitzungsber. XCIV. 673: „XII. kal. Febr."). — „Iustis petentium desideriis".
„ 21.	„	12333 *Monasterium Alnense tuendum suscipit eiusque bona confirmat. Devillers Descr. anal. des cart. du Hainaut V. 3.
„ 21.	„	12334 (8291) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, „clericos, sive laicos, qui prioratus, ecclesias et alias possessiones, quae ad Cluniacense monasterium pertinent, locatas vel commendatas habeant sine assensu capituli Cluniacensis", compellat, „ut eas Cluniacensi monasterio, si de possessionibus locatis, deductis expensis, perceperint, quod pro earum locatione dedissent, restituant". Martene Coll. II. 999, Migne 200 p. 967. — „Quanto Cluniacense".
„ 24.	„	12335 Priori et fratribus Cluniacensibus plausum dat, quod (Rodulfum) priorem quondam de Caritate „in magistrum pariter et abbatem" elegerint. Cui ut obediant, hortatur. Loewenfeld Epistolae p. 143. — „Gratum nobis est".
„ 28.	„	12336 (8292) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat comitem Registetensem, ut abbati et monachis S. Remigii scholam castri restituat. Homines eiusdem

1174. *(Ind. 7. — 25. Sept. — S, pont. a. 15. — 20. Sept. — 16, 1173. — 25. Mart. — 1174.)*

abbatis in Aisencella villa ab Anselmi de Possessa iniuriis defendat. Martene Coll. II. 999, Bouquet Rec. XV. 927, Migne 200 p. 967. — „Significavit nobis abbas".

Ian. 29. Anagniae — 12337 (8293) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, abbatis S. Remigii homines, Catalauni degentes, compellat, ut abbati solita servitia praestent. Martene Coll. II. 1000, Bouquet Rec. XV. 928, Migne 200 p. 968. — „Significatum est nobis".

„ 29. „ — 12338 (8294) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat quosdam monasterii S. Remigii adversarios, ut damna monasterio importata sarciant, ablataque bona restituant. Martene Coll. II. 1001, Bouquet Rec. XV. 928, Migne 200 p. 968. — „Insinuatum est auribus".

„ 30. „ — 12339 Ecclesiam S. Mariae Ovensem prope Bozanum tuendam suscipit, eiusque bona ac privilegia confirmat. Bonelli Notizie istoriche III. 168. — „Religiosam vitam eligentibus".

Febr. 1. „ — 12340 (8295) Ecclesiae S. Mariae Montisdesiderii protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Berengario priore. Bullar. Cluniac. p. 73, Migne 200 p. 969. — „Suscepti regiminis".

„ 10. „ — 12341 (8296) Sententiam, a Milone episcopo Taurinensi latam inter monachos et canonicos S. Ambrosii Mediolanenses, confirmat. Puricelli Ambr. bas. mon. p. 948. — „Significante nobis".

„ 12. „ — 12342 (8297) Monasterii S. Mariae Liskensis protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Roberto abbate. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 31, Migne 200 p. 971. — „Iustis religiosorum desideriis".

„ 14. „ — 12343 (8298) Henrico, archiepiscopo Remensi, significat, se (Pontio), archiepiscopo Narbonensi, et A(delberto), episcopo Nemausensi, et R(aimundo) S. Mariae in via lata diacono cardinali mandasse, hortarentur (Raimundum) comitem Tolosanum, ut nunciis missis C(onstantiam) comitissam ad sese revocaret. Comitissam moneri vult, ut acceptis nunciis ad virum revertatur. Martene Coll. II. 1003, Bouquet Rec. XV. 942, Migne 200 p. 972. — „Referente nobis".

„ 22. „ — 12344 (8299) Henrico, archiepiscopo Remensi, affirmat, F. parrochianum eius de eo in curia sua non detraxisse, hortaturque eum, ne indignationem adversus illum concipiat. Martene Coll. II. 1004, Migne 200 p. 973. — „Lator praesentium F."

„ 23. „ — 12345 Abbati et conventui S. Crucis de Edenesburch asserit ecclesiam Botheldunensem, „de auctoritate R(ichardi) episcopi S. Andreae et assensu W. de Veteri-ponte, domini fundi", eis collatam. Liber cartarum S. Crucis p. 173. — „Quoniam tenemur iustis".

„ 25. „ — 12346 (8300) Ecclesiam S. Petri Autissiodorensem, a Willelmo episcopo ex decanatu in abbatiam mutatam, confirmat. Ecclesiam de Venosa ei asserit. Gall. Chr. XII. Instr. p. 134, Migne 200 p. 973. — „Ea, quae ad".

„ 28. „ — 12347 (8301) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat G. de Aspero-monte, ut ablata monasterio Gorziensi restituat. Martene Coll. II. 1004, Bouquet Rec. XV. 929, Migne 200 p. 974. — „Dilecti filii abbas".

Mart. 1. „ — 12348 Abbati et fratribus S. Remigii Remensis litteras dat. Neues Archiv VII. 102. — „Cum circa nos".

„ 1. „ — 12349 (8302) Ecclesiam Capuanum, petente Alfano archiepiscopo, tuendam suscipit, eiusque privilegia et possessiones confirmat. Ughelli It. sacr. VI. 327, Migne 200 p. 974. — „Cum ex iniuncto".

„ 1. „ — 12350 (8303) Henrici, archiepiscopi Remensis, tutelae commendat monasterium Maurimontense. Martene Coll. II. 1005, Migne 200 p. 976. — „Cum ecclesia Maurimontensis".

„ 4. „ — 12351 Parthenonis S. Andreae Viennensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Iuliana abbatissa. Charvet L'abbaye de S. André-le-haut de Vienne p. 211: „IIII. non. Mart.", Gall. Chr. XVI. Instr. p. 37: „III. non. Mart.". — „Virginibus sacris".

„ 6. „ — 12352 (8304) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut monasterio Maurimontensi illata ab adversariis damna intra triginta dies sarciri iubeat. Martene Coll. II. 1006, Bouquet Rec. XV. 930, Migne 200 p. 977. — „Conquerentibus nobis".

„ 8. — 12353 (8305) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat abbatis S. Remigii adversarios, ut ei de illatis iniuriis satisfaciant. Martene Coll. II. 1006, Bouquet Rec. XV. 930, Migne 200 p. 977. — „Dilectus filius noster".

1174. *(Ind. 7. — 25. Sept. — S, pont. a. 15. — 20. Sept. — 16, 1173. — 25. Mart. — 1174.)*

Mart. 10. Anagniae — 12354 (8306) Henricum, archiepiscum Remensem, hortatur, ut O. civem Laudunensem in gratiam recipiat. Martene Coll. II. 1007, Migne 200 p. 978. — „Pontificalis officii dignitas".

15. „ — 12355 (8307) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Galterum presbyterum capellae leprosorum Sparnacensium praeficiat. („XVIII. kal. Apr.") Martene Coll. II. 1008, Migne 200 p. 978. — „Audita olim conquestione".

„ 18. „ — 12356 (Alexandro), abbati Aquicinctensi altaria de Visiaco et de Nigella iuxta Lensum asserit. Pflugk-Harttung Acta I. 254. — „Iustis petentium desideriis".

18. „ — 12357 Maioris-monasterii protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Roberto abbate. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12879. (Hist. de Marmoutiers auctore Martenio) f. 157. — „Quanto monasterium vestrum".

21. „ — 12358 (8308) Henrico, archiepiscopo Remensi, et (Desiderio), episcopo Morinensi, mandat, ne de fratrum Cisterciensium Clari-marisci „novalibus et nutrimentis animalium decimas exigi" patiantur. Martene Coll. II. 1009, Bouquet Rec. XV. 931, Migne 200 p. 979. — „Non ignorat, sicut".

(„) („) — 12359 Desiderio episcopo Morinensi scribit de decimis (a fratribus Clari-marisci) non exigendis. (Fragmentum.) Henriquez Fasciculus sanctorum ord. Cist. I. 39. — „In veteri testamento".

„ 23. „ — 12360 (8309) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Guarinum de Cherchi, ut fratribus S. Martini Laudunensis illata damna reconcinnet. Martene Coll. II. 1009, Migne 200 p. 979. — „Querelam abbatis et".

„ 29. „ — 12361 Monasterii Clusini possessiones iuraque confirmat, petente Benedicto abbate. Pflugk-Harttung Iter p. 275. — „Desiderium quod".

Apr. 1. „ — 12362 (8310) Transactionem factam inter Guichardum, archiepiscopum Lugdunensem, apostolicae sedis legatum, et Guigonem, comitem Forensem, confirmat. Lamure Hist. eccl. de Lyon p. 308, Menestrier Hist. de Lyon, Preuv. p. 37, Bouquet Rec. XV. 942, Migne 200 p. 980. (Integrum transactionis instrumentum bullae insertum est.) — „Cum ecclesia Lugdunensis".

„ 3? „ — 12363 Monasterii S. Petri Landolinensis possessiones confirmat, petente Attone abbate. Pflugk-Harttung Iter p. 275. — „Quotiens illud".

„ 4. „ — 12364 (8311) Monasterii S. Mariae Novigentensis patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Iohanne abbate. Autogr. in bibl. nat. Paris. Coll. Grenier t. 291. n. 18, (Du Plessis Hist. de Coucy p. 143, Migne 200 p. 985). — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 7. „ — Ricardum archiepiscopum Cantuariensem consecrat, „dominica post pascha, qua canitur Misericordias domini", Gervasii Chronica ap. Twysden II. A. SS. I. 1426, Opp. hist. ed. Stubbs I. 247. (Consecrationem non Romae, ut falso refert Gervasius, sed Anagniae factam esse, exploratum est; cf. Radulf. de Diceto Im. Hist. ap. Twysden p. 579—580, ed. Stubbs I. 388.)

„ 9. („) — „die tertia" Ricardo, archiepiscopo Cantuariensi, pallium tribuit. Ep. Regin. electi Bathon. in Gestis Henrici, olim Benedict. Petrob. tributis, 1174 ed. Stubbs I. 70.

(„) („) — 12365 (8312) Ricardo, archiepiscopo Cantuariensi, et eius successoribus primatum Angliae asserit. Radulf. de Diceto Imag. Hist. ap. Twysden H. A. SS. I. 580, ed. Stubbs I. 390, (Migne 200 p. 985). — „Intuitu caritatis".

(„) („) — 12366 (8313) Lupo, regi Valentiae, scribit ita: „Cum omnes unum Deum patrem habeamus in coelis, ipsum solum totis visceribus colere debes, qui tantam tibi super Saracenorum gentes et regna contulit potestatem". Haec addit: „Cum autem omnes liberos natura creasset, nullus conditione naturae fuit subditus servituti". (Ricardum) archiepiscopum Cantuariensem „assumptum esse ad tutamen Anglorum", significat. (Fragmentum.) Radulf. de Diceto Imag. Hist. ap. Twysden H. A. SS. I. 580, ed. Stubbs I. 390. — „Cum omnes unum".

„ 12. „ — 12537 (8382) Ecclesiae Ulciensis protectionem suscipit. Ulciensis eccl. chartar. p. 19. — „Si quando postulantur".

„ 13. „ — 12538 Monasterio Carrofensi asserit ecclesiam de Monsadano, ab episcopo Petragoricensi concessam. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 18379. (Dom Fontenau IV.) f. 43. — „Iustis petentium desideriis".

„ 16. „ — 12539 Petro praeposito et fratribus S. Egidii Verracensibus petentibus concedit, „ne quis post factam in ecclesia eorum professionem proprium habere praesumat, aut sine cautione communi litterarum nisi obtentu arctioris religionis de claustro discedere nec discedentem aliquis audeat recipere", cet. Hist. Patr. Mon. Chart. II. 156, ubi perperam epistola Alexandro II. ascribitur. — „Cum sitis divinis".

„ 17. „ — 12540 (Arnulfo) Lexoviensi et Ebroicensi episcopis mandat, ut monasterii Beccensis presbyteros in eorum episcopatibus constitutos ad solvendum monasterio debitum cogant. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 13905. f. 2. — „Significavit nobis".

„ 18. „ — 12541 Militiae templi Hierosolymitani indulget, ut „ad ferendum testimonium in causis propriis" fratres suos producere possint. Prutz Malteser Urk. p. 29 not., et p. 38, idem ap. Löher Arch. Zeitschr. VIII. 91 not.

„ 23. „ — 12542 (8383) Rectores Lombardiae monet, ut cives Mutinenses ab infestando monasterio Nonantulano dehortentur, ac de quadraginta obsidibus, ex monasterio receptis, viginti dimittant. Tiraboschi St. di Non. II. 273, Migne 200 p. 1042. — „Quanto Nonantulanum".

„ 28. „ — 12543 A(lano) abbate et fratribus de Gofer (vel Sillcio) petentibus, monasterii protectionem suscipit, regulam Praemonstratensem ecclesiamque S. Leonardi et alia quaedam confirmat. Orig. in Arch. dép. de l'Orne in Alençon. Fonds de Silly. — „Piis et rationabilibus".

„ 28. „ — 12544 Canonicis S. Nicolai Catalaunensibus privilegium dat. Neues Archiv VII. 102. — „Iustis petentium".

„ 29. „ — 12545 Monasterii Tutelensis ecclesias quasdam confirmat, petente Geraudo abbate. Ex Coll. Doat. t. 125. f. 236 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Cum teneamur".

„ 30. „ — 12546 R(ogero), archiepiscopo Eboracensi, apost. sed. legato, mandat, statuat cum capitulo ecclesiae, „ut in maiori altari ipsius ecclesiae nemo nisi episcopus vel canonicus eiusdem ecclesiae celebrare audeat, nec aliqui in missa, quae in praescripto altari celebratur, evangelium vel epistolam, nisi eiusdem ecclesiae sint canonici, legere praesumant". (Suspecta.) Fabric rolls in York Minster p. 145. — „Cum ecclesia tibi".

1160—1176.

Mart. 30. Anagniae 12547 Amatoni abbati et fratribus S. Petri de Villa magna. Sic ap. Pflugk-Harttung Iter p. 275. — „Iustis petentium".

Mart. Apr. „ 12548 *Fratribus Massiliensibus significat, se villae Chiriacensis (Quiriacensis) tutelam suscipere. („III. kal. non. Apr.") Coll. des Cartulaires IX. 368. — „Rationabilibus".

Apr. 11. „ 12549 Bullae hoc die datae pro ecclesia, ut videtur, Lucensi meminit Holder-Egger ex cod. capituli Luc. 618, in Neues Archiv XI. 263 not.

„ 18. „ 12550 Monachis et presbyteris ecclesiae b. Petri de Baresma et S. Laurentii de Lungiaco asserit „debitum obsequium, quod in obsequiis defunctorum et processionibus consueverint percipere". Ex Coll. Housseau V. n. 1817 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Congruam officii".

„ 20. 12551 Archiepiscopis, episcopis, archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis, in quorum parochiis possessiones monasterii Malmesburiensis consistant, significat, sese fratribus Malmesburiensibus indulsisse, ut monasterii malefactores excommunicationis vel interdicti sententia ferirent. Praecipit, ut sententiam ab eis promulgatam observent faciantque observari. Registrum Malmesbur. I. 367. — „Quando monasterium".

„ 22. 12552 (8384) Universis episcopis per Rotomagensem provinciam constitutis praecipit, ut excommunicationis et interdicti sententias ab ecclesia Rotomagensi prolatas observent. Bessin Conc. Rot. I. 83, Bouquet Rec. XV. 932, Mansi XXI. 1068, Migne 200 p. 1042. — „Cum ecclesia Rotomagensis".

„ 22. „ 12553 Abbati et fratribus S. Ebrulfi concedit, ne de novalibus, quae propriis manibus aut sumptibus colant, sive de nutrimentis animalium solvant aut decumas aut primicias. Ex chartul. S. Ebr. ms. lat. 11056. n. 1082 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Iustis petentium desideriis".

„ 23. „ 12554 Cappellanis Laudunensibus concedit, ne quis eis „indebitas exactiones vel quaelibet gravamina irrogare" debeat. Autogr. in bibl. nat. Paris. Coll. Grenier t. 286. n. 4. — „Rationabilibus votis".

„ 25. „ 12555 (8385) Episcopo Suessionensi mandat, hortetur Wa. abbatem Dorbacensem, ut A., Hierosolymis reducem, in monasterio, in quo monasticum habitum susceperit, recipiat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 607, Bouquet Rec. XV. 933, Mansi XXI. 997, Migne 200 p. 1043. — „Latoris praesentium A.".

„ 26. 12556 (8386) Ecclesiae S. Mariae Corbeliensis, monasterio S. Dionysii subiectae, iura quaedam confirmat. Doublet Hist. de St. Denys p. 509, Coüard-Luys Cart. de St.-Spire de Corbeil p. 31, Migne 200 p. 1043. — „Cum ecclesia vestra".

„ 27. „ 12557 Monasterio S. Florentii Salmuriensi ecclesias quasdam asserit. Archives hist. de la Saintonge IV. 55. — „Iustis petentium desideriis".

„ 28. „ 12558 Archiepiscopis et episcopis mandat, ne malefactores ecclesiae S. Martini Turonensis, si excommunicati fuerint, absolvant, donec satisfecerint. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 76. f. 360. — „Nullus vestrum".

„ 29. „ 12559 Cellerarii S. Martini Turonensis constitutionem super cereis procurandis, assensu capituli factam, approbat. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 76. f. 361. — „Significavit nobis".

„ 29. „ 12560 Abbati et fratribus S. Ebrulfi asserit centum solidos sterlingorum a domino de Ferrariis annuatim solvendos. Ex chartular. S. Ebrulfi I. 159 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Suggestum est".

„ 29. „ 12561 (8387) Capitulo b. Martini Turonensi permittit, ut modiationes vacantes infra quadraginta dies vel, circa festum S. Iohannis Baptistae tempore messis, infra decem dies plus offerentibus concedantur. Recueil sur S. Martin de Tours p. 22, Migne 200 p. 1044. — „Quanto specialius".

„ 29. „ 12562 Abbati et fratribus S. Ebrulfi concedit, ut de cellis vacantibus libere statuant. Ex chartul. S. Ebrulfi I. 156 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Officio nostro".

Mai. 4. „ 12563 Monasterii S. Laurentii de Calido-fonte possessiones, in his ecclesiam de Galesmis et capellam de Masnero, confirmat. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 80. f. 186. — „Iustis petentium desideriis".

„ 6. „ 12564 In abbatis S. Victoris Parisiensis electionem aliquem sese intromittere vetat, statuitque, ut electus per priorem et suppriorem monasterii celebretur. Autogr. in tabul. nat. Paris. L. 231. n. 5. — „Paci et quieti".

1160—1176.

Mai. 7. | Anagniae | 12565 Ecclesiam S. Savini Placentinam eiusque possessiones tuendas suscipit, statuitque, ne cui infra eius parochiarum terminos capellas vel oratoria construere liceat. Pflugk-Harttung Acta III. 239. — „Quc a nobis".

„ 8. | „ | 12566 Quos capitulo Ebroicensi Audoënus, quondam episcopus, „ad communionem canonicorum ampliandam concesserit redditus, constitutos pro circada, quam ipse a presbyteris sui episcopatus ex institutione concilii Iulibonae (vel Iusulebonae, hodie: Lillebonne) et ex consuetudine episcopalium ecclesiarum Normanniae exigebat", confirmat, cet. Cart. du chap. d'Evr. s. XIII—XIV. f. 5b in Arch. dép. de l'Eure in Evreux. — „Ea, quae in ecclesiis".

„ 9. | „ | 12567 Canonicos Mortarienses vetat ecclesiae Ianuensi decimas debitas subtrahere. Pflugk-Harttung Acta III. 239. — „Sicut volumus vobis".

„ 12. | „ | 12568 Vigintimiliensem et Antipolitanum episcopos iudices constituit inter capitulum Ianuense et monachos S. Syri, de obedientia et loco, ubi abbas benedicatur, litigantes. Pflugk-Harttung Acta III. 240. — „(Quia?) nuntii" („Cum?) nuntii".

„ 13. | „ | 12569 Pactum inter fratres Altimontenses et capitulum Aquense super duabus ecclesiis factum confirmat. Cartul. de S. Pierre d'Haumont. ms. lat. nouv. acqu. 1386. s. XIII. f. 4b, Coll. Moreau t. 70. f. 247 in bibl. nat. Paris., (Reg. ap. Devillers Descr. analyt. des cart. du Hainaut III. 118). — „Honestati conveniens est".

„ 16. | „ | 12570 Abbati et capitulo monasterii Eveshamensis asserit reditus ecclesiae de Abresleye. Ex cod. Mus. Brit. 3763. f. 95. Dedit b. m. Karolus Pertz. — „Pervenit ad nos quod".

„ 20. | „ | 12571 (8389) Statuit, „ne aliqua laicalis persona, patronatus seu alia occasione, electionibus abbatum vel priorum Camaldulensium semet ulla ingerat ratione". Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 1, Migne 200 p. 1045. — „Quc canonicis sanctionibus".

„ 21. | „ | 12572 Abbati et fratribus S. Ebrulfi cellas de Altifago, de Nogione, de Novoforo, alias asserit. Ex chartul. S. Ebrulfi f. 157 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Si quando".

„ 24. | „ | 12573 Monasterio S. Dionysii Remensi vineas et terras quasdam asserit. Cartae S. Dion. Rem. ms. lat. E. 24. f. 52 in bibl. S. Genovefae Paris. — „Iustis petentium desideriis".

„ 25. | „ | 12574 Ecclesiae de Plesseio (vel Campo Osberti) possessiones quasdam confirmat. Cart. de l'abb. du Plessis-Grimould s. XV ex. f. 6b in Arch. dép. du Calvados in Caen. — „Iustis petentium desideriis".

„ 28. | „ | 12575 Maioris-monasterii fratribus asserit „septem modios vini ad mensuram de Castillione" a Guidone de Castillione concessos. Autograph. in tabul. nat. Paris. L. 231. n. 58. — „Iustis petentium desideriis".

„ 30. | | 12576 (8390) Canonicis S. Quintini concedit, „ne episcopus Noviomensis plures quam triginta quinque homines et triginta equitaturas ad eorum ecclesiam ducere audeat". Colliette Mém. du Vermandois II. 339, Hemeraei Aug. Virom. p. 166, Migne 200 p. 1046. — „In eo loco sumus".

„ 31. | „ | 12577 Monasterio b. Mariae Blesensi ecclesiam S. Laurentii Montis-laudati confirmat. Auvray Notice sur le ms. Ottobonien 2966 p. 15 in Mélanges d'arch. et d'hist. VI. — „Iustis petentium desideriis".

Iun. 1. | „ | 12578 Decano et capitulo S. Crucis Aurelianensi praecipit, ne praebendam et annualia, quae canonici S. Evurtii in eorum ecclesia possideant, „occasione matutinarum" diminuant. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12775. f. 37. — „Cuilibet ad cumulum cedit".

„ 4. | „ | 12579 Hospitalis Hierosolymitani possessiones et redditus, Parisiis comparatos, confirmat. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 230. n. 6. — „Fervor religionis".

„ 5. | „ | 12580 Episcopo Noviomensi et decano S. Quintini mandat, ne A. quendam ab abbate S. Nicolai de Pratis (Ribomontensis) pro mutuata pecunia usuram ulterius requirere patiantur. Loewenfeld Epistolae p. 146, Stein Cart. de St. Nicol. des Prés sous Ribem. p. 39. — „Ex parte abbatis".

„ 11. | | 12581 (8391) Canonicorum S. Quintini legem confirmat. „si quis canonicus ecclesiae assiduitatem inibi non servet, nisi de licentia capituli alibi moretur, integros fructus praebendae suae percipere ne debeat, excepto uno solo canonico, qui fuerit capellanus". Colliette Mém. du Vermandois II. 350, Hemeraei Aug. Virom. p. 166, Migne 200 p. 1047. — „Ea, quae sunt".

„ 14. | „ | 12582 R(aimundi) praepositi et capituli Tarraconensis bona ac iura confirmat. Villanueva Viage litterario XIX. 218. — „Cum sitis secundum".

1160—1176.

Iun. 15. Anagniae 12583 (8392) Omnibus episcopis praecipit. ut „in locis, ubi fratres vel sorores Praemonstratenses habitent, nullos seculares clericos introducant". Le Paige Bibl. Praem. p. 631, Fejér C. D. H. II. 187. — „Quanto religio".

„ 15. 12584 „Presbyteris canonicis Laudunensis ecclesiae" asserit „praebendam unam communem in ecclesia Laudunensi et annualia illorum, qui ibi canonici moriuntur", sicut G(alterus) quondam episcopus ipsa confirmaverit. Autogr. in tabul. nat. Paris. L. 231. n. 46. — „Officio nostrae sollicitudinis".

„ 16. 12585 Narbonensi, Arelatensi et Ebredunensi archiepiscopis scribit, fratres S. Aegidii sibi conquestos esse, quod, cum controversiae in eorum villa subortae in curia monasterii tractari solerent, nunc comes Tolosanus eas sic terminandas esse proponeret, ut in arbitrio litigantium esset, suam vel monasterii curiam adire. Moneant comitem, ne antiquam consuetudinem infringat. Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 86. — „Dilecti filii nostri".

, 17. 12586 A decano et capitulo Laudunensi institutum, ne canonici haud assidue servientes vel per quadraginta dies sine licentia capituli absentes pares cum assiduis praebendas percipiant, approbat. Autogr. in tabul. nat. Paris. L. 231. n. 39. — „Iustis petentium desideriis".

„ 17. 12587 (8394) V. priori et canonicis ecclesiae S. Frigdiani Lucensis scribit haec: „decernimus, ut, si qua canonici Lucenses a nobis falsa suggestione impetraverunt, quae privilegiis vobis ab apostolica sede indultis derogare noscuntur, ea vobis in iustitia vestra nullum possint praeiudicium generare". Baluzii Misc. IV. 596, Migne 200 p. 1048. — „Religionis et fidei".

20. 12588 Monasterii S. Petri Glocestriensis bona ac iura quaedam confirmat. Hist. et cart. mon. S. Petri Gloucestriae III. 15. — „Quotiens aliquid a".

20. 12589 Sororibus S. Mariae Bertocurtensibus indulget, ne de nutrimentis animalium decimas solvant. Cartul. de Bertaucourt Coll. Grenier t. 93. f. 42 in bibl. nat. Paris. — „Quanto divinis estis".

21. 12590 *Fratribus S. Bertini Sithiensibus de monacho apud eos induendo scribit. Vide Iohannis Longi chron. in MG. SS. XXV. 814: „XI. kal. Iul." (al. mss.: „XII. kal. Iul.").

„ 27. 12591 Fratribus S. Andreae Pisanis indulget, ut „cum generale interdictum terrae fuerit, liceat eis, clausis ianuis, non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis et interdictis, suppressa voce divina officia celebrare". Coll. des Cartulaires IX. 367. — „In admittendis".

29. 12592 (8395) Priorem et fratres monasterii S. Savini hortatur, ut abbati obediant. Martene Thes. I. 457, Migne 200 p. 1049. — „Non vos credimus".

30. 12593 (8396) Episcopo et capitulo Ausonensi praecipit, ut ecclesiam de Granoylers monasterio Rivipullensi reddant, aut ius suum apud archiepiscopum Tarraconensem persequantur. Marca Marca Hisp. p. 1347, Aguirre Conc. V. 84, Mansi XXI. 1062, Migne 200 p. 1049. — „Ad aures nostras".

Iul. 2. 12594 Monasterii Compendiensis in ecclesia S. Clementis „auctoritatem et iurisdictionem" confirmat. In tabul. nat. Paris. Chartul. S. Cornel. Compend. LL. 1622. s. XIII. f. 54. — „Iustis petentium desideriis".

2. 12595 Fratribus Compendiensibus interdicit, „ne, cum statutum sit, ut decedentibus canonicis in eorum loco monachi subrogentur, in ecclesia canonicum recipiant vel alicui praebendam aliquatenus concedant". In tabul. nat. Paris. Chartul. S. Cornel. Compend. LL. 1622. s. XIII. f. 63. — „Paci et quieti".

2. 12596 Fratres Malmesburienses a solvendis decumis vel primitiis eximit. Registrum Malmesbur. I. 381. — „Iustis petentium desideriis".

3. 12597 Prohibet, ne „archiepiscopi et episcopi homines templi Hierosolymitani in aliquo crimine deprehensos pena pecuniaria puniant nec ipsos presbyteros et ecclesias, quas teneant, exactionibus indebitis fatigent". Prutz Malteser Urk. p. 38.

„ 3. „ 12598 Roberto abbati et fratribus S. Ebrulfi heremitagium de Rupe asserit. Ex chartul. S. Ebr. I. 160 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Iustis petentium desideriis".

„ 4. 12599 Parthenonis S. Salvatoris Massiliensis iura confirmat. André L'abbaye de S. Sauveur de Marseille p. 210. — „Qui tenemur iustas".

„ 4. 12600 Monasterio Montis-maioris ecclesiam S. Mariae in villa S. Remigii asserit. Hist. Mont.-mai. auctore Claudio Chantelou, ms. lat. 13915. f. 160 in bibl. nat. Paris. — „Iustis petentium desideriis".

1160—1176.

Iul. 4. Anagniae — 12601 (8397) Decano et canonicis ecclesiae S. Martini Turonensis concedit, „ut ecclesias de feodis ipsorum et possessiones ad eorum proprietatem pertinentes legitime revocare possint“. Rec. sur Saint Martin de Tours p. 22, Migne 200 p. 1050. — „Quanto specialius“.

„ 5. „ — 12602 Capitulo Pisano nuntiat, se monasterium S. Ruxorii ad solvendum censum per transactionem statutum admonuisse; quod nisi usque ad festum purificationis b. Mariae fecerit, totam terram, de qua sit lis, in possessionem capituli transituram esse. Pflugk-Harttung Acta III. 241. — „Volentes vobis tanquam“.

6. „ — 12603 (8398) Clericis et laicis de Bagnacavallo praecipit, ut ad canonicorum Faventinorum obedientiam redeant. Savioli Ann. Bol. II. 11. 37, Migne 200 p. 1050: „II. non. Iulii“, Tonduzzi Hist. di Faenza p. 210: „II. non. Iunii“. — „Ad nostram“.

„ 8. „ — 12604 (8399) Monasterii Rivipullensis possessiones quasdam confirmat. Marca Marca Hisp. p. 1347, Aguirre Conc. V. 83. — „Cum nostrae sollicitudinis“.

„ 8. „ — 12605 Parthenonis S. Mariae Bertocurtensis protectionem suscipit. Cartul. de Bertaucourt, Coll. Grenier t. 93. f. 41[b] in bibl. nat. Paris. — „Officii nostri debitum“.

„ 8. „ — 12606 Fratribus Massiliensibus ecclesiam S. Andreae Pisanam asserit, statuitque, ut sine eorum vel archiepiscopi Pisani consensu infra parochiam eiusdem ecclesiae capellam vel oratorium aedificare nemini liceat. Coll. des Cartulaires IX. 367. — „Cum fides“.

„ 10. „ — 12607 Fratribus S. Nicolai de Pratis Tornacensibus concedit, ne quis de novalibus propriis sumptibus cultis vel de nutrimentis animalium decimas ab eis exigat. (Perperam Alex. IV. tribuitur.) Anal. p. s. à l'hist. ecc. de la Belgique VII. 489. — „Iustis petentium desideriis“.

„ 16. — 12608 Priori et clericis basilicae XII apostolorum significat, sese ad preces Gregorii subdiaconi „stationem ecclesiae eorum, quae quinta feria infra octavam pentecostes fieri consueverit, in diem festivitatis b. Iacobi maioris (25. Iul.) commutasse“. In bibl. Corsiniana ms. 1104. s. XVII. f. 140. Dedit P. Ewald. — „Attendentes fervorem“.

„ 16. — 12609 Primicerium et clericos scholae cantorum de eadem re certiores reddit hortaturque, ut in festo b. Iacobi stationem in ecclesia XII apostolorum faciant. In bibl. Corsin. l. l. f. 141. Dedit P. Ewald. — „Apostolica sedes“.

„ 18. „ — 12610 Fratribus S. Richarii petentibus, monasterium Forestense tuendum suscipit eiusque possessiones confirmat. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12890. f. 31. — „Precibus et petitionibus“.

„ 22. — 12611 (8400) Episcopo Vicensi (Ausonensi) praescribit, ut ecclesiam S. Stephani monachis Rivipullensibus restituat, aut apud Oscensem et Barcinonensem episcopos ius suum persequatur. Marca Marca Hisp. p. 1173 et 1348, Aguirre Conc. V. 84, Mansi XXI. 1062, Migne 200 p. 1051. — „Quotiens ecclesiarum“.

„ 22. „ — 12612 (8401) Oscensi et Barcinonensi episcopis scribit de ecclesia S. Stephani monasterio Rivipullensi ab episcopo Ausonensi reddenda. Marca Marca Hisp. p. 1348, Aguirre Conc. V. 84, Mansi XXI. 1063, Migne 200 p. 1051. — „Ex transmissa nobis“.

„ 25. „ — 12613 Monasterio S. Andreae de Gufer concessas possessiones quasdam (scil. mansum Martelli et ecclesiam Montis Gaurodi), antequam ordinem Cisterciensem susceperit, confirmat, decimasque ab eis exigi vetat. Orig. in Arch. dép. du Calvados in Caen. Fonds de St.-André-en-Gouffern n. 13. — „Iustis petentium desideriis“.

„ 28. — 12614 Domus hospitalis S. Crucis Aurelianensis protectionem suscipit, possessiones confirmat, privilegia instituit. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12775. f. 42. — „Qui tenemur iustis“.

„ 28. — 12615 *Monasterii S. Bertini Sithiensis capellam in Lievelande sitam confirmat. Vide Iohannis Longi chron. S. Bertini in MG. SS. XXV. 814: „V. kal. Aug.“ (al. mss.: „VI. kal. Aug.“).

„ 31. „ — 12616 Monasterii Savigneiensis ius in ecclesia de Belintona confirmat. Cart. de Savigny s. XIII. f. 169[b] in Arch. dép. de la Manche in St.-Lô. — „Quanto artius divino“.

Aug. 3. „ — 12617 Fratribus Cussiacensibus concedit, ut in parochialibus ecclesiis clericos eligant et dioecesanis episcopis praesentent, ect. Autogr. in tabular. nat. Paris. L. 231. n. 40. — „Iustis petentium desideriis“.

1160—1176.

Aug. 6. | Anagniae | 12618 Canonicis Bononiensibus permittit, ut homines plebatus Medicinae ad solvendas decimas compellant, eosque, qui bona eorum detineant, excommunicent. Pflugk-Harttung Acta III. 241. (Wiener Sitzungsber. XCIV. 673.) — „Dum vestrae devotionis".

„ 6. | „ | 12619 (8402) Clero Pisano mandat, ut populum ad solvendas canonicis decumas inducant. Ughelli It. sacr. III. 404, Migne 200 p. 1052. — „Dignum est".

17. | „ | 12620 Fratribus Latiniacensibus ecclesiam et capellam quandam asserit. In bibl. nat. Paris. Cartul. de Lagny ms. lat. 9902. s. XVI. f. 6. — „Iustis petentium desideriis".

21. | | 12621 (8403) Abbati et fratribus ordinis Praemonstratensis concedit, „ut servientibus, qui de mensa eorum vivunt, poenitentiam dent et corpus dominicum in statutis temporibus tradant". Le Paige Bibl. Praem. p. 630. — „Apostolicae sedis".

„ 31. | | 12622 Monasterio Bonae-spei altare de Erquelinnes asserit. Maghe Chronicum ecclesiae Bonae-spei p. 109 teste Wauters Table chronolog. II. 547.

Sept. 15. | „ | 12623 Abbatissae et sororibus Fontis-Ebraldi scribit de ordine Fontebraldensi in parthenonem Ambresberiensem introducendo. Ex chartul. Font.-Ebr. 5480. f. 285 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Intelleximus ex".

„ 17. | | 12624 (9074) Amoni (al. Aimoni) et fratribus monasterii de Marmuloso significat, castrum Tiberiae, excepta S. Eleutherii ecclesia, Iohanni et Petro et Leoni, filiis b. m. Cencii Fraiapanis, a sese concessum esse. Pflugk-Harttung Acta III. 241, (Borgia Ist. di Velletri p. 241, Nerini Stor. del mon. di S. Bonif. ed. Alessio p. 229). — „Cum ex iniuncto".

17. | | 12625 Monasterio Ursicampi „exclusam in flumine Isarae" et prata quaedam asserit. (Perperam Alexandro IV. tributa; pro „Aggnoni" leg. „Anagniae".) Peigné-Delacourt Cart. d'Ourscamp p. 304. — „Iustis petentium".

19. | | 12626 Fratribus S. Acheoli concessam ab episcopo Ambianensi praebendam in ecclesia S. Mariae confirmat. Neues Archiv IV. 352. — „Iustis patientium (lege: petentium) desideriis".

„ 27. | „ | 12627 Ecclesiae Belnensis tutelam suscipit ac possessiones quasdam confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 259. — „Cum pro sacris".

12628 (8405) Archiepiscopo Mediolanensi eiusque suffraganeis scribit haec: „Significavit nobis nobilis vir P. quod F(riderico) dicto imperatori, cum olim ab Urbe rediret, castrum Ferrucc (al. Verrucae, Vernicae) negavit; unde contigit, quod quatuor castris destructis plus quam duo millia domorum destructa fuerunt et multi homines interfecti". Mandat, ut poenitentiam illi imponant. Coll. Cass. XX. 12, Comp. I. L. V. t. 33. c. 2, Decr. Greg. L. V. t. 38. c. 3. — „Significavit nobis nobilis".

1164—1176.

12629 Rigaldo, abbati Castrensi (dioec. Albiensis), bullam dat, qua monasterii privilegia et libertatem confirmat, imposito fratribus quinque solidorum Melgoriensium censu annuo. (Fragmenta.) In bibl. nat. Paris. Coll. Doat t. 117. f. 57[b] et 58. — „Ad hoc nos disponente".

1167—1176.

Dec. 28. | Beneventi | 12630 Compositionem inter I(ohannem) abbatem fratresque S. Iohannis de Vineis Suessionensis et fratres Longipontis super decimis terrarum et vinearum de Pratella factam confirmat. Ex chartul. S. Ioh. ms. lat. 11004. s. XIII. f. 11 in bibl. nat. Paris. — „Ex tenore cuiusdam".

1170—1176.

Oct. 9. | Anagniae | 12631 Abbati et fratribus monasterii Omnium sanctorum de Cutus praecipit, ut archiepiscopo Barensi obediant. P. acolythum suum commendat. (Melius redigendum videtur ad a. 1170—1179.) Pflugk-Harttung Acta III. 242. — „Movemur plurimum".

12632 (8407) I(ldebrando) presbytero cardinali duodecim apostolorum, apostolicae sedis legato, respondet, ut „electum, qui nuper abiurato schismate ad unitatem ecclesiae redierit, faciat a catholicis episcopis suffraganeis Aquileiensis ecclesiae consecrari". App. conc. Lat. XL. 2, Coll. Lips. XXXI. 1, Coll. Cass. XL. 1, Coll. Bamb. XXX. 1, Comp. I. L. 1. t. 4. c. 14. Decr. Greg. L. I. t. 6. c. 5. — „Quod diligentia" „Quia diligentia".

1173—1176.

Mart. 29. Anagniae. 12633 Monasterio S. Stephani Cadomensi asserit „duas partes decimae de tota terra Willelmi Lexoviensis, qui cognominatur Iudeus, in villa quae dicitur Cambis, quas idem Willelmus de assensu Henrici episcopi Baiocensis monasterio reliquerat"; alias quasdam donationes confirmat. Orig. in Arch. dép. du Calvados in Caen. Fonds de St.-Etienne n. 23, (Copia in bibl. nat. Paris. Cart. de St.-Etienne de Caen ms. lat. nouv. acqu. 1406; cf. tabulas, quae in cartulario huic bullae antecedunt). — „Quae a devotis".

„ 29. „ 12634 Fratribus S. Silvestri Vincentinis scribit, (Conradum) archiepiscopum Moguntinum, apost. sedis legatum, qui controversiam inter eos et canonicos Vincentinos super ecclesia S. Mariae de Fabrica terminare nequierit, causam (Gerardo) episcopo Paduano commisisse. Sententiam ab eo latam confirmat iubetque observari. Pflugk-Harttung Acta III. 243. — „Cum inter vos".

„ 31. „ 12635 (Petro) archiepiscopo Tarantasiensi, (Odoni) episcopo Valentinensi ac abbati Abundantino causam fratrum Calesiensium committit, qui a monachis Bonevallensibus ordinem Cistersiensem receperint, quamquam (Iohannes) episcopus Gratianopolitanus „non suum praestiterit in hac parte consensum absolute, sed cum ea conditione, si fratres Cartusienses super hoc consentirent". Quod si ita sit, mandat, cogant Bonevallenses, ut monasterium Calesiense relinquant, Calesienses autem, ut ad ordinem priorem redeant. Pilot Cartul. de Chalais p. 45. — „Cum quidam monachus".

Apr. 8. „ 12636 (8408) Ad Simonis abbatis S. Albani quaestiones quasdam respondet. Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 104, Migne 200 p. 1053, (App. conc. Lat. VI. 1, VII. 17, XV. 20, Coll. Lips. XXXV. 17, LII. 25, LIX. 1, Coll. Cass. XLII. 18, LIII. 18, LVIII. 1, Coll. Bamb. XXXIII. 17, XLV. 18, L. 1, Comp. I. L. 1. t. 21. c. 15, L. 3. t. 33. c. 23, L. 4. t. 7. c. 1, Decr. Greg. L. I. t. 29. c. 10, L. III. t. 24. c. 4, t. 38. c. 19, L. IV. t. 7. c. 1). — „Consultationibus singulorum" „De cetero si" „Propositum est nobis".

„ 8. 12637 (8409) T(eobaldo), episcopo Placentino, praecipit, ut monachis S. Savini „decimam claustri iuxta s. Ambrosium siti" reddat. Campi Hist. di Piac. II. 360, Migne 200 p. 1054. — „Significantibus nobis".

„ 11. 12638 (8410) (Roberto) archiepiscopo Viennensi, apostolicae sedis legato, et eius suffraganeis ordinis Cartusiensis domus et pascua commendat. Privil. ord. Cart. fol. 1b, Nova coll. stat. ord. Cart., append. p. 7, Migne 200 p. 1055. — „Non latet discretionis".

„ 20. „ 12639 Herberto abbati et fratribus S. Theoderici Remensis bullam dat. Neues Archiv VII. 103. — „Religiosam vitam".

„ 22. „ 12640 Monasterio Tironiensi abbatias de Calcho, de Chameis cet. ac ius abbatum inibi instituendorum confirmat, petente Stephano abbate. Alia privilegia addit. Merlet Cart. de la Ste.-Trin. de Tiron II. 92. — „In hiis quae a".

Mai. 4. 12641 (8388. 8411) Permutationem de Calcio villa factam inter capitulum ecclesiae S. Aniani (Aurelianensis) et A(delam) Francorum reginam ac roboratam a L(udovico) rege confirmat. (Aliena manu additum est: „pont. nostri a. XVI.") Hubert Antiqu. de St.-Aignan d'Orl. Preuves p. 85, Bouquet Rec. XV. 953, Migne 200 p. 1044. — „Cum nostrae sollicitudinis".

„ 5. „ 12642 (8412) P(etri?) archiepiscopi Salonitani fidem laudat, eumque molestiis afflictum consolatur. Negat se de ecclesia Iaderensi quidquam in eius iniuriam decreturum. L., cappellanum suum, commendat. Sperat, „ecclesiam Dei in proximo pace tranquilla" potituram esse. Farlati Ill. sacr. III. 186, Fejér C. D. H. II. 176, Migne 200 p. 1056. — „Litteras et dilectum".

„ 6. „ 12643 Sententiam inter abbatem Dervensem et canonicos S. Nicolai Catalaunensis de ecclesia Campi-Auberti ab episcopo Trecensi latam et a magistro T., canonico Papiensi, repraesentatam, approbat. Fragmentum ap. Lalore Collection IV. 204; Regestum in Neues Archiv VII. 102. — „Cum dilectis filiis" („Magister T.").

„ 9. „ 12644 G(erardo) episcopo Paduano et monasterio Nonantulano scribit. Pflugk-Harttung Iter p. 278. — „Perpendimus ex".

„ 14. „ 12645 Capitulo Ebroicensi asserit „septem sollemnes procurationes, quas ab eorum episcopis ex quadam provida institutione hactenus perceperint". Canonicis permittit, ut malefactores ecclesiae excommunicent, sicut E(gidius) episcopus eis concesserit. Cart. du chap. d'Evr. s. XIII—XIV. f. 1 in Arch. dép. de l'Eure in Evreux. — „Rationabilibus postulantium votis".

1173—1176.

Mai. 23. Anagniae — 12646 (8413) Episcopo et consulibus Bononiensibus scribit, ut ab iniuriis in ecclesiam Nonantulanam desistant. Litem nuntiat Ildebraudi, basilicae duodecim Apostolorum presbyteri cardinalis, arbitrio permissam esse. Tiraboschi St. di Non. II. 277, Savioli Ann. Bol. II. II. 39, Migne 200 p. 1057. — „Cum Nonantulana“,

„ 25. — 12647 Fratribus S. Vincentii Silvanectensibus asserit praebendas, quas in ecclesiis S. Mariae, S. Reguli et S. Franbaldi possident. Pflugk-Harttung Acta I. 260. — „Tunc officium nostrum“.

Iun. 2. — 12648 Fratribus Sarnaiensibus bona ac iura quaedam asserit. Merlet et Moutié Cart. des Vaux de Cernay I. p. 53. — „Iustis petentium desideriis“.

„ 18. — 12649 *Ecclesiae S. Petri Ariensi factam a Philippo, comite Flandriae, donationem confirmat. Invent. des arch. de Lille p. 56.

„ 21. — 12650 (Bartholomaeo) archiepiscopo Turonensi, apostolicae sedis legato, eiusque suffraganeis abbatem et fratres Maioris-monasterii commendat. Loewenfeld Epistolae p. 147. — „Decet nos religiosa“.

„ 28. „ — 12651 (Fulcrando) praeposito Magalonensi asserit curam capituli ecclesiae spiritualem, a I(ohanne) episcopo concessam. Mém. de la soc. de Montpellier V. 534. — „Iustis petentium desideriis“.

Iul. 6. „ — 12652 Inter fratres Massilienses et S. Eusebii factam, P(etro) episcopo Aptensi praesente et U(gone) archiepiscopo Aquensi assentiente, compositionem confirmat. Coll. des Cartulaires IX. 396. — „Cura suscepti“.

„ 6. „ — 12653 B(alduino) abbati et fratribus Branensibus ius collocandi in ecclesia de Cersiolo tres aut quatuor canonicos asserit. Alia privilegia addit. In tabul. nat. Paris. Cart. de St.-Yved de Braine s. XIII. LL. 1583. f. 22. — „Hortatur nos et“.

„ 15. „ — 12654 Canonicis S. Gaugerici Cameracensibus asserit praebendas, a Nicolao quondam episcopo ad claustrum et officinas reparandas concessas. Pflugk-Harttung Acta I. 260. — „Ea quae sacris“.

„ 22. — 12655 Monasterio S. Martini Pontisariensi asserit ecclesiam de Charz, a R(otrodo) archiepiscopo Rotomagensi concessam. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 230. n. 30. — „Iustis petentium desideriis“.

„ 26. — 12656 Inter fratres S. Mariae et S. Evodii Branenses et monachos S. Leodegarii (Suessionenses) ab Henrico episcopo Silvanectensi et P(etro) abbate S. Remigii Remensi actum arbitrium probat. In tab. nat. Paris. Cartul. de St.Yved de Braine s. XIII. LL. 1583. f. 20. — „Ex litteris venerabilis“.

„ 27. — 12657 Capitulo S. Martini Turonensi privilegia quaedam de „ecclesiae malefactoribus et iuratis“ indulget, epistola ad Bartholomaeum decanum directa. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 76. f. 357. — „Hortatur nos et“.

Aug. 9. „ — 12659 Archiepiscopos et episcopos, in quorum parochiis monasterium Casae-Dei ecclesias habet, monet, ne ab ipsis procurationes exigant nec eis „novas et indebitas consuetudines imponant neque ipsos, qui in eisdem ecclesiis Domino famulantur, irrationabiliter fatigent“. Pflugk-Harttung Acta III. 243. — „Decet honestatem vestram“.

„ 10. — 12660 Fratribus S. Victoris Parisiensibus asserit maiorem decimam de Bussiaco, a W(illelmo) archiepiscopo Senonensi, ap. sed. legato, et (Manasse) episcopo Aurelianensi concessam. Privilegia quaedam addit. Autogr. in tabul. nat. Paris. L. 230. n. 1. — „Iustis petentium desideriis“.

„ 13. „ — 12661 Fratribus Curiae-dei concessam a Manasse, episcopo Arelianensi, domum de Lanches asserit. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12739. f. 551. (Cartam Manassis anno 1171 datam vide ibid.) — „Iustis petentium desideriis“.

„ 22. „ — 12662 L(aurentio) abbati et fratribus S. Richarii ecclesiam S. Luciani Lulliacensem asserit. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12890. f. 40. — „Cum ecclesia vestra“.

„ 23. „ — 12663 Capellanis civitatis Patavinae concessa a Gerardo episcopo eiusque antecessoribus quartisia decimarum quarundam confirmat. (Verba „pont. n. a. XIIII.“ certe additicia sunt, ipsaque bulla non videtur a suspicione libera.) Gloria Cod. dipl. Pad. II. 281. — „Postulavit a nobis“.

„ 26. — 12664 (8414) Pacem inter Hugonem, episcopum Terracinensem, et Petrum de Roberto a B(ernardo) episcopo Portuensi et P(etro) tit. S. Laurentii in Damaso presbytero cardinali conciliatam confirmat. Cantator Hist. Terracin. p. 399, Migne 200 p. 1058. — „Cum tu et“.

1173—1176.

Aug. 30. Anagniae 12665 (8404) Monasterio S. Germani de Pratis Parisiensi capellam S. Iohannis asserit, litteris ad Hugonem abbatem. Bouillart Hist. de St. Germain des Prez p. 42, Migne 200 p. 1052. — „Ex litteris dilectorum".

Sept. 18. „ 12666 (9191) Plebano et clericis Maturiensibus cum monachis litigantibus mandat, ut archipresbytero Volterrano et abbati de Spongia iudicibus a sese constitutis respondere non recusent. Praecipit, ut ab iniuriis in Hospitale de Calcinaria, cuius protectionem Innocentius II. susceperit, desistant et de monachis clericisque excommunicatis satisficiant. Pflugk-Harttung Acta III. 244, (App. conc. Lat. XI. 2, Coll. Lips. XXXVI. 2, Coll. Cass. XLIII. 2, Coll. Bamb. XXXIV. 2, Comp. I. L. 2. t. 4. c. 3.) — „Miramur plurimum".

30. 12667 R(oberto) abbati et fratribus S. Michaelis de Periculo-maris concedit, ut decimas ad eorum ecclesias pertinentes ex laicorum manibus redimant. Delisle Chron. de Robert de Torigni II. 306. — „In his quae iuste".

„ 12668 (8406) H(enrico) patriarchae Gradensi et T(heodino) S. Vitalis presbytero cardinali mandat, iudicent inter C. et Leonardum, electos Torcellenses. Coll. Lips. XLVII. 37, Coll. Cass. LI. 34, Coll. Bamb. XLII. 36, Comp. I. L. 2. t. 20. c. 37, Decr. Greg. L. II. t. 28. c. 23. — „Constitutis in praesentia".

1174—1176.

Ian. 16. Anagniae 12669 (8417) Petentibus Rodulpho abbate et monachis Cluniacensibus, thesaurum, honores, obedientias, possessiones ecclesiae Cluniacensis ab abbatibus alienari invito capitulo vetat. Bibl. Cluniac. p. 1431, Bullar. Cluniac. p. 74, Migne 200 p. 1060. — „Quanto vos et".

„ 17. 12670 (8418) Rodulpho abbati et fratribus Cluniacensibus asserit ecclesiam S. Iohannis ab iis constructam. Bullar. Cluniac. p. 72. — „Iustis petentium desideriis".

„ 17. 12671 W(illelmo), archiepiscopo Senonensi, ap. sed. legato, eiusque suffraganeis scribit, relatum sibi esse, „a quibusdam capellanis parochianos in Ioiacensi monasterio, quod sit de ordine Cisterciensi, habitum sanctae conversationis absque licentia eorum recipere prohiberi". Mandat, moneant capellanos, ne quem ad ordinem Cisterciensem transire impediant. Loewenfeld Epistolae p. 147. — „Res ad nos".

„ 19. 12672 (8419) Parthenonis Gudhemensis bona, a Canuto rege eiusque fratre donata, confirmat. Liljegren Dipl. Suec. I. 97. Örnhjälm Hist. Sueon. p. 562, Migne 200 p. 1060. — „Iustis petentium desideriis".

„ 21. 12673 Abbati et fratribus Clarevallensibus nuntiat, sese sententiam inter fratres S. Benigni Divionenses et monachos de Morans a M(athaeo) episcopo Trecensi et abbate S. Remigii latam approbare. Pflugk-Harttung Acta I. 254. — „Cum venerabilis frater".

Mart. 1. 12674 (Ariberto) episcopo Vicentino significat, sententiam inter canonicos Vicentinos et Ilesoardum, Theobaldum aliosque vasallos super possessionibus magnis litigantes latam a Friderico dicto imperatore confirmatam esse; canonicos deinde, a consulibus civitatis iterum stare iudicio sapientis cuiusdam coactos, condemnatos esse; „licet autem praedictus Fridericus dictus imperator iudicium illius sapientis, quia non erat suum de his iudicare, penitus irritasset (cf. Stumpf 4150 et additam.), nihilominus tamen praefatos vasallos praescriptas possessiones detinere". Mandat, ut si ita est, vasallos eorumque fautores excommunicet. (Cf. infra ep. 12822.) Ex Mus. Brit. ms. addit. 8602 saec. XVII. f. 189 misit Ed. Bishop. (Exstabit ap. Loewenfeld Epistolae II.) — „Significantibus nobis canonicis".

„ 25. „ 12675 Alberti archipresbyteri et canonicorum Bononiensium statutum confirmat, ut „si quis canonicorum ecclesiae abstulerit quicquam rerum canonicae contra voluntatem conventus, ... si non restituerit, privetur beneficio suo in parte illa, quae pro vestimentis erogetur, donec communitati fratrum digne satisfecerit de commisso". Pflugk-Harttung Acta III. 245, quod melius ad a. 1160—1176 redigendum videtur. — „Ex publico instrumento".

Iun. 27. „ 12676 Iubet presbyterum praefici capellae, a Philippo Aimeri in paroecia ecclesiae S. Mariae Divitis constructae, ut concessum sit a b. m. Ioscio, quondam archiepiscopo Turonensi. Ex Coll. Housseau V. n. 1764 in bibl. nat. Paris. misit Delisle. (Mém. de la soc. arch. de Touraine XIV. 182). — „Ex scripto quodam".

1174—1176.

Aug. 31. Anagniae 12677 *Giraldo abbati et fratibus S. Crucis Burdigalensibus oratorium S. Remigii asserit. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12666. (Monasticon Benedictinum IX.) f. 157. Cf. Gall. Chr. II. 861.

Sept. 4. „ 12678 *Giraldo abbati et fratibus S. Crucis Burdigalensibus domum de Balags asserit. In bibl. nat. Paris. l. l. f. 157.

1175—1176.

Nov. 6. Anagniae 12679 (8420) Petro, tit. S. Chrysogoni presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, mandat, ostendat Ludovico. Francorum regi, „quam graviter auctoritati Romanae ecclesiae sit detractum super eo, quod (Mauritius) episcopus Parisiensis post appellationem archidiaconatum dare praesumpserit". Attamen, rege postulante, veniam vult iniuriae dare. „Ceterum" inquit „ne nos, vel Grat(ianus) subdiaconus noster tantam confusionem videamur sustinere, regi suadeas, provideat, ut dignam possimus inde consolationem recipere". Duchesne II. Fr. SS. IV. 562, Bouquet Rec. XV. 952, Mansi XXI. 964, Migne 200 p. 1061. — „Si innotesceret".

Dec. 1. „ 12680 Abbati et fratribus S. Mariae Pratensibus asserit quartam nemoris de Marelmifai partem, a fratribus S. Luciani Bellovacensibus vindicatam. („V. non Dec.") Chartul. Belli prati Bellov. in bibl. nat. Paris. ms. lat. 9973. f. 130. — „Cum olim inter".

12681 Monasterii S. Stephani de Eremo protectionem suscipit privilegiaque et possessiones confirmat. Tromby Stor. Cartus. IV. app. p. 132. — „Cum ex inspiratione".

1176. *(Ind. 9. — 25. Sept. — 10, pont. a. 17. — 20. Sept. — 18, 1175. — 25. Mart. — 1176.)*

Ian. 14. „ 12682 (8421) Parthenonem S. Iustinae Lucensem tuendum suscipit, eiusque disciplinam, possessiones, iura, petente Caecilia abbatissa, confirmat. Muratori Ant. It. V. 567, Migne 200. p. 1062: „XVIII. kal. Febr." (Pflugk-Harttung Iter p. 42: „XIV. kal. Febr.") — „Prudentibus virginibus".

„ 15. „ 12683 Monasterium S. Mariae Monteregalense, a Willelmo rege Siciliae construi coeptum, soli sedi Romanae subdit amplissimisque privilegiis ornat. Censum 100 tarenorum annuatim persolvendum sibi suisque successoribus reservat. Del Giudice Notizie di Morreale, Priv. p. 38. Pflugk-Harttung Acta III. 246: „XVIII. kal. Febr." (Pirri Sic. sacr. I. 451: „XIX. kal. Febr.") — „Ex debito suscepti".

„ 29. „ 12684 (8422) Petro, tit. S. Chrysogoni presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, haec nunciat: „Innotuit nobis ex litteris Manuelis, Constantinopolitani imperatoris, quod ipse in manu forti Turcorum terram ingressus, civitates et castra ferro et igne consumpsit, et in medio terrae Soldani Iconii civitatem quandam magnam et populosam construxit, ubi Latinos et Graecos, qui eam custodiant, posuit, et per civitatem ipsam magnae regioni Turcorum dominatur usque adeo, quod viam sepulcri domini visitandi reddidit securam". Principes, comites, barones et alios fideles regni Francorum ad oppugnandos Turcas admoneri iubet. Duchesne H. Fr. SS. IV. 566, Bouquet Rec. XV. 952, Mansi XXI. 970, Migne 200 p. 1063. — „Innotuit nobis ex".

„ 30. 12685 (8423) Clericis Alexandrinis significat, se rerum necessitate coactum, electione non facta, eorum ecclesiae episcopum praefecisse. Quod ne in posterum eorum iuri officiat, statuit. Ghilini Annali di Aless. p. 7, Morioudi Mon. Aqu. II. 12, Mansi XXI. 911, Ughelli It. sacr. IV. 314, Schiavinae Ann. Alex. in Hist. Patr. Mon. XI. 31, Migne 200 p. 1064. — „De novitate et".

Mart. 4. 12686 (8424) Compositionem a (Willelmo) archiepiscopo Remensi, apostolicae sedis legato, factam inter fratres S. Petri et capellanos ecclesiarum S. Iohannis, S. Nicolai, S. Iacobi Gandavensium confirmat. Miraei Opp. dipl. III. 670, Lokeren S. Pierre à Gand p. 153 n. 260 et p. 183. — „Commissi nobis officii".

„ 8. „ 12687 (Guntramo) electo et capitulo Senensi mandat, curent, ut consules parthenoni S. Ambrosii Montis Cellensis possessiones, extra castrum Quercus grossae occupatas, restituant et ab eiusdem aliarumque ecclesiarum oppressionibus abstineant. Pflugk-Harttung Acta III. 248. — „Dilecta in Christo".

„ 17. „ 12688 (8425) Monasterii Camaldulensis possessiones et privilegia confirmat. Mitarelli Ann. Cam. IV. app. p. 52, Migne 200 p. 1064. — „Officii nostri nos".

„ 20. 12689 Ecclesiae Tarantasiensis tutelam suscipit possessionesque et iura confirmat, petente Aimone archiepiscopo. Pflugk-Harttung Acta III. 249. — „In apostolicae sedis".

1176. *(Ind. 9. — 25. Sept. — 10, post. a. 17. — 20. Sept. — 18, 1175. — 25. Mart. — 1176.)*

Mart. 20. Anagniae — 12690 Canonicorum C. Mariae de Vado Ulmi tutelam suscipit ac possessiones et privilegia confirmat. (Pro MCLXXX leg. MCLXXV.) Ex Chartul. S. Evurtii, ms. lat. 10089. p. 507, in bibl. nat. Paris. misit Delisle; in eiusdem bibliothecae Coll. Baluze t. 78. f. 73. — „Quoticus illud".

Apr. 2. — 12691 Monasterii Leoncellensis patrocinium suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Pontio abbate. Chevalier Coll. de cart. Dauphin. IV. 29. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 11. „ — 12692 (8426) Hubaldo, archiepiscopo Pisano, subiicit Galtelinensem et Civitatensem episcopatus, in Sardiniae iudicatu Gallurensi sitos, ac episcopatum Populoniensem, „pro recompensatione episcopatuum", quos Hubertus, quondam archiepiscopus Pisanus, sedi Romanae concesserit. Insuper ei tribuit primatum super Turritanam, Calaritanam et Arborensem provincias, cum omnibus iuribus ad primatum pertinentibus, eique asserit legationem Sardiniae, usum equi albi crucisque ac pallium, quo utatur in consecratione Alericnsis, Aiacensis, Saguntini ac trium episcoporum, qui supra memorati sunt. Vivianus Praxis iurispatronatus p. 70, Matthaejus Eccl. Pis. hist. I. App. p. 56, Cappelletti Chiese d'It. XVI. 117. — „Tunc apostolice sedi(s)".

„ 11. „ — 12693 Hubaldo, archiepiscopo Pisano, eiusque successoribus. Sic ap. Pflugk-Harttung Iter p. 279. — „Fratres nostros".

11. „ — 12694 (8427) Praepositum et monachos S. Georgii Lucensis monet, ut ecclesiam S. Matthaei de Fossa Natali, quam „presbyter, qui ibidem moretur, sub obedientiam praepositi regendam et gubernandam" ab (Willelmo) electo Lucensi receperit, „omnino derelinquant". Mansi XXI. 1080, Migne 200 p. 1066. — „Ad aures nostras".

„ 20. „ — 12695 (8428) Monasterium Vallumbrosanum tuendum suscipit, et eius possessiones ac iura, petente Iacobo abbate, confirmat. Ughelli It. sacr. III. 221, Lami Eccl. Fl. Mon. I. 547, Migne 200 p. 1067. — „Desiderium, quod ad".

„ 20. „ — 12696 Ecclesiam Prunensem tuendam suscipit eiusque possessiones et iura confirmat, petente Iohanne priore. Pflugk-Harttung Acta III. 250. — „Pie postulatio voluntatis".

„ 20. „ — 12697 Monasterium S. Michaelis Maianense tuendum suscipit, bonaque eius et privilegia confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 673. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 20. „ — 12698 Ecclesiae Augustensis (prov. Tarantas.) protectionem, petente Aymone episcopo, suscipit, bonaque et privilegia confirmat. Hist. Patr. Mon. Chart. II. 1048. — „Fratribus et coepiscopis".

„ 20. „ — 12699 Controversiam inter monachos S. Salvii et canonicos S. Iohannis de Valencenis super iure parochiali diu litigantes determinat. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 69. f. 222. (Cf. Gall. Chr. III. 133.) — „Cum M(artinus) monachus".

„ 23. „ — 12700 Parthenonis S. Mariae Bertocurtensis tutelam suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Flandrina abbatissa. Cartul. de Bertaucourt, Coll. Grenier 93 f. 36 in bibl. nat. Paris, (Neues Archiv VII. 103.) — „Suscepti regiminis administratione".

„ 26. „ — 12701 A(imoni) priori et fratribus S. Salvii indulget, ne cui parochianorum, „nisi clericalem ordinem et habitum habuerit, alias ecclesias in quotidianis officiis vel in aliis ecclesiasticis sacramentis .... contra generalem terrae consuetudinem frequentare liceat, sed ecclesiis, in quarum parochiis habitent, parochialia jura persolvant". Loewenfeld Epistolae p. 148. — „Significatum est nobis".

„ 30. „ — 12702 (8429) Monasterium S. Mariae Florentinum tuendum suscipit et eius bona iuraque confirmat, petente Bernardo abbate. Puccinelli Cron. dell' abbadia di Fiorenza p. 258. Margini Bull. Cas. I. 20, Lami Eccl. Fl. M. I. 111, Migne 200 p. 1069. — „Cum omnium".

„ 30. „ — 12703 Monasterii S. Petri de Monte-viridi protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Soldani Hist. mon. de Passiniano p. 22. — „Cum omnium".

Mai. 13. „ — 12704 (8430) Rogero, archiepiscopo Eboracensi, apostolicae sedis legato, et eius canonicis mittit exemplum litterarum Willielmi, Scotiae regis, post pacem cum (Henrico) Anglorum rege factam ab ipso petentis, ut Scotiae ecclesia ecclesiae Eboracensi subiiciatur. Haddan and Stubbs Councils II. 1. 244. (Wilkins Conc. I. 481, Migne 200 p. 1071). — „Utilitati ecclesiae".

„ 21. „ — 12705 (8431) Petro, tit. S. Chysogoni presbytero, et Hugoni, S. Angeli diacono cardinalibus, apostolicae sedis legatis, mandat, hortentur Henricum, Anglorum regem, ut

1176. *(Ind. 9. — 25. Sept. — 10, pont. a. 17. — 20. Sept. — 18, 1175. — 25. Mart. — 1176.)*

filiam Ludovici, Francorum regis, intra menses duos „a filio suo Richardo, duce Aquitaniae, magnifice traduci faciat, aut eam praedicto regi restituat". Quod nisi fecerit, totam provinciam Cantuariensem ac comitatum Pictaviensem interdicto affici iubet. Duchesne H. Fr. SS. IV. 562, Bouquet Rec. XV. 954, Mansi XXI. 965, Migne 200 p. 1072. — „Cum filia carissimi".

Mai. 25. Anagniae — 12706 (8439) (Robertum) Exoniensem et (Rogerum) Wigorniensem episcopos et abbatem Faureshamensem laudat, quod Clarembaldum, abbatem S. Augustini Cantuariensem, deiecerint. Hist. mon. S. Aug. Cant. p. 414. (Chron. W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1817, Migne 200 p. 1037). — „Auditis olim".

„ 25. „ — 12707 (8440) Monachos S. Augustini Cantuarienses hortatur, ut dejecto Clarembaldo, alium sibi abbatem sumant. Hist. mon. S. Aug. Cant. p. 413. (Chron. W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1818, Migne 200 p. 1080). — „Auditis olim".

„ 26. „ — 12708 (8441) Capitulo S. Augustini Cantuariensi petente, „quidquid Clarembaldus, quondam electus, de bonis ecclesiae absque consilio et assensu totius capituli in ejus praeiudicium fecerit", rescindit. Hist. mon. S. Aug. Cant. p. 415. (Chron. W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1818, Migne 200 p. 1080). — „Nostrae sollicitudinis est".

26. „ — 12709 Capitulo S. Augustini Cantuariensi concedit, „ne quisquam, abbas sive praelatus, ecclesiae eorum pueros infra XV. annos in monachili habitu suscipiat". Hist. mon. S. Aug. Cant. p. 427. — „Nostrae sollicitudinis est".

26. „ — 12710 Capitulo S. Augustini Cantuariensi petente, domui eorum elecmosynariae asserit ecclesiam S. Augustini Northburnensem. Hist. mon. S. Aug. Cant. p. 448. — „Iustis petentium desideriis".

27. „ — 12711 Capitulo S. Aug. Cantuariensi petente, ecclesiae eorum „combustae et omnino fere destructae ad reparationem ipsius ecclesiae" asserit ecclesiam Faureshamensem. Hist. mon. S. Aug. Cant. p. 429. — „Cum ecclesia vestra"

„ 28. „ — 12712 Capitulo S. Augustini Cantuariensi concedit, „ne quisquam, abbas sive praelatus, ecclesiae eorum segrestaniam (sacristaniam) vel cameraríam absque consensu totius capituli ad firmam dare vel sibi usurpare praesumat". Hist. mon. S. Aug. Cant. p. 426. — „Nostrae sollicitudinis est".

„ 31. „ — 12713 Hospitale Pontis populi (d. Luc.), rogatu Massucii rectoris, tuendum suscipit eiusque bona et iura confirmat ea lege, ut una libra cerae annuatim Lateranensi palatio persolvatur. Pflugk-Harttung Acta III. 251. (Hoc privilegium revocatur ab Alexandro IV, cf. Posse Anal. Vatic. n. 158). — „Quotiens illud a nobis".

Iun. 16. „ — 12714 (8432 Monasterii S. Iohannis in Venere possessiones et iura confirmat, petente Oderisio abbate. Ughelli It. sacr. VI. 709, Migne 200 p. 1075. — „Vox clamantis".

19. — 12715 (8433) Monasterium S. Eugenii tuendum suscipit et eius possessiones ac iura confirmat. Lami Eccl. Fl. M. I. 522. — „Quotiens illud a nobis".

„ 19. „ — 12716 Parthenonis Mauriancnsis-Vallis protectionem suscipit ac disciplinam, bona, privilegia confirmat, petente Petronilla abbatissa. Peigné-Delacourt Cartul. de Morienval p. 11. — „Cura nos amovet" (leg. ammonet.)

„ 21. — 12717 Monachis S. Aegidii ecclesiam S. Trinitatis de Altorio (dioc. Arelat.) regendam tradit mandatque, ut ad eius requisitionem aliquem fratrum abbatem ibi instituant. Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 87. — „Attendentes religionis".

„ 15. „ — 13212 Abbati et capitulo S. Bavonis Gandavensi concedit, „ut possessiones, quas homines eorum a monasterio in feudum vel ad censum teneant, in pignus recipiant, ita quod fructus, quos de ipsis possessionibus receperint, in sortem non teneantur computare.“ Lokeren Hist. de S. Bavon p. 200. — „In his, que rationabiliter“.

„ 17. „ — 13213 Pactum inter monasterium Trium-fontium ac Robertum et Anselmum, fratres de Beslemo, ab episcopo Trecensi et decano Vitriacensi factum comprobat. Pflugk-Harttung Acta I. 266. — „Ex litteris venerabilis“.

„ 22. „ — 13214 Bulla pro prioratu, ut videtur, Bohonensi. Inventaire des titres du prieuré de Bohon f. 108 in Arch. dép. d'Indre et Loire in Tours. (Indicavit Delisle. Ex schedis Jaffèi).

„ 23. „ — 13215 (8644) Archiepiscopo Bituricensi, et Claromontensi atque Aniciensi episcopis mandat, ut sententiam, pro monasterio Trenorciensi promulgatam per iudices a sese delegatos, observandam curent. Luenin Nouv. hist. de Tournus Pr. p. 178, Migne 200 p. 1197. — „Nulla vel modica“.

„ 23. „ — 13216 (8645) *Archiepiscopo Viennensi eadem mandat. Luenin Nouv. hist. de Tournus Pr. p. 178.

„ 26. „ — 13217 Abbatibus, prioribus et aliis in Glasguensi episcopatu praesentationes ecclesiarum habentibus mandat, ut episcopo suo personas idoneas praesentent, qui curam animarum ab eo suscipiant. Addit de reducendis censibus in eorum ecclesiis institutis. Registrum ep. Glasg. I. 25. — „In eo sumus loco“.

„ 28. „ — 13219 Monasterio S. Nicolai de Pratis (Ribomontensis) „beneficium de Chieuresis, quod dicitur presbyterium“, asserit. Stein Cart. de St. Nicol. des Prés sous Ribem. p. 37. — „Iustis petentium desideriis“.

Mart. Mai. „ — 13220 Quae monasterio S. Illidii (Claromontensi) Fulco de Galinec in eleemosynam legavit, ea confirmat. (Non. Ma..“) Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand XIX. 276, Mon. pont. Arverniae p. 285. — „Iustis petentium desideriis“.

Mai 7. „ — 13221 A canonicis Placentinis decimas de terris vel de nutrimentis animalium exigi vetat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 676. — „Ad nostrum non est“.

„ 8. „ — 13222 Canonicis S. Antonini Placentinis indulget, ut „fidelitas, quam Hugo, quondam Tusculanus, tunc Placentinus episcopus ab eorum praeposito extorserit, nullum praeiudicium afferat, maxime cum usque ad illa tempora nullus praepositus S. Antonini fidelitatem praestiterit episcopis Placentinis“. Wiener Sitzungsber. XCIV. 676. — „In apostolicae sedis“.

1166—1179.

Mai.	9.	Laterani	13223 Clero et populo Toletano nuntiat, sese archiepiscopo eorum mandasse, ut inter B. archipresbyterum et clericos Toletanos iudicet. Neues Archiv VI. 294. — „Cum dilecti filii“.
„	11.	„	13224 Archiepiscopo Toletano mandat, curet ut episcopus Seguntinus possessionem, quae dicitur Lizeras, quondam ei ab episcopo Oxomensi pignori datam, fructibus ex ea abunde perceptis, ecclesiae Oxomensi restituat. Neues Archiv VI. 369. — „Proposuit nobis“.
„	15.	„	13225 Archiepiscopis, episcopis, abbatibus et universis ecclesiarum praelatis mandat, ut parrochianos, qui aliquem fratrum hospitalis Hierosolymitani, pro colligendis elemosinis in eorum partes destinatorum, „ceperit vel de suis equitaturis deiecerit aut alias inhoneste tractaverit“, excommunicatos denuntient. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 249 n. 23. — „Quanto maior“.
„	15.	„	13226 Archiepiscopos, episcopos, abbates, (priores) et alios ecclesiarum praelatos hortatur, moneant populum, ut xenodochio Hierosolymitano subveniant. De hospitalariorum privilegiis addit. Pflugk-Harttung Acta I. 267. — „Quam amabilis Deo“.
„	16.	„	13227 Hu(gonis) archiepiscopi et canonicorum ac consulum Ianuensium possessiones, in Arborensi et Caralitano iudicatibus (in Sardinia) sitas, confirmat. Hist. Patr. Mon., Cod. dipl. Sard. I. 224 et Lib. iur. gen. II. 20. — „Sacrosancta Romana“.
„	17.	„	13228 (8646) Ecclesiae et civitati Senensi asserit possessiones a Florentinis concessas. Muratori Ant. It. VI. 399, Pecci St. di Siena p. 165, Migne 200 p. 1198. — „Ex tenore publici“.
„	23.	„	13229 Quae capitulo Bituricensi Erm(engardis), nobilis mulier, hereditatis nomine ita concessit, ut, dum viveret, certos redditus haberet, ea confirmat. In bibl. nat. Paris. Cartul. de Bourges, ms. lat. nouv. acqu. 1274. s. XIII. f. 14. — „Ad aures nostras“.
„	23.	„	13230 Fratribus Montis Iovis concessum ab Amedeo, quondam comite Maurianensi, privilegium, ut cuique hominum eius liceat, de feodo suo monasterio tribuere, confirmat. Mém. et docum. de la Suisse Romande XXIX. 107. — „Relatum est auribus“.
„	25.	„	13231 Parthenonis Fontissomini (seu Fervaquensis) altaria, a dioecesanis episcopis collata, aliaque bona confirmat. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 253 n. 295. — „Ea quae religiosis“.
„	27.	„	13232 *Fratribus S. Columbae Vapincensibus privilegium dat. Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 91.
„	29.	„	13233 Ecclesiae S. Mariae de Montemorelli ecclesiam de Presse aliasque confirmat. Orig. in Arch. dép. de la Manche in St.-Lô, H. 13413. — „Iustis petentium desideriis“.
„	30.	„	13234 (8647) Canonicorum ecclesiae Caesenatis possessiones confirmat. Ughelli It. sacr. II. 451, Migne 200 p. 1198. — „Iustis petentium desideriis“.
Iun.	9.	„	13235 Fratribus S. Petri Gandensibus indulget, ne quis decimas ad eorum ecclesiam pertinentes alienare praesumat. Lokeren St. Pierre à Gand p. 155. n. 263. — „Officii nostri debitum“.
„	10.	„	13236 V(illanum) archipresbyterum et canonicos Pisanos hortatur, ne fratres Pulsanenses super ecclesia S. Michaelis de Urticaria, ab U. quondam archiepiscopo concessa, inquietent, sed censu duarum librarum cerae annuatim ab eis solvendo contenti sint. Archiepiscopo Pisano mandasse se scribit, ut vice sua fundum a fratribus recipiat, quem, infra parochiam ecclesiae S. Michaelis situm, sedi apostolicae offerre voluerint. Pflugk-Harttung Acta III. 268. — „Cum olim bone“.
„	13.	„	13237 Archiepiscopo et capitulo Toletano mandat, ut clericos querentes, quod in ecclesiis eorum clerici portionarii ecclesiae cathedralis ordinentur, dum ipsi penuria premantur, submota querela in beneficia instituat. Capitulum adhortatur, ne in parochialibus ecclesiis portionem aliquam requirat ulterius. Neues Archiv VI. 369. — „Querela clericorum“.
„	15.	„	13238 Episcopo Brixiensi mandat, diiudicet inter (Theobaldum) episcopum Placentinum et praepositum S. Antonini, super possessione Brugneti litigantes. Pflugk-Harttung Acta III. 268. — „Causam quae inter“.
„	17.	„	13239 Capituli Corbeiensis (d. Ambian.) statutum, „ut ad reparationem et emendationem librorum bibliothecae, quae nimis senuerat, et ad constitutionem novorum librorum,

1166—1179.

a singulis praepositis maioribus decem et a minoribus quinque solidi custodi librorum annis singulis persolvantur", et redditus quosdam eidem custodi deputatos confirmat. Mém. de l'Institut de France XXIV. 324, Bibl. de l'éc. des chartes V. Sér. I. 498, Delisle Le cabinet des manuscr. de la bibl. nat. II. 124. — „Cum velitis".

Iun. 17. Laterani 13240 Fratribus Corbeiensibus (d. Ambian.) respondet, eos qui speciale privilegium apostolicae sedis habeant, cogi non posse, archiepiscopo vel alii, qui non a latere papae sit transmissus, aliquatenus respondere. In bibl. nat. Paris. Cart. de Corbie ms. lat. 17759. s. XIII.—XIV. f. 38. — „Consuluit nos vestra".

„ 24. 13241 Galwelnum et alios in episcopatu Glasguensi constitutos sub excommunicationis poena hortatur, ut ecclesiis, in quarum parochiis habitent, decimas solvant. („VIII. kal. Iul."; cf. epistolam, quae sequitur). Registrum ep. Glasg. I. 17. — „Grave delictum incurrunt".

„ 24. „ 13242 Episcopum Glasguensem de superiore epistola certiorem reddit. Decimarum detentores, nisi obedierint, excommunicari iubet. (Pro „VIII. kal. Iun." legi „VIII. kal. Iul." Haec et ea quae antecedit epistola eodem die datae videntur, in utraque igitur aut „Iun." aut „Iul." legendum est.) Registrum ep. Glasg. I. 18. — „Decet personas ecclesiasticas".

„ 29. 13243 (8649) Canonicis S. Laurentii Ulciensibus asserit ecclesiam de Foresta, ab episcopo Claromontensi iis collatam. Ulciensis eccl. chartar. p. 21. — „Significavit nobis".

„ 13244 (Canonicis Carnotensibus) concedit, ut in terris malefactorum ecclesiae sacramenta interdicant „praeter parvulorum baptisma et poenitentiam decedentium". (Quamquam sit intermixta haec epistola aliis Alexandri III., an sit Alexandro IV. tribuenda, dubitem; vide supra ep. 13146.) In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 69. f. 229. — „Meminimus vobis".

1171—1179.

13245 Monasterii S. Petri Caziacensis tutelam suscipit et possessiones confirmat, petente Ebalo abbate. (Clausula deest, sed ex subscriptione Vitellii diac. card. SS. Sergii et Bachi liquet, bullam ante Oct. 1179 datam esse, Ebalus vero post Iun. 1171 abbatiae regimen suscepit, vide Gall. Chr. IX. 431.) In bibl. nat. Paris. Coll. Grenier t. 22. f. 67. — „Ad hoc universalis".

1173—1179.

Nov. 4. Anagniae 13246 Fratribus Sarnaiensibus bona quaedam asserit. Merlet et Moutié Cart. des Vaux de Cernay I. 59. — „Quos in servitio".

„ 11. „ 13247 (8650) In abbatia Lucernensi constructa in terra, ab Hasculpho de Suligneyo Achardo quondam episcopo Abrincensi resignata, sub praetextu quoquam a successoribus ipsius Hasculphi iurisdictionem exerceri vetat. Neustria pia p. 797, Migne 200 p. 1199. — „Officio pietatis".

1174—1179.

13248 (8651) R(ichardo), archiepiscopo Cantuariensi, totius Angliae primati et apostolicae sedis legato, et R(ogero), episcopo Wigorniensi, praecipit, ut G. clerico beneficium quoddam restituant. App. conc. Lat. XIX. 8, Coll. Cass. XXXIII. 8, Coll. Bamb. XXIII. 7, Comp. I. L. 1. t. 9. c. 8, Decr. Greg. L. I. t. 17. c. 7. — „Ex transmissa nobis conquestione".

13249 (8652) R(ichardo), archiepiscopo Cantuariensi, et R(ogero), episcopo Wigorniensi, scribit, cononicos de Pleinteim (al. Plutino, Plunnium) „non esse a ferendo testimonio super proprio negotio ecclesiae suae repellendos". App. conc. Lat. VIII. 3, Coll. Lips. XLIII. 3, Coll. Cass. XLVIII. 2, Coll. Bamb. XXXIX. 2, Comp. I. L. 2. t. 13. c. 11, Decr. Greg. L. II. t. 20. c. 12. — „Cum nuncius canonicorum".

1175—1179.

Oct-Nov. Anagniae 13250 (8653) Richardo, archiepiscopo Cantuariensi, concedit, „ut infra fines Cantuariensis provinciae in ecclesiis ad iurisdictionem Cantuariensis ecclesiae pertinentibus, aut in ecclesiis, quae specialiter b. Petri iuris existunt, nemini nisi Cantuariensi archiepiscopo, vel ecclesia vacante, ei, qui vices eiusdem archiepiscopi geret, reges coro-

1175—1179.

nare liceat vel inungere". („Dat. IIII. Novemb.") Rymer Foedera I. 26, Migne 200 p. 1199. — „Quanto maiorem".

1176—1179.

13251 Abbati S. Iohannis de Valeia mandat, „ut in capella leprosorum, infra parochiam de Curvavilla constructa, presbyterum ponat, sicut institutum sit a W(illelmo) archiepiscopo Remensi, apostolicae sedis legato, dum Carnotensis ecclesiae regimen haberet." (De tempore cf. notam ad 13279.) Ex Chartul. S. Ioh. in Valle ms. lat. 5481 f. 174 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Pervenit ad nos".

13252 Monasterii S. Theoderici patrocinium suscipit possessionesque ac privilegia confirmat, petente Herberto abbate. Statutum b. m. Samsonis et W(illelmi), apostolicae sedis legati, archiepiscoporum Remensium, super hominibus villae S. Theodorici factum observari vult. (Bulla anno 1177 data videtur, cf. Gall. Chr. II. 190. Certe data est ante m. Mart. 1179, vide notam ad ep. 13279.) In bibl. nat. Paris. ms. lat. 13820 f. 24. — „Religiosam vitam eligentibus".

1178—1179.

13253 Capitulo Catalaunensi praecipit, ut aut W. clerico beneficium in ecclesia assignare ulterius non recusent aut litteras bullatas, quas in excusationem suam proferant, (Willelmo) archiepiscopo Remensi ostendant. Loewenfeld Epistolae p. 171. — „Super labore".

13254 Clerico cuidam archidiaconatum Coventrensem, a (Richardo) episcopo collatum, ac privilegia quaedam asserit. Loewenfeld Epistolae p. 172. — „Sacrosancta (Romana ecclesia").

Mart. 23. | Laterani | 13255 Sororibus S. Victorini Beneventanis praecipit, ut abbati S. Vincentii de Monte debitam reverentiam impendant. Pflugk-Harttung Acta III. 269. — „Dilectus filius noster".

„ 30. 31. | „ | 13256 (8656) Willelmo, abbati S. Dionysii, eiusque successoribus usum mitrae, anuli, sandaliorum concedit. (Huius privilegii duo autographa exstant in tab. nat. Paris. L. 231. n. 43; quorum alterum „III.", alterum „II. kal. Aprilis" praebet.) Félibien Hist. de St. Denys rec. d. pièces p. 101, Doublet Hist. de St. Denys p. 508, Migne 200 p. 1200. — „Quos sinceriori".

„ 31. | „ | 13257 Episcopo Dertonensi mandat, curet, ne „rationabilis constitutio ecclesiae eius, auctoritate apostolica confirmata", a quoquam infringatur. Pflugk-Harttung Acta III. 269. — „Quod in ecclesiis".

Apr. 6. | „ | 13258 Compositionem inter canonicos Salmurenses et fratres domus elemosinariae de Ponte factam a W(illelmo) archiepiscopo Burdigalensi et A(demaro) episcopo Santonensi confirmat. Archives histor. de la Saintonge IV. 58. — „Cum inter vos".

„ 9. | „ | 13259 (8657) Simoni, quondam abbati S. Mariae Blesensis, asserit beneficia post muneris abdicationem a I(ohanne) episcopo Carnotensi et Petro, presbytero card. tit. S. Chrysogoni, apost. sed. legato, ei collata. Gall. Chr. VIII. Instr. p. 425, Migne 200 p. 1201, (Auvray Notice sur le ms. Ottobonien 2966 p. 19 in Mélanges d'arch. et d'hist. VI.). — „Relatum est nobis".

„ 15. | „ | 13260 G(aufrido) decano et canonicis Carnotensibus significat, statuisse se, ut „honores vel beneficia, quae „venerabilis frater" G(uillelmus) episcopus eorum, apost. sed. legatus, in decessu suo reliquerit, nullus dare vel accipere audeat, absque licentia et concessione successoris legitime ordinati. (Epistola, Innocentio II. falso ascripta, Alexandro III. tribuenda videtur.) In bibl. nat. Paris. Livre blanc de l'évêché de Chartres, ms. lat. 11062. s. XIII. f. 9^b. (Livre noir., ms. lat. 10096. s. XIII. f. 1, Coll. Moreau 54. f. 229). — „Ecclesiastica beneficia".

Mai. 7. | „ | 13261 H(avidi) abbatissae et sororibus S. Glodesindis Metensibus villam et ecclesiam de Nerteyo asserit. In bibl. nat. Paris. Chartul. S. Glodes. Metens. scr. a. 1292, ms. lat. 10024. f. 59. — „Cum ex apostolatus".

„ 12. | | 13262 G(arini) archiepiscopi et capituli Bituricensis statutum, ut numerus triginta praebendarum in ecclesia non excedatur, confirmat. Cartul. de Bourges ms. lat. nouv. acquis. 1274. s. XIII. f. 16^b in bibl. nat. Paris. — „Quotiens aliqua statuuntur".

„ 13. | „ | 13263 Monasterio Aquicinctensi asserit altare de Oysiaco a P(etro) quondam electo Cameracensi concessam. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 79. f. 116. — „Iustis petentium desideriis".

1178—1179.

Mai. 14. Laterani — 13264 Compositonem inter fratres S. Bertini Sithienses et burgenses S. Audomari factam a Philippo, Flandriae comite, confirmat. Giry Hist. de la ville de S. Omer p. 393. — „Relatum est nobis".

„ 16. — 13265 Ecclesiae S. Felicis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Hugone priore. Codex dipl. ord. S. Ruffi, quem composuit et possidet Ulysses Chevalier Romanensis f. 17. — „Si quando a nobis".

„ 25. — 13266 Monasterium Verdense tuendum suscipit eiusque possessiones, in his ecclesiam Lothusen in Flandria sitam et monasterium Helmestetense confirmat. Wolframo abbati usum pontificalium asserit. Pflugk-Harttung Acta I. 268. — „Votis et desideriis".

„ 25. „ — 13267 *Inter canonicos S. Andreae et monachos S. Crucis Burdigalenses super capellania S. Crucis aliisque a Guillelmo archiepiscopo actum arbitrium probat. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12666. (Monasticon Benedictin. IX.) f. 158.

Iun. 9. „ — 13268 (3489a) Conrado, Gregorio et Petro, filiis b. m. Malabrancae, ob summam patris erga se et Romanam ecclesiam fidem „a principio schismatis" impensam, castrum Ariciae in feudum concedit. („V. id. Iun.") Theiner Cod. dipl. dom. temp. s. sed. I. 24; („VI. id. Iun.", Pertz Archiv VII. 21, ubi perperam bulla Alex. II. ascripta est). — „Constantiam devotionis".

„ 11. „ — 13269 R(oberto) archiepiscopo Viennensi et O(doni) episcopo Valentinensi mandat, ne ecclesiam S. Felicis a W. abbate de Clairen (Clariaco?) et nepotibus Otgerii super hereditate quadam vexari sinant. Cod. dipl. ord. S. Ruffi, quem composuit et possidet U. Chevalier Romanensis f. 18. — „Ex parte dilectorum".

Iul. 10. „ — 13270 Compositionem inter episcopum et canonicos Ebroicenses super consuetudinibus quibusdam a (Rotrodo) archiepiscopo Rotomagensi factam approbat. Cart. du chap. d'Evreux s. XIII.—XIV. f. 2. Arch. dép. de l'Eure in Evreux. — „Sicut iniquum est".

13271 *Conrado, Pomeranorum episcopo, decimas a subditis suis exhiberi iubet. Vide tab. Conradi ap. Hasselbach Cod. Pom. dipl. I. 131. cf. Pommersch. Urkundenb. I. 50.

1179. *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 20. — 20. Sept. — 21, 1178. — 25. Mart. — 1179.)*

Ian. 2. Tusculani — 13272 (8659) Monasterium S. Florae Aretinum tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia, petente Hominedeo abbate, confirmat. Margarini Bull. Cas. II. 194, Migne 200 p. 1201. — „Piae postulatio".

„ 2. „ — 13273 Monasterii Casae-Dei tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Bertrando abbate. Fratribus unius byzantii censum annuum imponit. (Notae temporis corruptae et in subscriptionibus „Gregorius ep. Sabinensis" apparet; neque tamen bullam spuriam existimem, quia librarios multa ex suo ingenio correxisse vel adiecisse vel neglegentia depravavisse, notum est; cf. supra num. 13119 eiusdem tenoris, ubi Gregorii nomen deest.) Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand XIX. 299. (ex quibus in) Mon. pont. Arverniae p. 307. — „Susceptae administrationis".

„ 2. — 13274 Fratribus S. Sixti Placentinis praecipit, ut abbati Casae-Dei debitam obedientiam praestent. Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand XIX. 305, Mon. pont. Arverniae p. 313. — „Conquestionem dilectorum".

„ 2. „ — 13275 (Pontio) episcopo Claromontensi mandat, compellat sub interdicti poena milites de Alzone, ut ipsius castri ecclesiam S. Laurentii fratribus Casae-Dei reddant. Loewenfeld Epistolae p. 173. — „Querelam dilectorum filiorum".

„ 12. — 13276 Herberto abbati S. Theoderici Remensis privilegium dat. Neues Archiv VII. 104. — „Religiosam vitam".

„ 17. „ — 13277 (8659a) Parthenonis S. Mariae Marensis protectionem suscipit, iuraque et possessiones confirmat, petente Philippo, archiepiscopo Coloniensi. Acta SS. Febr. T. I. 921, Hugo O. P. A. II. Pr. 77. — „Cum infirmioribus membris".

„ 17. „ — 13278 (8660) Monasterii S. Godehardi Hildesheimensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Arnoldo abbate. Pflugk-Harttung Acta II. 372. — „Effectum iusta postulantibus".

„ 20. „ — 13279 Confirmat compositionem a Willelmo, archiepiscopo Remensi, ap. sed. legato, factam inter monachos S. Aygulfi et domum elemosinariam castri Pruvinensis super area quadam, ab Henrico comite Trecensi praedictae domui contra fratrum S. Aygulfi voluntatem concessa. (Bullam datam esse post an. 1178, probat carta Guidonis Senonensis apud Lalore l. l. p. 253, et ante d. 7. Mart. 1179, probat titulus Willelmi

1179. *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 20. — 20. Sept. — 21, 1178. — 25. Mart. — 1179.)*

Remensis, cui inde ab hoc die verba: „S. Sabinae cardinali“ in litteris apostolicis adiungi solent.) Lalore Coll. des cart. VI. 235. — „Pervenit ad nos“.

Ian. 20. Tusculani — 13280 Ecclesiae S. Severini Camerinensis tutelam suscipit possessionesque ac privilegia confirmat. Turchi De eccles. Camerin. pont. App. p. 30: „XIII. kal. Febr.“; (Gentili Dissertazione sopra Sanseverino p. 70: „XII. kal. Febr.“). — „Devotionis sinceritas“.

„ 23. „ — 13281 (8661) I(ohanni) episcopo et capitulo Carnotensi praescribit, „ut honores Carnotensis ecclesiae aliis de cetero minime concedantur, nisi qui residentiam se promiserint habituros, neu quis de aliena diocesi in canonicum ecclesiae aut plebanum presbyterum admittatur, nisi prius a proprio fuerit episcopo absolutus“. Theodori Poenitentiale II. 432, Lépinois et Merlet I. 199. Migne 200 p. 1203. — „Cum ab eo“.

„ 25. „ — 13282 In ecclesia Trecensi constitutionem ecclesiarum Gallicanarum, „ut qui non sint in obsequiis assidui, non tantum percipiant, quantum illi, qui assiduam ibi moram habere noscantur“, introduci permittit. Lalore Coll. des cart. V. 85, Pflugk-Harttung Acta I. 249. — „Ea quae ad incrementum“.

„ 27. „ — 13283 Monasterii S. Michaelis de Periculo-maris patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Roberto abbate. Delisle Chron. de Robert de Torigni II. 313. — „Vitam religiosam eligentibus“.

„ 27. „ — 13284 (8662) Ecclesiae Trecensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Matthaeo episcopo. Martene et Dur. Vet. Script. I. 906, Lalore Coll. des cart. V. 40, Migne 200 p. 1203. — „Cum tua honestas“.

„ 28. — 13285 Rogerum abbatem S. Trinitatis Cantuariensem dedicat „V. kal. Febr.“ Radulf. de Diceto ap. Twysden H. A. SS. I. 602, Opp. ed. Stubbs I. 428.

„ 30. — 13286 Simoni abbati et fratribus Sublacensibus castrum Roiate et Roccam Siccam, quae fuerunt Raonis, filii Landulphi, ea lege asserit, ut nullo unquam modo ea alienare debeant. Narrat, Raonem, iterum atque iterum monitum, a Iohanne, presb. card. tit. SS. Iohannis et Pauli, vicario suo, excommunicatum ac vi coactum esse iurare, sese nepotibus et consortibus suis ablata restituturum; semper vero iuramenti immemorem eum fuisse. „Nobis autem,“ inquit, „de partibus Venetiae ad Urbem redeuntibus ..., exercitu congregato, praescriptum castrum et Roccam Siccam capi fecimus ipsaque ad manus nostras duximus revocanda.“ Liverani Spicil. Liber. 650. — „Cum iampridem“.

(„) — („) — 13287 (8663) Lupo, Valentiae regi, gratias persolvit, quod, „licet, sacramenta fidei Christianae minime susceperit, tamen cultores et fideles Christi quadam speciali praerogativa diligat et honoret“. Rogat, ut Christianos captivos ad sese dimittat. Radulf. de Diceto ap. Twysden H. A. SS. I. 602, Opp. ed. Stubbs I. 429, Migne 200 p. 1205. — „Cum superna et“.

Febr. 3. „ — 13288 (8664) Ecclesiam Biterrensem tuendam suscipit possessionesque eius confirmat, petente Bernardo episcopo. Gall. Chr. VI. Instr. p. 140, Migne 200 p. 1205. — „In eo sumus loco“.

„ 4. „ — 13289 Willelmo abbati et fratribus S. Vincentii Metensibus asserit ecclesiam S. Germani de Castello, cuius possessiones et iura confirmat. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 82. f. 3. — „Pastoralis officii consideratione“.

„ 16. Laterani — 13290 (8665) Ecclesiae S. Deodati protectionem suscipit possessionesque ac privilegia confirmat. Sommier Hist. de l'égl. de S. Diez p. 396, Défense de l'église de Toul p. 279. — „Officii nostri nos“.

„ 16. — 13291 (8810) (Richardo) archiepiscopo Cantuariensi, apostolicae sedis legato, et archidiacono Cantuariensi praecipit, ut „cum abbates et fratres S. Augustini ad ecclesias suas vacantes personas duxerint idoneas praesentandas, eas sine calumnia recipiant“. Hist. Mon. S. Aug. Cant. p. 437, (Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1831). — „Gravis admodum ad“.

„ 16. „ — 13292 (Richardo) archiepiscopo Cantuariensi, apostolicae sedis legato, et archidiacono Cantuariensi interdicit, „ne monasterio S. Augustini in ecclesiis suis indebita gravamina imponant, nec in ecclesiis suis sine assensu abbatis clericos instituant, nec ad claves ecclesiarum seu possessiones earum manus extendant“. Hist. Mon. S. Aug. Cant. p. 446. — „Cum in ecclesiis“.

„ 16. „ — 13293 (8703) Henrico, Anglorum regi, affirmat, Rogerum abbatem S. Augustini Cantuariensem temere accusari, „quod monasterium suum ecclesiae Romanae in 10 marcis

1179. *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 20. — 20. Sept. — 21, 1178. — 25. Mart. — 1179.)*

auri annuatim solvendis fecerit censuale"; „non est consuetudo Romanae ecclesiae", inquit, „huius modi census statuere, aut quamlibet ecclesiam tali modo gravare". Exponit, abbatem quare dedicaverit; quem ne „pro debitis Iudaeorum ulterius molestari" sinat, rogat. Hist. Mon. S. Aug. Cant. p. 429, (Chronica W. Thorn. ap. Twysden H. A. SS. II. 1825, Migne 200 p. 1229). — „Audivimus regiae".

Febr. 18. Laterani — 13294 (8702) Rogero, abbati S. Augustini Cantuariensi, concedit, „ut Cantuariensis episcopus, qui pro tempore fuerit, successores eius sine exactione professionis in monasterio benedicat; quod si infra XL. dies, postquam fuerit requisitus, eos benedicere forte omiserit, ad Romanam ecclesiam benedicendi accedant". Hist. Mon. S. Aug. Cant. p. 432, (Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1825, Migne 200 p. 1229). — „Cum venerabili fratre".

„ 18. „ — 13295 Ecclesiam Wallefsrodensem tuendam suscipit, statuitque „ne quis monachis eiectis, quamdiu ibidem duo ad minus fuerint, alios clericos substituat", cet. Iacobs Urk. d. Kl. Ilsenburg I. 32. — „Viros religiosos".

„ 18. „ — 13296 (8666) Simoni, episcopo Meldensi, concedit, „ut, si quando monasterium eius iurisdictionis vacare contigerit, nec fratres vel sorores infra congruum tempus in personam idoneam potuerint concordare, fas ei sit, personam illam in abbatem vel abbatissam confirmare, in quo maiorem et saniorem partem capituli noverit convenire". Du Plessis Hist. de Meaux II. 66, Migne 200 p. 1206. — „Pro dissensione fratrum".

„ 19. „ — 13297 *Nicolao militi praecipit, ut monachis S. Bertini Sithiensibus ablatam terram restituat damnaque resarciat. V. Iohannis Longi chron. S. Bertini in MG. SS. XXV. 813.

„ 19. „ — 13298 *Philippo, comiti Flandriae, mandat, curet ut Audomarenses fratribus S. Bertini Sithiensibus ereptam paludem reddant et „de damnis domorumque infractione" satisfaciant. V. Iohannis Longi chron. S. Bertini in MG. SS. XXV. 813.

„ 19. „ — 13299 (8667) Monachis S. Bertini Sithiensis interdicit, „ne ecclesiam de Broburg unius sacerdotis ministerio permittant esse contentam, sed duos semper ipsius servitio mancipent". Collection des Cartulaires III. 352, Migne 200 p. 1207. — „Relatum est auribus".

„ 19. „ — 13300 (8668) Monasterio S. Bertini Sithiensi duas partes decimae de Lulinghem et paludem quandam a G. milite de Watenis datam asserit. Collection des Cartulaires III. 353, Migne 200 p. 1207. — „Si quando ab".

„ 19. „ — 13301 (8669) Ecclesiae S. Mariae Usnoimensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat. Hasselbach Cod. Pom. dipl. I. 109, (Pommersches Urkundenb. I. 51). — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 20. „ — 13302 Monasterii Ilsenburgensis tutelam suscipit et possessiones ab O(ttone) quondam episcopo Halberstadensi donatas confirmat, petente T(heoderico) abbate. Privilegia quaedam addit. Iacobs Urk. d. Kl. Ilsenburg I. 32. — „Suscepti regiminis cura".

„ 20. „ — 13303 (8705) Rogero abbati et monachis S. Augustini Cantuariensis concedit, „ne in ecclesiis ad repraesentationem eorum spectantibus ulli, nisi ab eis praesentati fuerint, ordinentur". Hist. Mon. S. Aug. Cant. p. 438, (Chron. W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1830, Migne 200 p. 1231). — „De minori possemus".

„ 26. „ — 13304 (8706) Rogero, abbati S. Augustini Cantuariensi, et eius successoribus concedit, „ut si archiepiscopi vel episcopi aut alii ecclesiarum praelati iis de malefactoribus eorum, parochianis suis, tertio requisiti plenam non fecerint rationem, illos excommunicent". Hist. Mon. S. Aug. Cant. p. 439, (Chron. W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1830, Migne 200 p. 1231). — „Cum in nostra".

„ 27. „ — 13305 (8670) Monasterio S. Bertini Sithiensi decimas de Waranciis asserit. Collection des Cartulaires III. 351, Migne 200 p. 1208. — „Iustis petentium desideriis".

„ 27. — 13306 Ecclesiae S. Imerii (dioec. Basil.) possessiones confirmat. (Fragmentum.) Trouillat Mon. de Bâle I. 363. „ ..... statuentes ut".

„ 27. „ — 13307 Ecclesiae S. Germani Grandivallensis protectionem suscipit et possessiones confirmat. Trouillat Mon. de Bâle I. 370. — „Cum nobis sit".

„ 27. „ — 13308 Petro abbati Reclusensi bullam dat. Neues Archiv VII. 104. — „Religiosam vitam".

„ 28. — 13309 (Giliberto) Londinensi et (Iohanni) Cicestrensi episcopis mandat, ut „si quos iis constiterit in ecclesiis monasterii S. Augustini Cantuariensis sine assensu abbatis vel

1179. *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 20. — 20. Sept. — 21, 1178. — 25 Mart. — 1179.)*

fratrum institutos esse, eos ab eisdem ecclesiis removeant". Hist. Mon. S. Aug. Cant. p. 436. — „Referente dilecto filio".

Febr. 28. Laterani — 13310 *Desiderio, episcopo Morinorum, mandat, ut „decimam alletium" monasterio S. Bertini Sithiensi tribuendam curet. Chartularium Sithiense P. III. c. 27 in Coll. des Cartulaires III. 349, cf. Iohannis Longi chron. in MG. SS. XXV. 813.

(„ „) („) — 13311 *Philippum, Flandriae comitem, hortatur, ut monasterio S. Bertini Sithiensi „decimam alletium" tradat. Chartul. Sith. P. III. c. 27 in Coll. des Cartulaires III. 349; cf. Iohannis Longi chron. in MG. SS. XXV. 813.

Mart. 1. „ — 13312 (8704) Rogero, abbati S. Augustini Cantuariensi, concedit, „ne archiepiscopus aut archidiaconus eius seu officiales seu aliquis legatus obtentu legationis monasterium vel monachos eius aliqua sententia gravet, nec ecclesias, clericos vel homines eorum interdicat, vel excommunicet". Addit de chrismate et oleo sancto suscipiendo. Hist. Mon. S. Aug. Cant. p. 433, (Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1829.) — „Quanto monasterium vestrum".

(„) („) — 13313 (8707) Monasterii S. Augustini Cantuariensis protectionem suscipit et fratribus eius indulget, ut tempore generalis interdicti „clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, supressa voce, divina officia celebrent". Hist. Mon. S. Aug. Cant. p. 425, (Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1830). — „Hortatur nos et".

„ 1. „ — 13314 Transactionem inter Flaviacense et Fontanetense monasteria, mediante S(tephano) episcopo Eduensi, super possessionibus quibusdam factam confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 268. — „Inter cetera, quibus".

„ 2. „ — 13315 (8671) Fratribus S. Bertini Sithiensis id privilegii tribuit, „ut in ecclesias ad iurisdictionem eorum spectantes, nulli liceat, sine manifesta vel iudicio canonico causa probata, interdicti sententiam promulgare". Collection des Cartulaires III. 352, Migne 200 p. 1208. — „Suscepti cura".

„ 3. „ — 13316 (8672) Fratribus S. Bertini Sithiensis concedit, „ut praebendam in monasterio nullo laico teneantur deinceps vel clerico seculari conferre". Collection des Cartulaires III. 351, Migne 200 p. 1208. — „Iustis postulationibus".

„ 5. „ — (in basilica S. Iohannis Constantiniana). Concilii dies primus. Acta ap. Mansi XXII. 213 et 457: „quinta die mensis". Gesta Henrici II., olim Benedicto Petroburg. tributa, 1179 ed. Stubbs I. 222: „tertio nonas Martii". Willelmus Tyr. L. XXI. c. 27: „mense Martio... quinto die". Cf. Hefele Conc. Gesch. 2 ed. V. 711, Reuter III. 426 sq. et 764 sq.

„ 5. „ — 13317 Monasterium S. Mariae Luthrense tuendum suscipit, bonaque eius et privilegia, petente Guidone abbate, confirmat, imposito monachis decem solidorum Basiliensis monetae censu annuo. Besson L'abbaye de Lure p. 199. — „Quotiens a nobis".

„ 6. „ — 13318 (8673) Monasterii S. Blasii patrocinium suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Theodeberto abbate. Wirtemb. Urkundenb. II. 194, (Gerbert Hist. Nigr. Silv. III. 102, Migne 200 p. 1209). — „Ad hoc universalis".

„ 7? „ — (in basilica S. Iohannis Constantiniana). Concilii die secundo Willelmus archiepiscopus Remensis fit presbyter cardinalis tit. S. Sabinae. Acta l. l.: „septima die mensis". Ann. Senens. 1179 in MG. SS. XIX. 226: „VII. et VIII. die mensis". Gesta Henrici II., olim Benedicto Petroburg. tributa, 1179 ed. Stubbs I. 222: „II. id. Martii" (14. Mart.). Reuter III. 429, diem 14. Mart. praefert.

„ 9. „ — 13319 Monasterii S. Sequani tutelam suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Haimone abbate. In bibl. nat. Paris. Cartul. S. Sequani ms. lat. 9874. s. XVIII. f. 1; 12824 s. XVIII. f. 339; 17085 s. XVII. f. 1. — „Quotiens istud (an illud?) a nobis".

„ 9. („) — 13320 Monasterii S. Lupi Trecensis patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia confirmat. (Clausula mutilata). Lalore Collection des cart. de Troyes I. 89. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 12. „ — 13321 (8673a) Monasterium Tegernseense tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat, petente Ruperto abbate. Mon. Boic. VI. 186, Hund III. 402, Orig. Guelf. I. 92. — „Commisse nobis apostolice".

„ 12. „ — 13322 (8674) Monasterii S. Mariae Floreffiensis protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Hermanno abbate. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 12. — „Religiosis desideriis dignum".

1179. *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 20. — 20. Sept. — 21, 1178. — 25. Mart. — 1179.)*

Mart. 12. Laterani — 13323 Rodulfo praeposito, Henrico decano et canonicis S. Pauli Leodiensibus presbyteratum de Lizia asserit. Ecclesiae eorum tutelam suscipit et possessiones confirmat. Bulletin de l'inst. archéol. Liégois XII. 242. — „Cum nobis providentia".

„ 14. „ — 13324 (8675) Ecclesiae S. Mauricii Agaunensis possessiones et privilegia confirmat, petente Willelmo abbate. Plancher Hist. de Bourgogne I. Pr. p. 57, Hist. Patr. Mon. Chart. II. 1064, Aubert Trésor p. 220, Migne 200 p. 1212. — „Cum simus ad curam".

„ 15. „ — 13325 (8676) Ecclesiam Tropaeensem, petente Coridone episcopo, tuendam suscipit eiusque bona confirmat. Ughelli It. sacr. IX. 452, Migne 200 p. 1213. — „Ideo sumus".

„ 15. „ — 13326 Monasterium S. Trudonis tuendum suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat, petente Wirico abbate. Piot Cart. de S. Trond I. 134. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 15. „ — 13327 *(Guichardo) Lugdunensi et (Guidoni) Senonensi archiepiscopis eorumque suffraganeis mandat, ne a fratribus Quinciacensibus decimas de novalibus exigi patiantur. Quantin Cart. gén. de l'Yonne II. 295.

„ 16. „ — 13328 Monasterii S. Nicolai Tornacensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Eustatio abbate. Vos L'abbaye de St.-Medard II. 82 (non ipse vidi); Anal. p. s. à l'hist. eccl. de la Belgique VII. 477. — „Quotiens illud a nobis".

„ 17? „ — 13329 Monasterii S. Petri de Valle tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat. Autogr. mutilum in bibl. nat. Paris. Coll. Grenier t. 287. n. 8: aut „XV." aut „XVI. kal. Apr." legendum est. — „Licet universis ecclesiis".

„ 18. „ — 13330 Monasterii S. Mariae Quinciacensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Garmundo abbate. Quantin Cart. gén. de l'Yonne II. 294. — „Religiosam vitam".

„ 18. „ — 13331 (8677) Monasterii S. Martini Murensis rogatu Anselmi abbatis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, imposito monachis aurei unius censu annuo. Herrgott Geneal. Habsb. II. 192, Quellen z. Schweizer Gesch. III. II. 116, Migne 200 p. 1213. — „His, qui positis".

„ 18. („) — Ottonem episcopum Babenbergensem consecrat. Heimonis lib. 1179 ap. Jaffé Bibl. V. 552, (in MG. SS. X. 4), „generalis synodus — in qua Otto se suosque successores a domno papa consecrari debere praerogative, dominica Iudica consecratus, obtinuit". Ottonis ep. ap. Udalr. Bab., Jaffé V. 534: „In dominica Iudica, praesentibus cardinalibus, archiepiscopis etc., qui ad synodum convenerant".

„ 19. „ — (in basilica S. Iohannis Constantiniana). Concilii dies tertius. Acta l. l.: „nonadecima die mensis". Gesta Henrici II., olim Benedicto Petroburg. tributa, 1179 ed. Stubbs I. 222: „14. kal. Aprilis".

Sanciunt 1) „si inter cardinales de substituendo summo pontifice non potuerit concordia plena esse et duabus partibus concordantibus tertia pars noluerit concordare, aut sibi alium praesumpserit ordinare, ille Romanus pontifex habeatur, qui a duabus partibus fuerit electus et receptus; si a paucioribus aliquis, quam a duabus partibus fuerit electus, nisi maior concordia intercesserit, nullatenus assumatur"; 2) „ordinationes ab Octaviano et Guidone haeresiarchis, necnon et Iohanne Strumensi, qui eos secutus est, factas, irritas esse censent"; 3) „ut nullus in episcopum eligatur, nisi qui iam trigesimum aetatis annum egerit et de legitimo sit matrimonio natus, qui etiam vita et scientia commendabilis demonstretur; decanatus, archidiaconatus et alia ministeria, quae animarum curam habent annexam, nullus suscipiat, nisi qui iam vigesimum quintum aetatis annum attigerit" cet; 4) „archiepiscopi parochias visitantes, pro diversitate provinciarum et facultatibus ecclesiarum, quadraginta evectionis (evectionum) numerum non excedant, cardinales viginti quinque, episcopi viginti vel triginta nequaquam excedant, archidiacoui quinque aut septem, decani constituti sub ipsis duobus equis existant contenti; nec cum canibus venatoriis et avibus proficiscantur, nec sumptuosas epulas quaerant; ne subditos suos talliis et exactionibus episcopi gravent" cet; 5) diaconis et presbyteris „sine certo titulo" ordinatis, ab episcopo „necessaria subministrentur"; 6) „ne praelati, nisi canonica commonitione praemissa, suspensionis vel excommunicationis sententiam proferant in subiectos"; 7) „ne pro episcopis vel abbatibus seu quibuscumque personis ecclesiasticis

1179. *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13; pont. a. 20. — 20. Sept. — 21, 1178. — 25. Mart. — 1179.)*

ponendis in sede, vel sacerdotibus instituendis, aut mortuis sepeliendis, seu etiam nubentibus benedicendis, seu etiam aliis sacramentis aliquid exigatur"; 8) „nulla ecclesiastica ministeria seu etiam beneficia, vel ecclesiae, alicui tribuantur seu promittantur, antequam vacent"; 9) „ne fratres Templi et Hospitalis, alii quoque religiosae professionis, indulta sibi ab apostolica sede excedentes privilegia, contra episcopalem auctoritatem quidquam praesumant" cet.; 10) „monachi non pretio recipiantur in monasterio, non peculium permittantur habere, non singuli per villas et oppida seu ad quascumque parochiales ponantur ecclesias" cet.; 11) ne „clerici in sacris ordinibus constituti mulierculas in domibus suis teneant"; 12) „clerici, si stipendiis ecclesiasticis sustententur, coram iudice saeculari advocati (procuratores) in (forensibus) negotiis fieri non praesumant"; 13) et 14) ne quis „dignitates diversas ecclesiasticas et plures ecclesias parochiales acquirat"; 15) ne „clerici bona per ecclesias acquisita in alios usus transferant"; 16) „ne quis ecclesiarum ordinationes impediat"; 17) „si ecclesiarum fundatores aut heredes eorum" de tribuenda ecclesia inter se dissentiunt, „ille praeficiatur ecclesiae, qui maioribus iuvatur meritis et plurimorum eligitur et probatur assensu"; 18) „per unamquamque ecclesiam cathedralem magistro, qui clericos eiusdem ecclesiae et scholares pauperes gratis doceat, competens aliquod beneficium assignetur"; 19) ne „rectores et consules civitatum ecclesiis onera imponant"; 20) ne torneamenta fiant; 21) treugae serventur; 22) „presbyteri, monachi, clerici, conversi, peregrini, mercatores, rustici euntes et redeuntes et in agricultura existentes et animalia, quae semina portant ad agrum, securitate laetentur"; 23) ne impediantur leprosi „sub communi vita congregati", quin „ecclesiam cum coemeterio constituant et proprio gaudeant presbytero"; 24) ne Christiani „Saracenis arma, ferrum et lignamina galearum deferant", neu „in galeis et piraticis Saracenorum navibus regimen et curam gubernationis exerceant"; ne „Christiani naufragia patientes rebus suis spolientur"; 25) usurarii manifesti nec ad communionem admittantur altaris, nec Christianam accipiant sepulturam"; 26) ne „Iudaei sive Saraceni Christiana mancipia in domibus suis permittantur habere"; 27) Catharos, Patarenos, Publicanos anathematizant; „de Brabantionibus et Aragonensibus, Navariis, Bascolis, Coterellis et Triaverdinis, qui nec ecclesiis, nec monasteriis deferant, non viduis et pupillis, non senibus et pueris, nec cuilibet parcant aetati aut sexui, sed omnia perdant et vastent, constituunt, ut qui eos conduxerint vel tenuerint vel foverint, excommunicentur". Acta l. l.

Mart. 19. Laterani — 13332 (8678) Monasterii S. Trinitatis et b. Michaelis Miletensis protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Imberto abbate. Bisogni Hipp. p. 102, (Auctorem libri: Badia della S. Trinità di Mileto p. 120 de fide bullae dubitare, nos docuit De Backer). — „Cum omnibus ecclesiasticis".

„ 19. „ — 13333 (8679) „Monasterium s. primitivae ecclesiae montis Sion" Hierosolymitanum, „in honorem dei genitricis et s. spiritus aedificatum ab illustris memoriae Gothofredo", tuendum suscipit et eius possessiones, in Oriente et Occidente sitas, confirmat. Abbati mitrae annulique usum concedit. Pirri Sic. sacr. II. 1326, (qui possessiones non nisi in Sicilia sitas enumerat; integram bonorum enumerationem francogallice redditam praebet) Rey Les colonies franques de Syrie p. 281. — „. . . . Ea propter".

„ 20. „ — 13334 (8680) Monasterium S. Simpliciani Mediolanense tuendum suscipit et eius possessiones ac privilegia confirmat, petente Oprando abbate. Puccinelli Vita di S. Simpliciano p. 74, Muratori Ant. It. III. 219, Ughelli It. sacr. IV. 121, Migne 200 p. 1214. — „Quotiens illud a".

„ 20. „ — 13335 (8681) Parthenonem S. Alexandri Parmensem tuendum suscipit eiusque bona ac iura confirmat, petente Willa abbatissa. Affò St. di Parma II. 384. — „Cum pro omnibus".

„ 20. „ — 13336 Monasterii Latiniacensis protectionem suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Ioscelino abbate. Copia a. 1525 in tabulario nat. Paris. L. 231. n. 27. (Cartul. de Lagny ms. lat. 9902. s. XVI. f. 1 in bibl. nat. Paris). — „Quotiens illud a".

(„) („) — 13337 (Ioscelino) abbati Latiniacensi mandat, ut inter M. militem de Villa-meri et Adam olim vicecomitissam et moniales de Colonantiis, super furno quodam litigantes, iudicet. Loewenfeld Epistolae p. 173. — „Causam, que inter".

1179. *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont a. 20. — 20. Sept. — 21, 1178. — 25. Mart. — 1179.)*

Mart. 20. Laterani — 13338 Monasterii S. Petri Usercensis patrociuium suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Bernardo abbate. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12747. f. 409. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 20. „ — 13339 *Monasterii S. Petri Ariensis patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia confirmat. Inventaire des arch. de Lille p. 56.

„ 24. „ — 13340 Monasterii S. Mariae de Bonacumba tutelam suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Hugone abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Doat. t. 138. f. 148. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 24. „ — 13341 Ecclesiae S. Ursicini protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Hugone praeposito. Trouillat Mon. de Bâle I. 365. — „Offici nostri nos".

„ 26. „ — 13342 (8682) Monasterium S. Georgii in nigra silva tuendum suscipit, eiusque possessiones ac iura confirmat, petente Manegoldo abbate. Neugart C. D. Al. II. 105, Schoepflin Als. dipl. I. 266, Wirtemb. Urkundenb. II. 198, Migne 200 p. 1216. — „Ex commisso nobis".

„ 26. „ — 13343 (8683) Monasterii S. Savini Placentini tutelam suscipit, possessionesque et privilegia corroborat, petente Guidone abbate. Pflugk-Harttung Acta III. 269, (Campi Hist. di Piac. II. 44). — „Pie postulatio voluntatis".

„ 28. „ — 13344 Monasterii Calesiensis tutelam suscipit ac disciplinam, possessiones, privilegia confirmat. Pilot Cartul. de Chalais p. 49. — „Cogit nos apostolicae".

„ 29. „ — 13345 Monasterium S. Mariae Coronatense tuendum suscipit, bonaque eius et privilegia confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 676. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 29. „ — 13346 (8684) Monasterii Formbacensis patrocinium suscipit, eiusque bona et iura confirmat, petente Heinrico abbate. Pez Thes. anecd. VI. 1. 404, Mon. Boic. IV. 136, Urkundenb. des Landes ob der Enns II. 356. — „Officii nostri nos".

„ 29. „ — 13347 (8685) Monasterium S. Michaelis Tornodorense tuendum suscipit, et eius bona iuraque confirmat, petente Stephano abbate. Gall. Chr. IV. Instr. 189, Quantin Cart. gén. de l'Yonne II. 304, Migne 200 p. 1219. — „. . . Ea propter dilecti".

„ 29. „ — 13348 (8686) Monasterium S. Mariae Morimundense tuendum suscipit et eius privilegia auget, bulla ad Iacobum abbatem. Ughelli It. sacr. IV. 147, Pflugk-Hartung Iter p. 286. — „Religiosam vitam".

„ 29. „ — 13349 (8687) Monasterii Zwettlensis patrocinium suscipit ac disciplinam, possessiones, privilegia confirmat, petente Ruedegero abbate. Fontes Rer. Austr. II. III. 60, (Linck Annal. Austrio-Claravallenses I. 204). — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 30. „ — 13350 (8688) Monasterii S. Petri (in nigra silva) tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Bertolfo priore. Neugart Ep. Cor '. I. II. 587, (Dümgé Reg. Bad. p. 56). — „Apostolicae sedis auctoritate".

„ 30. „ — 13351 (8689) Ecclesiam Imolensem tuendam suscipit, privilegiaque eius confirmat, petente Henrico episcopo. Manzoni Ep. Cornel. hist. p. 111, Ughelli It. sacr. II. 630, Series episc. Forocornel. II. 55. — „In eminenti".

„ 30. „ — 13352 (8690) Parthenonis Quedlinburgensis protectionem suscipit, iuraque et possessiones confirmat, petente Adelheida abbatissa. Erath Cod. dipl. Quedl. p. 98. — „Religiosis locis, quae".

„ 31. „ — 13353 (8691) Monasterii Elwangensis tutelam suscipit, iuraque ac possessiones confirmat, petente Adelberto abbate. Wirtemberg Urkundenb. II. 201. — „Pie postulatio voluntatis".

„ 31. „ — 13354 Monasterii S. Laurentii (iuxta fluvium Anso) patrocinium suscipit, possessionesque ac iura confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 676. — „Effectum iusta postulantibus".

Apr. 1. — 13355 Monasterii S. Theofredi tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Guilelmo abbate. Doc. inéd. rel. au Dauph. II. Cart. de St. Chaffre p. 31; Chevalier Cart. du Monastier p. 178, Fragm. in Tablettes hist. du Velay IV. 276, ut mecum communicat comes Riant. — „Quociens a nobis".

„ 2. „ — 13356 (Ingelranno) decano et capitulo Ambianensi bullam dat. Neues Archiv VII. 105. — „Ea quae inter".

„ 3. „ — 13357 Ecclesiam Eichstetensem tuendam suscipit, eiusque bona ac iura confirmat, petente Ottone praeposito. Pflugk-Harttung Acta II. 373; Fragm. in Eichst. Pastoralblatt VII. 195, teste Lefflad Regest. d. Eich. Bisch. p. 33. — „Effectum iusta".

1179. *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 20. — 20. Sept. — 21, 1178. — 25. Mart. — 1179.)*

Apr. 4. Laterani — 13358 (8695) Monasterii Rotensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia, petente Herpordo abbate, confirmat. Pez Thes. anecd. VI. 1. 401. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 4. „ — 13359 Monasterium Ebersbergense tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat, petente Ussengrimo abbate. Pflugk-Harttung Acta II. 375. — „Quotiens a nobis".

„ 5? „ — 13360 Monasterii S. Mariae Cuissiacensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Hugone abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Grenier t. 258. f. 16: „.... non. Apr.", ibid. t. 267. f. 72: „non. Apr." — „Offici nostri nos".

„ 5. „ — 13361 (8696) Monasterii Garstensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia, petente Conrado abbate, confirmat. Froehlich Diplomat. Garst. p. 51, Urkundenb. des Landes ob der Enns I. 126. et II. 359, Migne 200 p. 1221. — „Desiderium, quod ad".

„ 5. „ — 13362 *Audomarensibus sub excommunicationis poena praecipit, ut „paludem et piscariam" fratribus S. Bertini Sithiensibus ablatam reddant. Vide Iohannis Longi chron. S. Bertini in MG. SS. XXV. 813.

„ 5. „ — 13363 *Monachis S. Bertini Sithiensibus de decima a curatis Burburgensis persolvenda privilegium dat. Vide Iohannis Longi chron. S. Bertini in MG. SS. XXV. 813.

„ 6. „ — 13364 Fratribus S. Bertini Sithiensibus asserit ecclesiam, „in nova terra paludis de Burbure" sitam. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 82. f. 6. (Vide Ioh. Longi chron S. Bertini in MG. SS. XXV. 813). — „Iustis petentium desideriis".

„ 6. „ — 13365 (8697) *Monasterii Sinsheimensis protectionem suscipit, privilegiaque confirmat, petente Henrico abbate. Chron. Sinsheim. ap. Mone Quellensammlung I. 207.

„ 6. „ — 13366 Monasterii SS. Petri et Pauli Wissenburgensis, petente Gundelaho abbate, tutelam suscipit, possessiones et privilegia confirmat, „libertatem et praerogativam a b. m. Innocentio et aliis praedecessoribus Rom. pontificibus, atque regibus sive imperatoribus, Dagoberto loci fundatore, Pippino, Karolo, Ludwico, Arnulfo, Cunrado, tribus Ottonibus, quatuor Heinricis ecclesiae collatam, scilicet ut ei eiusque successoribus sit potestas baptizandi", permanere iubet. (Aut falsa bulla aut interpolata). Zeuss Traditiones Wizenburgenses p. 321, Rheinwald L'abbaye de Wissembourg p. 435. — „Divinae miseratio potestatis".

„ 6. „ — 13367 Monasterii S. Vitoni Virdunensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Richero abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 82. f. 188. — „Monet nos apostolicae".

„ 6. „ — 13368 Monasterii SS. Sergii et Bacchi Andegavensis tutelam suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Angerio abbate. In bibl. nat. Paris ms. lat. 13819. f. 272. — „Quotiens illud a".

„ 6. „ — 13369 (Willelmo) archiepiscopo Remensi, presbytero cardinali (tit. S. Sabinae), apostolicae sedis legato, eiusque suffraganeis aliisque viris ecclesiasticis mandat, ne a fratribus Montis-dei et Vallis S. Petri vel ab aliis ordinis Cartusiensis (!) monachis decimas de laboribus vel de nutrimentis animalium exigi patiantur. Copia s. XIV. (?) in tabul. nat. Paris. L. 231. n. 65. — „Audivimus et audientes".

„ 7. „ — 13370 (8698) Monasterium S. Nazarii Laureshamense tuendum suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat, petente Sigehardo abbate. Chron. Laresh. in MG. SS. XXI. 452, (Migne 200 p. 1223). — „Quotiens illud a".

„ 8. „ — 13371 (8699) Monasterii Trenorciensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia, petente Gerardo abbate, confirmat. Iuenin Nouv. hist. de Tournus Pr. p. 174, Migne 200 p. 1225. — „Commissae nobis sedis".

„ 8. „ — 13372 Monasterii S. Taurini, in episcopatu Ambianensi siti, tutelam suscipit, et possessiones, petente Roberto priore confirmat. (Bulla male descripta). Coët Hist de la ville de Roye I. 556; Apogr. saec. XVII. in bibl. nat. Paris. Titres de Cluni in Coll. de Bourgogne, ut nobiscum communicavit Delisle. — „Ad hoc universalis".

„ 9. „ — 13373 (8700) Ecclesiae S. Ferucii Blidinstadensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Adalberone abbate. (Fragmenta). Bodmann Rheing. Alterth. p. 75.

„ 9. „ — „Religiosam vitam eligentibus".

13374 (8701) Ricardo, archiepiscopo Cantuariensi, apostolicae sedis legato, R(ogerum) abbatem S. Augustini a sese dedicatum nunciat „salvo iure et dignitate eius et

1179. *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 20. — 20. Sept. — 21, 1178. — 25. Mart. — 1179.)*

successorum". Gervasii chronica 1179 ap. Twysden H. A. SS. I. 1446, ed. Stubbs I. 278, Migne 200 p. 1228. — „Cum dilectus filius".

Apr. 9. Laterani 13375 (Amalrico) Hierosolymitano et (Aimerico) Antiocheno patriarchis, archiepiscopis, episcopis et universo clero transmarino scribit: „devotionem et reverentiam et sedulitatem obsequiorum, quae sibi olim Ianuensis ecclesia et tota civitas in exordio scismatis, omni mundano timore postposito, sibi in propria persona et suis nunciis exhibuerit, attendentem", se „ad exemplar Innocentii II. (vide supra n. 7613) ecclesiam Ianuensem metropolitana decorasse dignitate"; praeterea „legationem concessisse (Hugoni) eiusdem civitatis archiepiscopo transmarinam, ita quidem ut singulis octeniis cum episcopo vel cardinali Romanae ecclesiae pariter illuc accedere debeat, eandem auctoritatem recepturus, quam episcopus vel cardinalis habuerit, qui a sese vel successoribus suis de corpore ecclesiae ad partes illas fuerit destinatus". Praecipit, ut „archiepiscopum, si cum episcopo vel cardinali, a latere summi pontificis destinato, quandocumque fuerit ad partes illas transmissus, benigne curent et honorifice recipiant, eique humiliter obediant". Hist. Patr. Mon. Lib. iur. gen. I. 307. — „Apostolicae sedis, cui".

„ 9. 13376 Monasterii Aureae-vallis (d. Trevirens.) protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Stephano abbate. (Notae temporis vitiosae.) Goffinet Cartul. d'Orval p. 70. — „Effectum iusta postulantibus".

„ 10. „ 13377 (8708) Ecclesiae Passaviensis tutelam suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Friderico decano. Mon. Boic. XXVIII. II. 122 et XXIX. II. 325, Urkundenb. des Landes ob der Enns II. 362. — „Quotiens a nobis".

„ 11. („) 13378 (8709) Monasterii Wadegozingensis tutelam suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Godefrido abbate. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 622, Hontheim Hist. Tr. I. 606, Beyer M. U. II. 68. — „Religiosam vitam".

„ 12. „ 13379 (8710) Maurimonasterii patrocinium suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Garnerio abbate. Schoepflin Als. Dipl. I. 268, Würdtwein Nov. subs. dipl. X. 79. — „Quotiens a nobis".

„ 12. „ 13380 (8711) Ecclesiae Salzburgensis patrocinium suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Conrado archiepiscopo. Mezger Hist. Salisb. p. 985, Hansizii Germ. sacr. II. 299, Zahn Urkundenb. v. Steiermark I. 565. — „Susceptae administrationis".

„ 12. „ 13381 Monasterii S. Petri Pratellensis tutelam suscipit ac possessiones confirmat, petente Henrico abbate. Cart. de St.-Pierre-de-Préaux s. XIII. et XIV. f. 1 in Archiv. dép. de l'Eure in Evreux. — „Monet nos apostolice".

„ 13. „ 13382 (8712) Ecclesiae Remensis privilegia et possessiones confirmat, petente Willelmo archiepiscopo. tit. S. Sabinae cardinali, apostolicae sedis legato. Varin Archives adm. de Reims I. 1. 381, Duchesne Hist. des card. Français II. 133, Migne 200 p. 1231. — „Cum sis per".

„ 14. „ 13383 (Willelmo) archiepiscopo Remensi, tit. S. Susannae (leg. Sabinae) cardinali, apost. sed. legato, et eius suffraganeis scribit, prospiciant, ut „fratres de Claro-Maresco sicut alii omnes Cisterciensis ordinis de laboribus, quas propriis manibus aut sumptibus excolunt, nemini decimas solvere teneantur". (Pro „XVIII. Maii" leg. „XVIII. kal. Maii".) Henriquez Fasciculus sanctorum ord. Cist. I. 38, (Neues Archiv VII. 105). — „Audivimus et audientes".

„ 15. „ 13384 (8713) Sigehardo, abbati Laureshamensi, eiusque successoribus mitrae usum concedit. Chron. Lauresh. in MG. SS. XXI. 453, (Migne 200 p. 1233). — „Speciali gratia".

„ 15. „ 13385 Monasterii S. Iovini tutelam suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Nicolao abbate. (Pro „XVII. Maii" leg. „XVII. kal. Maii"). In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 82. f. 190. (Société de Statistique du dép. des Deux-Sèvres XVII. II. 38, ubi clausula mendis scatet). — „Piae postulatio voluntatis".

„ 17. „ 13386 (8714) W(illelmo), archiepiscopo Remensi, tit. S. Sabinae cardinali, apostolicae sedis legato, et eius suffraganeis mandat, videant, ne a fratribus Dunensibus vel aliorum monasteriorum Cisterciensis ordinis de novalibus vel de aliis terris, quas propriis manibus vel sumptibus excolunt, vel de nutrimentis animalium decimae quomodolibet extorqueantur. Miraei Opp. dipl. III. 58, Migne 200 p. 1233, (Cron. et cartul. de Dunis p. 262). — „Audivimus et audientes".

1179. *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 20. — 20. Sept. — 21, 1178. — 25. Mart. — 1179.)*

Apr. 18. Laterani 13387 Monasterium S. Christinae Ittenwilarense tuendum suscipit, possessionesque et et privilegia confirmat, petente Raimldo praeposito. (Francogallice tantum reddita est apud) Spach Oeuvres choisies III. 218. — „La force de l'équité" („Aequitatis vigor").

„ 19. 13388 Episcopis, abbatibus et universis ecclesiarum praelatis per Salzburgensem provinciam significat, sese (Conrado) archiepiscopo, apostolicae sedis legato, in provincia eorum et prius in aliis officium legationis commississe. „Verum" inquit „ad apostolicam novissime sedem accedens sua nobis insinuatione monstravit, quod cum vobis tanquam gregi proprio teneatur, in provincia vestra dumtaxat esse volebat officio legationis contentus". Itaque in praescripta provincia officium legationis ei commissum esse. Pflugk-Harttung Acta II. 376. — „Ad omnes ecclesie".

„ 19. 13389 (8715) Monasterii S. Mariae in insula (Galliatae) protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Biviano abbate. Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 87. — „Quotiens a nobis petitur".

„ 19. 13390 Ecclesiae Glasguensis tutelam suscipit, possessionesque ac iura confirmat, petente Iocelino episcopo. Registrum ep. Glasg. I. 42. — „Cum ex iniuncto".

„ 19. 13391 Monasterii S. Salvatoris Septimiani tutelam suscipit, bonaque et privilegia confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 677. — „Pie postulatio voluntatis".

„ 20. 13392 Ecclesiae Dublinensis protectionem suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Laurentio archiepiscopo. Usserius Ep. Hib. syll. p. 81, Liber munerum publ. Hiberniae IV. 53. — „Cum teneamus ex".

„ 22. 13393 (8716) Henrico, patriarchae Gradensi, et D(ominico), episcopo Caprulensi, mandat, videant, ut sententia lata inter priorem ecclesiae S. Salvatoris Venetae et plebanum S. Bartholomaei observetur. Cornelii Ecc. Ven. XIV. 103, Migne 200 p. 1234. — „Cum olim tibi".

„ 22. „ 13394 (8717) Monasterii S. Mariae Romersdorfensis possessiones et privilegia confirmat, petente Engelberto abbate. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 441. — „Piae postulatio voluntatis".

„ 23. „ 13395 Ecclesiae Volaterranae tutelam suscipit ac possessiones confirmat, petente Hugone episcopo. Pflugk-Harttung Acta III. 271, (Leoncini Illustr. sul. cat. di Volt. p. 253 et 306, ubi eadem bulla d. 1. m. Maii data perperam legitur). — „Cum omnibus ecclesiis".

„ 23. „ 13396 (Willelmo) archiepiscopo Remensi, presb. card. tit. S. Sabinae, et (Guidoni) Catalaunensi et (Petro) Tullensi episcopis mandat, ne a fratribus quibusdam decimas extorqueri patiantur. (Epistolae, secundum formulam: „Audivimus et audientes" dictatae, huiusmodi praecepta continere solent). Neues Archiv VII. 104. — „Audivimus et".

„ 23. 13397 (8718) *Monasterii Stirpensis protectionem suscipit possessionesque confirmat, bulla ad Bosonem abbatem. Vide Gall. Christ. II. 622.

„ 24. „ 13398 Ecclesiae S. Iuliani de Sezannia protectionem suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Willelmo priore. (Signa chronologica corrupta.) Coll. Moreau t. 82. f. 8 in bibl. nat. Paris. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 25. 13399 (8719) Petro, episcopo Lunensi, ius benedicendorum abbatum monasterii S. Caprasii Arelensis asserit. Ughelli It. sacr. I. 847. — „Cum universale".

„ 25. 13400 Monasterii S. Arnulfi Metensis possessiones confirmat, petente Burchardo abbate. (Legitur francogallice reddita in) Valladier Basilique p. 117, teste Pflugk-Harttung Acta II. 303 in nota ad calcem n. 340.

„ 25. 13401 Ugonem, dominum Gibeleti, hortatur, ut (Hugoni) archiepiscopo et canonicis Ianuensibus, de feudo, quod ab eorum ecclesia habeat, et censum solvat et fidelitatis iramentum exhibeat. Hist. Patr. Mon., Lib. iur. Gen. I. 308. — „Pervenit ad nos".

„ 26. 13402 (Balduinum) regem Hierosolymorum hortatur, ut et aureas de Ianuensium privilegiis litteras, quas pater eius Amaurus rex ex ecclesia S. Sepulcri amoverit, renovet, et pecuniam Ianuensibus ab eodem rege ablatam restituat. Hist. Patr. Mon. Lib. iur. Gen. I. 309. — „Significarunt nobis".

„ 26. 13402a Magistro et fratribus domus militiae Templi mandat, ut propter domos quasdam, „extra civitatem Archarum in proprio fundo Ianuensis ecclesiae" constructas, cum archiepiscopo et canonicis Ianuensibus transigant. Giornale Ligustico 1883 p. 164. Pflugk-Harttung Acta III. 272. — „Venerabilis frater noster".

1179. *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 20. — 20. Sept. — 21, 1178. — 25. Mart. — 1179.)*

Apr. 28. Laterani 13403 Monasterii S. Iohannis de Vineis Suessionensis patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Hugone abbate. Chartul. S. Ioh. de Vineis ms. lat. 11004. s. XIII. f. 9, (Louen Hist. de St. Iean des Vignes p. 297). — „Piae postulatio voluntatis".

(„) („) 13404 Monasterio S. Iohannis de Vineis Suessionensis ecclesiam Saconiacensem a Dieto presbytero affectatam adiudicat. Loewenfeld Epistolae p. 174. — „Cum procurator".

(„) („) 13405 (Willelmo) archiepiscopo Remensi, presb. card. tit. S. Sabinae, apost. sedis legato, mandat, ut fratres S. Iohannis Suessionensis in possessionem ecclesiae Saconiacensis inducat. Loewenfeld Epistolae p. 174. — „Cum inter abbatem".

„ 28. „ 13406 Parthenonis S. Iohannis de Ulmeto tutelam suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Adelina priorissa. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 39. f. 135. et 139. — „Prudentibus virginibus".

„ 29. In ecclesia S. Mariae altare minus dedicat, ibique quatuor episcopos consecrat „in dominica tertia post octavam paschae". Vide titulum ap. Forcella Iscrizioni II. 433.

„ Laterani 13407 (8720) Monasterii Cremifanensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Udalrico abbate. Rettenpacher Ann. Cremif. p. 166, Orig. Guelf. III. 526, Urkundenb. des Landes ob der Enns II. 364. — „Piae postulatio".

Mai. 1. „ 13408 Monasterii S. Mariae Fusniacensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Anselmo abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 82. f. 196. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 3. „ 13409 (8721) (Christianum), archiepiscopum Moguntinum, rogat, ut (Leonato) abbati Piscariensi in recuperandis monasterii possessionibus, in marchia Anconitana sitis, opituletur. Chron. Casaur. ap. Muratori R. It. SS. II. II. 910, Jaffé Bibl. III. 409, Migne 200 p. 1235. — „Quanto dilectum".

„ 3. „ 13410 Monasterii S. Iohannis baptistae de Choques tutelam suscipit possessionesque confirmat. (Fragmentum.) In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 38. f. 291. — „Quotiens illud a".

„ 4. „ 13411 Monasterii S. Andreae apostoli in Novo-castello patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Ada abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 82. f. 199, (Neues Archiv VII. 105). — „Piae postulatio voluntatis".

„ 4. „ 13412 (8722) Ecclesiam Concordiensem tuendam suscipit et canonicorum bona, leges, privilegia confirmat. Ughelli It. sacr. V. 331. — „Quoniam decorem".

„ 5. „ 13413 (8723) Monasterii S. Quintini Spignensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Rollando abbate. Moriondi Mon. Aqu. I. 74. — „Officii nostri nos".

„ 6. In ecclesia S. Mariae, quae Narcissae appellatur, Henricum episcopum Albanensem consecrat „dominica, qua Vocem iucunditatis canitur post pascha". Chronica de Mailros 1179 ap. Fell. Rer. Angl. SS. p. 174, ed. Stevenson p. 89.

„ 11. Laterani 13414 (Marino) Clugiensi et (Dominico) Caprulano episcopis mandat, compellant Walconii viduam, ut ecclesiae S. Salvatoris de Rivo alto debitam decimam persolvat. Pflugk-Harttung Acta III. 272, cf. Cornelii Eccl. Ven. XIV. 102. — „Proposuit nobis dilectus".

„ 13. „ 13415 Monasterium S. Basoli tuendum suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat, petente Theobaldo abbate. Autogr. in tabul. nat. Paris. L. 231. n. 57 bis. — „Piae postulatio voluntatis".

„ 15. „ 13416 (8724) (Gentili), episcopo Auximano, apostolicae sedis legato, et (Petro) Firmano, (Acceptabili) Camerinensi, (Iacobo) Senogalliensi episcopis mandat, ut monasterio Piscariensi possessiones tempore schismatis invasas restitui iubeant. Chron. Casaur. ap. Muratori R. It. SS. II. II. 910, Migne 200 p. 1236. — „Quanto maiorem".

„ 15. „ 13417 Monasterii S. Petri de Valle protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat. Autogr. in tabul. nat. Paris. L. 231. n. 56. — „Licet universis".

„ 16. „ 13418 Parthenonis SS. Theodorici et Laurentii Avenionensis tutelam suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Iosseranna abbatissa. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12762. f. 277. — „Prudentibus virginibus".

„ 17. „ 13419 Raimundo, abbati monasterii S. Iohannis de Sacramenia, privilegium dat. Ex autogr. penes dom. Audeoud Parisiensem misit Delisle. — „Religiosam vitam eligentibus".

1179. *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 20. — 20. Sept. — 21, 1178. — 25. Mart. — 1179.)*

Mai. 23. Laterani — 13420 (8725) Alphonsi, Portugalensium regis, protectionem suscipit, „et regnum Portugalense cum integritate honoris regni et dignitate, quae ad reges pertinet, nec non et omnia loca, quae de Saracenorum manibus eripuerit, in quibus ius sibi non possint Christiani principes circumpositi vendicare, ei concedit et auctoritate apostolica confirmat; et haec ipsa haeredibus eius ducit concedenda". „Ad indicium autem" inquit „quod praescriptum regnum b. Petri iuris existat, pro amplioris reverentiae argumento statuisti duas marchas auri annis singulis nobis nostrisque successoribus persolvendas; quem itaque censum ad utilitatem nostram successorumque nostrorum Bracarensi archiepiscopo, qui pro tempore fuerit, tu et successores tui curabitis assignare". Sousa Provas t. 7, (Brandão Monarchia Lusitana III. 295, Migne 200 p. 1237). — „Manifestis comprobatum est".

„ 24. „ — 13421 (8726) Monasterii S. Mariae Nienburgensis privilegia confirmat. Beckmann Hist. v. Anhalt I. 443, Heinemann C. D. Anhalt. I. 417, cf. emendationes ibid. V. 406. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 24. „ — 13422 (8727) Monasterii Hagenrodensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia, petente Ottone praeposito, confirmat. Beckmann Hist. v. Anhalt. I. 461. Heinemann C. D. Anhalt. I. 419. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 25. „ — 13423 Monasterii Schafhusensis protectionem suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Noggero abbate. Rueger Chronik v. Schaffhausen p. 267, Wirtemberg. Urkundenb. IV. 371, (Fickler Quellen und Forsch. p. 60; cf. Schweizer. Urkundenregister II. 290). — „Cum teneamur".

„ 25. „ — 13424 Novi monasterii Pictaviensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia, petente Helia abbate, confirmat. Coll. Moreau t. 82. f. 10. (Bullae mentio fit in Gall. Chr. II. in fine p. LXVII. ad col. 1267). — „Ad hoc universalis ecclesiae".

„ 25. „ — 13425 Hugoni primicerio et canonicis S. Stephani Metensibus bullam dat. Neues Archiv VII. 105. — „Ideo licet".

„ 29. „ — 13426 (8728) Ecclesiae SS. Stephani et Willehadi Bremensis patrocinium suscipit et possessiones iuraque confirmat, petente Heinrico praeposito. Lappenberg Hamb. Urk. I. 222, Bremisches Urkundenb. I. 59, Migne 200 p. 1238. — „Cum in sacris".

Iun. 1. „ — 13427 Decretum in concilio (Lateranensi) promulgatum, quo ecclesias et decimas, fratribus hospitalis Hierosolymitani „moderno tempore" a laicis concessas, revocaverat, ita interpretatur, ut quas „a decem annis retro" habuerint, eas confirmet. Prutz Malteser Urk. p. 116. — „Attendentes affectum".

„ 2. „ — 13428 Compositionem inter abbatem S. Bertini et abbatissam Burburgensem, super terminis parochiae Sithiensis a Desiderio episcopo Morinensi factam, approbat. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 81. f. 127. (Vide Ioh. Longi chron. in MG. SS. XXV. 813, ubi bullae mentio fit hisce verbis: „Item aliud ad idem, Dat. Laterani nonas Iunii"). — „Iustis petentium desideriis".

„ 6. „ — 13429 Novi-monasterii Pictaviensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Helia abbate. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 13819. f. 35. (Situe haec bulla eadem ac 13424, et pro „8. id. Iun." legendum „8. kal. Iun."?) — „Ad hoc universalis".

„ 8. „ — 13430 Ecclesiae S. Simeonis Trevirensis patrocinium suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Fulmaro decano. Beyer M. U. II. 72. — „Pie postulatio voluntatis".

„ 9. „ — 13431 Ermengaudo abbati et fratribus S. Aegidii significat, sese alienationes possessionum vel reddituum, a R(aimundo) quondam abbate illicite factas, in irritum revocare. Goiffon Bull. de St. Gilles p. 90. — „Licet universis".

„ 12. „ — 13432 Monasterii S. Gervasii (de Fos) abbatem ex decano S. Aegidii electum confirmat, iubetque eum ab archiepiscopo Arelatensi vice sua benedici, salvo iure Romanae ecclesiae, ad quam monasterium specialiter pertineat. Goiffon Bull. de St. Gilles p. 91. — „Dilectus filius noster".

„ 14. „ — 13433 Monasterii S. Caraunni tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Aucherio abbate. In bibl. nat. Paris. Cart. de de St. Cheron, ms. lat. nouv. acqu. 1409, cuius folia numeris adhuc carent. — „Quotiens a nobis".

„ 14. „ — 13434 (Henrico), patriarchae Gradensi, significat, (Theobaldum), episcopum Eugubiensem, archiepiscopum Iaderensem electum et a sese confirmatum esse. Haec addit: „Quod idem archiepiscopus de manu tua consecrationis munus non accepit, cum ipse pontificali officio praeditus consecratione nequaquam egeret, statuimus, quod nec tibi nec

1179. *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 20. — 20. Sept. — 21, 1178. — 25. Mart. — 1179.)*

ecclesiae tuae in posterum praeiudicium generetur, sed tibi tuisque successoribus Iaderensis archiepiscopi consecratio et confirmatio reservetur". (Textus mendosus). Mon. Hung hist. I. XI. 137. — „Cum defuncto".

Iun. 16. Laterani 13435 Donationem a Raimundo, quondam S. Aegidii abbate, P. Bertrando, eiusdem villae burgensi, in monasterii detrimentum factam revocat. Goiffon Bull. de St. Gilles p. 92. — „Suggestum est auribus".

„ 18. „ 13436 Monasterium Mogglinense tuendum suscipit eiusque possessiones et privilegia, petente Alberone abbate, confirmat. Cod. dipl. maioris Poloniae I. 30. — „Quotiens a nobis petitur".

„ 21. „ 13437 (8729) Monasterii S. Petri Iovillarensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia, petente Raimundo abbate, confirmat. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 712. — „Quotiens illud a".

„ 26. 13438 (8730) Monasterii S. Iohannis Pinnensis possessiones et privilegia confirmat, petente Dodone abbate. Martinez Hist. S. Iuan de la Peña p. 265. — „Iustis petentium desideriis".

„ 27. „ 13439 Ecclesiae S. Salvatoris Ultraiectensis patrocinium suscipit possessionesque ac privilegia confirmat. Van den Bergh Oorkondenboek van Holland I. 1. 100, (Sloet Oorkondenboek I. 351). — „In eo loco sumus".

Mai. Iun. 13440 In (Henricum) episcopum Silvanectensem invehitur, quod mandatum apostolicum de praebenda I(ohanni) poëtae, „olim b. m. O(ddonis) Tusculanensis, nunc vero clerico B(erneredi) episcopi Praenestini", assignanda iterum vilipenderit ac dimidiam praebendam clerico cuidam rogatu L(udovici) Francorum regis assignaverit, et, quod nequius sit, eidem Iohanni „per praefatum regem fecerit interdictum de migrando proponi, si a sua nollet peticione cessare". Praecipit, ut ei Hugonis de Oratorio nuper mortui beneficium assignet. Loewenfeld Epistolae p. 175. — „Quam parum sit".

„ „ 13441 (Willelmum) Remensem archiepiscopum, S. Sabinae cardinalem, apost. sed. legatum, de superiore ad (Henricum) Silvanectensem epistola certiorem reddit mandatque, ut eum a praebendarum donatione suspendat, donec I(ohanni) poëtae beneficium assignatum sit. Praecipit, ut compositionem inter Iohannem et P. de Monte, a P(etro) episcopo Tusculano, tunc tit. S. Grisogoni presb. cardinali factam, observari faciat. Loewenfeld Epistolae p. 176. — „Non sine ammiratione".

„ „ 13442 (Stephano) decano et capitulo Silvanectensi de superioribus ad Willelmum Remensem et Henricum Silvanectensem epistolis scribit. Prohibet, ne quem in canonicum recipiant, donec Iohanni poëtae praebenda integra collata sit. Loewenfeld Epistolae p. 177. — „Per alias litteras".

13443 (Rogerio) abbati Beccensi et R(oberto) decano Rotomagensi negotium dat, investigent, utrum canonicis Baiocensibus an monachis Almetensibus nemus quoddam adiudicandum sit. Loewenfeld Epistolae p. 178. — „Recepimus querelam".

13444 (Rogerium) abbatem Beccensem et R(obertum) decanum Rotomagensem constituit iudices inter G. canonicum Rotomagensem et fratres S. Iohannis de Monteforti, de fundo quodam litigantes. Loewenfeld Epistolae p. 179. — „Querela dilecti".

13445 Petente (Maria) comitissa, H(enrici) Trecensis terram abhinc usque ad eius reditum ex partibus Hierosolymitanis protegendam suscipit. Loewenfeld Epistolae p. 179. — „Licet omnibus".

13446 Severico, archidiacono Norhamtonensi, (postea episcopo Bathoniensi), aere alieno oppresso, indulget ut, si mori cum contingat, redditus eius per annum creditoribus persolvantur. Loewenfeld Epistolae p. 180. — „In his, quae ad".

13447 (Willelmo) archiepiscopo Burdigalensi, B. decano et canonicis S. Severini P. diaconum commendat, quem in praescripta ecclesia canonicum institui cupit. Loewenfeld Epistolae p. 180. — „Viris ecclesiasticis".

Iul. 1. 13448 (Simoni) episcopo Meldensi mandat, ut Her(vei) canonici dimidiam praebendam integrare non differat. Loewenfeld Epistolae p. 181. — „Officio nostro congruit".

„ 1. „ 13449 (Michaelem) decanum et canonicos Meldenses de superiore epistola certiores reddit hortaturque, ut episcopum ad Her(vei) dimidiam praebendam integrandam adducant. Loewenfeld Epistolae p. 181. — „Audito quod".

„ 3. 13450 Monasterii Fallerensis possessiones et iura confirmat, bulla ad Iohannem abbatem. Pflugk-Harttung Iter p. 286. — „Religiosam vitam".

1179. *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 20. — 20. Sept. — 21, 1178. - 25. Mart. — 1179.)*

Iul. 4.	Laterani	13451 Monasterii S. Aegidii libertatem ac privilegia confirmat, petente Ermengaudo abbate. Goiffon Bull. de St. Gilles p. 93. — „Cum omnibus ecclesiis“.
„ 4.	„	13452 W(illelmo) Remensi, S. Sabinae cardinali, ap. sed. legato, et (Rotroco) Rotomagensi archiepiscopis aliisque personis ecclesiasticis in eorum episcopatibus constitutis mandat, ne a Fulcardimontensibus sicut nec ab aliis ordinis Cisterciensis fratribus decimas „de novalibus vel de aliis terris, quas propriis manibus vel sumptibus colant, sive de nutrimentis animalium“ extorqueri patiantur. In bibl. nat. Paris. Cartul. Fulcardimont. ms. lat. nouv. acqu. 248. f. 8d, (Neues Archiv VII. 104). — „Audivimus et audientes“.
	„	13453 (8731) Ecclesiam S. Mariae ad Fine tuendam suscipit, eiusque possessiones confirmat, petente Ugone priore. (Mendosa sunt signa chronologica: „VIIII. kal. Oct., Ind. . . ., inc. a. MCLXXIX., p. a. XX.“). Muratori Ant. It. III. 1177, Migne 200 p. 1241, (Pflugk-Harttung Iter p. 284). — „Apostolici moderaminis“.
„ 13.	Praeneste	13454 Canonicorum ecclesiae Noviomensis possessiones confirmat. Ex chartul. capit. Noviom. p. 48 in Arch. dép. de l'Oise in Beauvais. Misit Delisle. — „Quotiens illud“.
„ 21.	Signiae	13455 Iohanne decano et canonicis Noviomensibus petentibus, confirmat leges „de meliorandis vineis et de denariis provenientibus ex rebus, quae subtrahantur forancis et non residentibus“. Ex chartul. capit. Noviom. p. 54 in Arch. dép. de l'Oise in Beauvais. Misit Delisle. — „Ea, quae pro“.
„ 22.	„	13456 (8732) Ecclesiam S. Salvatoris de Rivoalto Venetam qui die dedicationis, a sese factae, adierint, iis „viginti dies de iniuncta poenitentia remittit“. Cornelii Eccl. Venet. II. 279, Migne 200 p. 1242. — „Apostolicae sedis“.
„ 27.	„	13457 (8733) Lombardo, „quondam archiepiscopo Beneventano“, canonicorum voluntate tribuit: „molendinum in pede suburbii situm; sexaginta saumas puri vini per annum cum vegetibus, in quibus possit reponi; 48 romanatos de paradiso et de altari tantum, quod 24 unciarum auri compleat, toto vitae tempore annuatim habenda; de libris eius et indumentis disponendi potestatem; et domum de Turricella ad habitandum“. De Vita Thes. ant. Benevent. II. 396, Ughelli It. sacr. VIII. 122, Campi Hist. di Piac. II. 364, Migne 200 p. 1242. — „Venientibus ad praesentiam“.
Aug. 2.	„	13458 (8734) Pacem inter fratres militiae templi Hierosolymitani et fratres Hospitalis de terris et pecuniis aliisque rebus conciliatam confirmat. Rymer Foedera I. 44, Migne 200 p. 1243. — „Quanto religio vestra“.
„ 2?	„	13459 Prohibet „sub excommunicationis poena, ne quis in eos, qui ad domos fratrum templi Hierolymitani pro salute sua confugiunt, manus violentas iniiciat“. (Pro „VI. Aug.“ legendum videtur ut in bulla praecedenti „VI. non Aug.“ Verba „pont. anno“ certe additicia sunt). Prutz Malteser Urk. p. 29 not., idem ap. Löher Arch. Zeitschr. VIII. 91 not.
„ 4.	„	13460 (8735) Decano et capitulo Laudunensi concedit, ne quis „communiam Laudunensem, per L(udovicum) Francorum regem dissolutam, renovare vel facere etiam ultra praesumat; neve episcopis liceat sine assensu eorum, vel maioris et sanioris partis capituli, aliquam communiam, vel generalem constitutionem, quae communiam palliato nomine sapiat, ordinare“. Bouquet Rec. XV. 967. — „Pastoralis officii cura“.
„ 10.	„	13461 Ecclesiae Lateranensi possessiones de Lacu cum vineis et quatuor molendinis obligat, petente Iohanne priore. Pflugk-Harttung Acta III. 273. — „Licet ex iniuncta(e)“.
„ 18.	„	13462 (8736) Compositionem factam inter monachos S. Vedasti et comitem Hannoniensem super iuribus villae Hasprensis confirmat. Martene et Dur. Coll. I. 906, Bouquet Rec. XV. 968, Migne 200 p. 1245. — „Relationis vestrae“.
„ 18.	„	13463 Archiepiscopis et episcopis litteras dat. Sic in Neues Archiv VII. 106. — „Cura nos“.
Apr. Sept.		13464 Ecclesiae Tarvanensis tutelam suscipit possessionesque confirmat. (Dat. 1179 p. a. 20. Cetera signa temporis iam legi nequeunt). Duchet et Giry Cart. de Térouane p. 49. — „Ad hoc nos“.
Sept. 7.	„	13465 (8737) Richardi, archiepiscopi Acherontini, iura confirmat, eique pallium tribuit. Ughelli It. sacr. VII. 33, Migne 200 p. 1246. — „In eminentis“.

1179. *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 20. — 20. Sept. — 21, 1178. — 25. Mart. — 1179.)*

Sept. 7. Signiae — 13466 (8738) Monasterii Grimbergensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Egberto abbate. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 611. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 9. „ — 13467 (8739) Decanum et canonicos S. Aniani Aurelianensis hortatur, „ut canonicis S. Evurtii, qui praebendam integram in ecclesia S. Aniani habeant, ibi in festis duplicibus super maiori altari divina celebrare permittant". Humbert Antiqu. de Saint-Aignan d'Orléans Pr. p. 53. — „Significantibus dilectis".

„ 9. „ — 13468 Rogero, abbati S. Evurtii Aurelianensi, asserit domum de Vado Ulmi concessam a M(anasse) episcopo et capitulo Aurelianensi ac conventu Gargogilensi. Ex Chartul. S. Evurtii, ms. lat. 10089. p. 525 et 526 in bibl. nat. Paris. misit Delisle. — „Si quando ab".

„ 10. „ — 13469 (8740) Monasterii S. Mariae Parcensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Philippo abbate. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 312, Miraei Opp. dipl. II. 975. — „Cum simus ad".

„ 11. „ — 13470 Parthenoni Crisenonensi asserit redditus quosdam, a (Guillelmo) episcopo Autissiodorensi concessos. In bibl. nat. Paris. Cartul. Crisenon. s. XIII. ex., ms. lat. 9885. f. 4. — „Dilectis in Christo".

„ 15. „ — 13471 (8741) Ecclesiae Cameracensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Rogero episcopo. Choiseul Mémoire pour M. l'archevêque de Cambrai p. 20. — „Et debitum caritatis".

„ 15. „ — 13472 Parthenonis de Gillegien (Gillengen) protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat. (Pro „Sigium" leg. „Signiae"). Duvivier Recherches p. 617. — „Pie postulatio voluntatis".

„ 18. „ — 13473 (8742) Monasterii Wessenbrunnensis patrocinium suscipit et bona iuraque confirmat, petente Sigibaldo abbate. Mon Boic. VII. 385. — „Religiosam vitam eligentibus".

Oct. 11. — 13474 (8742a) Nobili viro Rainoni de Tusculano castrum Normae et viculum confert, et ab ipso castrum Lariani recipiat. Muratori Ant. It. I. 141, (Pertz Archiv VII. 24).

„ 17. Anagniae — 13475 (8743) Ecclesiae Lausannensis protectionem suscipit, bonaque et iura confirmat. Rogerio episcopo pallii usum concedit. (Signa chronologica sunt corrupta). Schoepflin Hist. Zar. Bad. V. 120, Mém. et doc. de la société de la Suisse Rom. VII. 24, Gall. Chr. XV. Instr. 156, Fontes Rer. Bern I. 461, Migne 200 p. 1247. — „Cogit nos summi".

„ 17. — 13476 Monasterii Humilimontensis patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Martino abbate. (Notae temporis vitiosae). Pflugk-Harttung Acta I. 269, (Schweizer. Urkundenregister II. 294). — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 18. „ — 13477 (8744) Monasterii S. Crucis Bosonis-villensis protectionem suscipit, possessionesque ac iura confirmat, petente Gualterio abbate. Calmet Hist. de Lorr. II. Pr. p. 386, Migne 200 p. 1248. — „Quoties illud a".

„ 19. „ — 13478 Ecclesiae S. Iohannis de burgo Laudunensi protectionem suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Harduino decano. In bibl. nat. Paris. Coll. Grenier t. 258. f. 27. — „Quotiens illud a".

„ 19. — 13479 (8745) Monasterii SS. Iacobi et Wiperti Quedlinburgensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Brunone praeposito. Erath Cod. dipl. Quedl. p. 99, (Hugo O. P. A. II. Pr. p. 727). — „Quoties a nobis petitur".

„ 22. „ — 13480 (8746) Monasterii Parisiensis (in Alsatia) prosectionem suscipit bonaque et privilegia confirmat, petente Conrado abbate. Neues Archiv II. 213. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 24. „ — 13481 (8747) Ecclesiam Asculanam, petentibus canonicis, tuendam suscipit et bona eius confirmat. Ughelli It. sacr. I. 455, Andreantonelli Hist. Ascul. p. 259, Migne 200 p. 1251. — „Quoties illud a".

„ 25. „ — 13482 (Evrardo) archiepiscopo Vesontionensi et (Ludovico) episcopo Basileensi et abbatibus, praepositis, archipresbyteris, archidiaconis, presbyteris in eorum episcopatibus constitutis interdicit, „ne a fratribus Lucellensibus vel a fratribus aliorum monasteriorum Cisterciensis ordinis de novalibus vel de aliis terris, quas propriis manibus vel sumtibus excolunt, vel de nutrimentis animalium decimas extorqueant". Trouillat Mon. de Bâle I. 377. — „Audivimus et audientes".

1179. *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 20. — 20. Sept. — 21, 1178. — 25. Mart. — 1179.)*

Oct. 30. Anagniae
13483 W(illelmo), archiepiscopo Remensi, tit. S. Sabinae cardinali, apost. sedis legato, eiusque suffraganeis et aliis ecclesiarum praelatis mandat, videant, ne a fratribus Boericusibus, sicut nec ab aliis ordinis Cisterciensis monachis, „decimae de novalibus vel de aliis terris, quas propriis manibus vel sumptibus excolunt, sive de nutrimentis pecorum“ extorqueantur. Autograph. (?) in tabul. nat. Paris. L. 231. n. 61. — „Audivimus et audientes“.

13484 (Simoni) episcopo Meldensi iterum praecipit, ut H(ervei) canonici dimidiam praebendam integret; quod nisi fecerit, W(illelmum) archiepiscopum Remensem, tit. S. Sabinae cardinalem, mandatum apostolicum executurum esse scribit. Loewenfeld Epistolae p. 182. — „Cum fraternitati tuae“.

13485 (Michaeli) decano et capitulo Meldensi mandat, curent, ne (Simon) eorum episcopus dimidiam H(ervei) praebendam integrare ulterius recuset. Loewenfeld Epistolae p. 183. — „Maioribus ecclesie“.

Nov. 3. („)
13486 (8748) Monasterii S. Nicolai Clarifontensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 404. — „Piae postulatio voluntatis“.

„ 4. „
13487 Monasterii Altae-cristae protectionem suscipit et possessiones iuraque confirmat, Mem. et Doc. de la Suisse Rom. XII. Cartulaire de Hautcrêt p. 38. — „Religiosam vitam eligentibus“.

„ 5. „
13488 (8749) Parthenonis Reinsburgensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Sophia abbatissa. (Pro: „Angeli“ leg. „Anagniae“). Mieris Charterboek van Holland I. 118, Van den Bergh Oorkondenb. I. 1. 101. — Virginibus sacris“.

„ 6. „
13489 Monasterii S. Petri Mansus-Corbonis (vel Arremarensis) protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Nicolao abbate. In bibl. nat. Paris. Cart. de Montieramey ms. lat. 5432. s. XIV. f. 122 d, ms. lat. 5433. s. XVII. f. 655, (Clausula bullae, quae in cartulariis deest, praebetur in Neues Archiv VII. 106). — „Effectum iusta postulantibus“.

„ 6. „
13490 Monasterio S. Vincentii Vesontionensi bullam dat. Neues Archiv VII. 106. — „Effectum iusta“.

„ 11. „
13491 (8750) Monasterii Lucellensis protectionem suscipit, iuraque ac possessiones, petente Alexandro abbate, confirmat. Trouillat Mon. de Bâle I. 374. — „Religiosam vitam eligentibus“.

„ 11. „
13492 *Suffraganeis ecclesiae Vesontionensis episcopis interdicit, ne decumas a fratribus Lucellensibus extorqueant. Trouillat Mon. de Bâle I. 377. not. 3.

„ 13. „
13493 (8751) Monasterii S. Pauli Virdunensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Arnulpho abbate. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 332. — „Religiosam vitam eligentibus“.

„ 13. „
13494 (8752) Monasterii Septem-fontium (dioec. Lingonensis) protectionem suscipit, et possessiones iuraque confirmat. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 491. — „Religiosam vitam eligentibus“.

„ 22. „
13495 (8753) Monasterii S. Mariae Magdalenae Rengisvallis protectionem suscipit, et privilegia confirmat, petente Simone abbate. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 424. — „Religiosam vitam eligentibus“.

„ 23. „
13496 (8754) Monasterii S. Apri Tullensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat. Calmet Hist. de Lorr. II. Pr. p. 383, Migne 200 p. 1252. — „Effectum iusta postulantibus“.

„ 24. „
13497 T(heobaldum), archiepiscopum Iadertinum, apud Fossam-novam morbo afflictum esse dolet. Scribit, mirari se, quod clerus et populus eius, „intellecto verbo de obedientia Gradensi patriarchae promittenda, turbati et moti sint ultra modum, cum adquiescant, ut ab ipso consecrationem accipiat et ad eius concilium accedat“. Praecipit, ut infra tres menses, postquam Iaderam intraverit, memorato patriarchae, tamquam primati, obedientiam impendat, clerumque et populum ad id compellat. Mon. Hung. hist. I. XI. 135. — „Ex fraternitatis tuae“.

Dec. 6. Velletri
13498 Clero et populo Piranensi duas praebendas restituit, quas (Bernardus) episcopus Iustinopolitanus archidiacono et capellano suo, invitis illis, contulerat. (Pro „8. Ind. Dec.“ pone „8. id. Dec.“). Cod. dipl. Istriano ad a. 1255, ubi perperam epistola Alexandro IV. tribuitur. — „Audita querela“.

1179. *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 20. — 20. Sept. — 21, 1178. — 25. Mart. — 1179.)*

Dec. 8. Velletri — 13499 (8755) Monasterii Regiae-vallis protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Waltero abbate. (Pro „Vellite" leg. „Velletri"). Hugo O. P. A. II. Pr. p. 409. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 14. — 13500 Canonicis Salzburgensibus adiudicatam ab archiepiscopo ecclesiam S. Martini confirmat. Neues Archiv VII. 106. — „Ea quę iudicio".

„ 18. — 13501 (8756) Monachis S. Germani Parisiensibus concedit, „ut si Senonensis archiepiscopus numerum personarum et equitaturarum a sese praefixum in procuratione, quam ab iis requirat, excedere forte voluerit, liberum sit iis, quod petatur, denegare". Bouillart Hist. de St. Germain des Prez Pr. p. 47. — „Si quando postulatur".

„ 20. — 13502 Archiepiscopis, episcopis, abbatibus et universis ecclesiarum praelatis mandat, curent, ut presbyteri eorum fratres hospitalis Hierosolymitani „in ecclesiis ad opus pauperum praedicare et eleemosynas quaerere" patiantur. Autogr. in tabul. nat. Paris. L. 230. n. 2. — „Querelam gravem".

13503 (8757) B(artholomaeum), archiepiscopum Turonensem, apostolicae sedis legatum, reprehendit, quod nec statuto tempore ad sese venerit, nec concilio interfuerit. Praecipit, ut „aut usque ad proximam dominicam, qua cantatur: Lactare Ierusalem (30. Mart. 1180), vel ad plus quando cantatur: Ego sum pastor bonus" (4. Maii 1180) accedat, cum (Rolando) electo Dolensi acturus. Martene Thes. III. 904, Morice Mém. de Bret. I. 674, Bouquet Rec. XV. 969, Migne 200 p. 1255. — „Sicut felicis".

13504 (8758) (Willelmo), archiepiscopo Remensi, mandat, ut „ad Laudunensem et Tornacensem ecclesias accedens, ad opus magistri, qui scholas regat, aliquod restituat beneficium, quod ad illud opus deputatum fuerit antiquitus, aut aliud faciat de novo deputari, ut competentibus stipendiis doctori provisis, pauperes, qui parentum opibus non iuventur, per misericordiam ecclesiae doctrinam sibi lactentur adesse, ut divites, qui ecclesiasticis possint utilitatibus deservire, ab ecclesia pro studio litterarum longe fieri non cogantur". (Epistolam hanc non ita multo post concilium Lateranense scriptam esse, ex ipsius verbis patet). Comp. II. L. 5. t. 3. c. 1, Mansi XXI. 1100. — „Pervenit ad nos, quod".

13505 (8759) Parthenonis Colonantini possessiones confirmat. (Fragmentum). Du Plessis Hist. de Meaux II. 65.

13506 Ecclesiae S. Laurentii de Roseto protectionem suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Odone decano. In bibl. nat. Paris. Coll. Grenier t. 258. f. 26 et t. 267. f. 218.

13507 (Simonem) episcopum et canonicos Meldenses tertio hortatur, ut H(ervei) canonici dimidiam praebendam integrent nullumque, donec factum sit, in canonicorum numerum recipiant. (Aut exeunte a. 1179 aut ineunte 1180 epistola data est). Loewenfeld Epistolae p. 184. — „Rediens ad nos".

13508 *Qui in monasterio Cheminonensi sese receperint, eis dona et legata in favorem monasterii accipere permittit. Barthélemy Rec. des chartes de Cheminon p. 56.

c. 1179.

13509 (8760) Francorum regem hortatur, ut Dolensis et Turonensis ecclesiarum controversiam componat; „si autem" inquit „compositio fieri nequiverit, patienter et benigne sustineas, ut Dolensis ecclesia contra Turonensem ordine iudiciario valeat experiri". Martene Thes. III. 906, Morice Mém. de Bret. I. 673, Bouquet Rec. XV. 969, Migne 200 p. 1256. — „Regiae magnitudini".

13510 (8761) B(ernardo) electo Parmensi mandat, iudicet inter I. Regin. archidiaconum et nobilem virum G. de Baisio. Comp. I. L. 2. t. 18. c. 10, Decr. Greg. L. II. t. 26. c. 7. — „Causam, quae inter".

1159—1180.

Oct. 22. — 13511 *Monasterii Longipontis possessiones, „ab aliis ecclesiis sub annuo censu detentas", confirmat. Compendiosum abbatiae Longi-pont. chron. p. 54.

Nov. — 13512 Canonicis Pisanis. („Dat. . . kal. Dec."). Sic ap. Pflugk-Harttung Iter p. 289. — „Quam celebre" („Quam celebris").

1170—1180.

Aug. 13513 (Desiderio) episcopo Morinensi mandat, ut controversiam inter monasterium Camberonense et praepositum S. Audomari super decimis quibusdam determinet. (Cf. infra ep. 13522.) Fragm. in Lewaitte Histor. Camberon. II. 98, teste Wauters Table chron. II. 608.

Oct. 19. Tusculani 13514 B. decano et canonicis ecclesiae S. Mariae Magdalenae Virdunensis indulget, ut corpora eorum, qui „in extrema voluntate apud eos sepeliri deliberaverint, nisi sint excommunicati vel interdicti", recipiant. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 69. f. 220. — „Iustis petentium desideriis".

„ 20. 13515 Controversiam inter parthenonem S. Mariae Theodotae Papiensem et h. m. R. archipresbyterum de burgo S. Domnini super ecclesia S. Mariae ipsius burgi ab Eugenio III. sopitam confirmat. Pflugk-Harttung Acta III. 274. — „Relatum est nobis".

„ 20. 13516 Archiepiscopo Nazareno, et episcopis Bethleemensi, Acconensi, Liddensi scribit de monasterio Palmariae monachis Cluniacensibus committendo. Ex cop. saec. XII. ms. lat. 12665, (Monasticon bened. VIII.) f. 81 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Quam nobilis".

„ 28. „ 13517 (8762) Monasterio S. Georgii Veneto ecclesiam SS. Martyrum asserit. Ughelli It. sacr. V. 1205, Mainati Chroniche di Trieste I. 132. — „Iustis petentium desideriis".

„ 29. 13518 Archiepiscopo Coloniensi eiusque suffraganeis mandat, ut monasterium Villariense a malefactorbus defendant, damnaque ei illata resarciri faciant. Wauters L'anc. abb. de Villers p. 23. — „Dilecti filii nostri".

Nov. 2. 13519 Alberto, tituli S. Laurentii in Lucina, et Teoderico (leg. Theodino) tituli S. Vitalis, presbyteris cardinalibus, apostolicae sedis legatis, mandat, iudicent inter canonicos S. Hilarii Pictavienses et monachos Burgulienses de curte Vosalia litigantes. Mém. de la soc. des antiqu. de l'ouest, Année 1847 p. 188. — „Dilectorum filiorum nostrorum".

„ 2. „ 13520 Canonicis S. Hilarii Pictaviensibus interdicit, ne quis eorum „occasione alicuius controversiae, quam adversus alium habeat, praescriptae ecclesiae debitum obsequium subtrahat aut quomodolibet impedire praesumat". Mém. de la soc. des antiqu. de l'ouest, Année 1847 p. 187. — „Prave consuetudines".

„ 3. „ 13521 Abbati Cluniacensi de corrigendis monachis scribit. Ex chartul. Cluniac., cod. 67 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. (Epist. Innocentii III. ed. Baluzius II. 851, ap. Migne 215 p. 1339). — „Relatum est auribus".

„ 7. 13522 Compositionem inter fratres Camberonenses et praepositum S. Audomari super decimis quibusdam factam a (Desiderio) episcopo Morinensi confirmat. De Smet Cart. de l'abb. de Cambron I. 11. — „Relatum est auribus".

„ 8. 13523 Monasterio Bohoriensi adiudicatam ab episcopo Silvanectensi et cantore Remensi possessionem quandam confirmat. Autogr. in bibl. nat. Paris. ms. lat. 17141. — „Iustis petentium desideriis".

„ 12. „ 13524 (8763) Priori Dominici Sepulcri Hierosolymitani et eius successoribus concedit, ut „post archiepiscopos et episcopos inter abbates et priores Hierosolymitani patriarchatus primum locum in conventibus et officiis ecclesiae teneant". Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 270, Migne 200 p. 1257. — „Singulorum dignitates".

„ 13. „ 13525 (8764) Abbatibus Templi Domini, de Monte Sion, de Valle Iosaphat et priori Montis Oliveti praecipit, ut „in praecipuis solempnitatibus ecclesiarum, si forte Hierosolymitanus patriarcha absens sit vel infirmus, aut si ecclesia Hierosolymitana vacaverit, priorem eiusdem ecclesiae cum fratribus ad sollempnem processionem recipiant, et in ecclesiis sollempnem missam vice patriarchae eos (cantare) permittant". Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 269, Migne 200 p. 1257. — „Quantum universis ecclesiasticis".

„ 15. „ 13526 Canonicis S. Gengulfi Tullensis asserit decimas quartariorum de praedio S. Aniani, a R(iquino) quondam episcopo concessas. In tabul. nat. Paris. Cartul. de St. Gengoul s. XIV. LL. 986. f. 26. — „Iustis petentium desideriis".

„ 17. „ 13527 Decano et cantori ecclesiae Remensis litteras dat. Neues Archiv VII. 100. — „Querelam canonicorum".

„ 19. „ 13528 Abbati Geroldoniae et priori de Kynelword mandat, ne moniales Langelcienses sinant a canonicis Bredonensibus vexari de decumis quibusdam. Monast. Anglic. nov. edit. IV. 221. — „Ex transmissa conquestione".

1170—1180.

Nov. 20. Tusculani 13529 (Desiderio) episcopo Morinensi mandat, ne a canonicis de Claromaresco decimas exigi patiatur. Mém. de la soc. de la Morinie XI. 345. — „Non ignorat, sicut."

„ 25. „ 13530 Monachis Fusniacensibus possessiones quasdam asserit. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 70. f. 231. — „Iustis petentium desideriis".

„ 25. „ 13531 Canonicis S. Germani Autissiodorensis indulget, ut confirmationis litterae, a canonicis S. Oportunae ante controversiam terminatam a sese impetratae, nullum vigorem habeant. In tabul. nat. Paris. Cartul. de St. Germain l'Auxerrois s. XIII. LL. 489. f. 31. — „Sicut meminisse videmur".

„ 27. „ 13532 Clero populoque Verulano interdicit, ne quis nisi ab ecclesia Romana defensionem requirat nec possessiones aliis personis quam concivibus vendat, donet vel obliget. Butonem quondam eorum concivem adiuvari vetat, „qui" inquit „egressus de terra ad civitatem Antenę se transtulit, ut facilius nos et terram nostram possit nocere". Qui fecerint, eos „banno decem librarum" punitum iri scribit. Pflugk-Harttung Acta III. 274. — „Cum terra vestra".

Dec. 2. „ 13533 Petrum iudicem Caralitanum hortatur, curet ut possessiones et servi, quos fideles eius ecclesiae S. Laurentii Ianuensi abstulerint, restituantur. Hist. Patr. Mon., Cod. dipl. Sard. I. 225. — „Periculosum est universis".

„ 4. „ 13534 Capitulo Corbeiensi (dioec. Ambian.) concedit, ne abbas „contra aliquem fratrem armis insurgere vel eum a loco suo violenter expellere praesumat, quamdiu idem frater paratus sit in praesentia capituli coram praelato suo cum humilitate regularem subire disciplinam". Ms. lat. 17768 fol. 105 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle; Coll. Grenier 53. f. 95 in eadem bibliotheca. — „Quoticns a nobis".

„ 8. „ 13535 Petentibus fratribus S. Augustini Cantuariensis ecclesiam de Tanet et ecclesiam de Middleton usibus sacristiae monasterii asserit. Monast. Angl. nov. ed. I. 138. — „Ea, quae in ecclesiis".

„ 19. „ 13536 Capituli Ambianensis constitutionem super praebendarum distributione, assentiente (Theobaldo) episcopo, factam comprobat. Pflugk-Harttung Acta I. 248. — „Ex litteris vestris".

„ 23. „ 13537 Inter R(ainerium), abbatem S. Benedicti super Padum, et Mazonem, archipresbyterum S. Laurentii de Pigognaio, compositionem ab I. archidiacono Regino et A. causidico Mantuano factam confirmat. Pflugk-Harttung Acta III. 275. — „Ea que concordia vel".

„ 24. „ 13538 Monasterium Maricolense tuendum suscipit, bulla ad R(adulfum) abbatem. Ghesquieri Acta SS. Belgii IV. 143: „nono kal. Ian.": sed in bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 69. fol. 221: „IIII. kal. Ian.". — „Pastorali sollicitudine inducimur".

„ 30. „ 13539 Decano et capitulo S. Laurentii de Roseto interdicit, ne praebendas vacaturas foraneis conferant, „donec duodecim vel decem ad minus instituantur, qui obsequiis ecclesiae assidue debeant interesse". In bibl. nat Paris. Coll. Grenier 267. f. 218. — „Ex litteris vestris".

14001 (9065) Londinensi et Wigorniensi episcopis mandat, iudicent inter R. canonicum Lincolniensem et W. Salvagium, censum duorum byzantiorum annuum per biennium solvere recusantem. App. conc. Lat. XVII. 5, Coll. Lips. XVII. 7, Coll. Cass. XXVIII. 9, Coll. Bamb. XIX. 7, Comp. I. L. 2. t. 17. c. 7, Decr. Greg. L. II. t. 24. c. 10. — „Querelam R."

14002 (9066) Londinensi et Wigorniensi episcopis mandat de disceptanda causa R. et F., „H(enrico) regi Anglorum possessionum iudicium relinquens". App. conc. Lat. XXXIII. 4, Comp. I. L. 4. t. 18. c. 7, Decr. Greg. L. IV. t. 17. c. 7. — „Causam, quae inter".

14003 (9067) Priori et fratribus S. Trinitatis Londinensis (al. Lundon., al. Lòrido) concedit, „ut liceat iis in causis ecclesiae suae testimonium ferre". App. conc. VIII. 18,

1159—1181.

Coll. Lips. XLIII. 18, Coll. Cass. XLVIII. 14, Coll. Bamb. XXXIX. 15, Comp. I. L. 2. t. 13. c. 21, Decr. Greg. L. II. t. 20. c. 16. — „Insuper etiam auctoritate".

14004 (9068) Abbati et fratribus de Lorengio (al. Dolon.) suadet, ut cum abbate et fratribus de Ursitum (al. Nisyon) „super decimis, unde inter eos sit controversia, pacifice conveniant". App. conc. Lat. XIII. 4, Coll. Lips. XXIII. 9, Coll. Cass. XXXV. 5, Coll. Bamb. XXV. 5, Comp. I. L. 3. t. 26. c. 9, Decr. Greg. L. III. t. 30. c. 9. — „Suggestum est nobis".

14005 (9069. 9070) Episcopo Lucensi respondet: 1) de vidua, quae cum „velamen sumpsisset, postmodum anno elapso, cuidam nobili nupserit"; 2) diaconum, qui homicidio causam dedisse videatur, non esse ad sacerdotium promovendum; 3) „propinquos illius, quem pro manifestis excessibus, videlicet homicidio, incendio, violenta manuum iniectione in clericos, violatione ecclesiarum et incestu, vinculo excommunicationis astrinxerit, monendos esse, ut satisfactionem exhibeant; quod si fecerint, illum in coemeterio posse sepeliri". App. conc. Lat. XLIV. 4, L. 52, Coll. Lips. VIII. 3, LIX. 50, Coll. Cass. XX. 3, LVIII. 34, Coll. Bamb. VIII. 3, LI. 33, Comp. I. L. 4. t. 6. c. 7, L. 5. t. 10. c. 12, L. 5. t. 14. c. 7, Decr. Greg. L. IV. t. 6. c. 4, L. V. t. 12. c. 11, Aguirre Conc. V. 96. — „Sane consuluit" „Consuluit nos tua" „Consuluit nos dilectio" „De cetero noveris" „De secunda vero".

14006 (9071) Episcopo Lucensi scribit de poenitentia clerici, qui „in quodam conflictu asserat se fuisse". App. conc. Lat. XXVI. 11, Coll. Lips. XI. 11, Coll. Cass. XXI. 16, Comp. I. L. 5. t. 21. c. 3, Decr. Greg. L. V. t. 25. c. 3. — „Praesentium lator iu".

14007 (9072) Archiepiscopo Lugdunensi (al. Lundensi) significat, se archiepiscopo Senonensi, apostolicae sedis legato, et episcopo Parisiensi mandasse, ut quendam ad restituendam pecuniam ei ablatam cogerent. App. conc. Lat. L. 35, Coll. Lips. LIII. 1, Coll. Cass. LIII. 24, Coll. Bamb. XLVI. 1, Comp. I. L. 3. t. 14. c. 2, Decr. Greg. L. III. t. 16. c. 1. — „Gravis illa et".

14008 (9073) Archiepiscopo Lundon. (Lundensi) dissuadet consilium episcopatus abdicandi. App. conc. Lat. XXXII. 5, Coll. Cass. XL. 3, Coll. Bamb. XXX. 3, Comp. I. L. 1. t. 5. c. 2, Decr. Greg. L. I. t. 9. c. 1. — „Litteras tuas nuper".

14009 Abbati et conventui Maioris-monasterii scribit, sese sententiam ab abbate Lecestriae et, quem sibi socium in causae cognitionem adiunxit, ab abbate Lilliseiae latam confirmare. Coll. Cantabr. in Cod. coll. S. Trinit. Cantabr. R. 9. 17. saec. XII. f. 87b. — „Quoniam abbas".

14010 (9075) Abbati et fratribus monasterii S. Michaelis Marturensis significat, de eorum cum plebano et clericis S. Mariae controversia quid archipresbytero Volaterrano et abbati de Spongia (Spognia) mandaverit. Addit, Iulium episcopum Florentinum „sibi intimasse, quaedam capitula privilegio iis nuper indulto esse inserta, quae obvia rationi videantur"; itaque remitti bullam iubet. App. conc. Lat. VIII. 15, Coll. Lips. XLIII. 15, Coll. Cass. XLVIII. 12, Coll. Bamb. XXXIX. 12, Comp. I. L. 2. t. 13. c. 19, Decr. Greg. L. II. t. 20. c. 19. — „Causam, quae vertitur".

14011 Canonicos Maturenses redarguit, quod populum certis diebus festis in monasterio S. Michaelis, iuris S. Petri, convenire aut ibi sepulturam eligere sub excommunicationis interminatione prohibeant; fratrum iura libertatesque conservari iubet. Pflugk-Harttung Acta III. 281. — „Quanto vos (h)umiliori".

14012 (9077. 9253) Episcopo Massiliensi respondet: 1) de „hominibus parochiae unius ecclesiae, qui terras in alia parochia excolunt"; 2) „adversus ecclesias minorem praescriptionem quam 40 annorum a Romana ecclesia non admitti". Comp. II. L. 2. t. 17. c. 1, L. 3. t. 17. c. 3, Decr. Greg. L. III. t. 30. c. 18, L. II. t. 26. c. 8. — „Cum sint homines" „Illud autem te".

14013 (9078) Decano et capitulo Maurianensi (al. Morinensi) praecipit, ut „si contigerit eorum episcopum ante solutionem debitorum, quae pro utilitate ecclesiae contraxerit, ex hac luce migrare, de redditibus, qui spectent ad mensam eius, eadem debita solvant". App. conc. Lat. XXIX. 9, Comp. I. L. 3. t. 19. c. 1, Decr. Greg. L. III. t. 23. c. 1. — „Ad hoc iu".

14014 (9079) Episcopo Mauritiano (an Maurianensi?) respondet, „meliorem esse conditionem possidentis, quam quadragenalem praescriptionem". Coll. Lips. XLVI. 6,

1159—1181.

Coll. Cass. L. 6, Coll. Bamb. XLI. 6, Comp. I. L. 2. t. 18. c. 9, Decr. Greg. L. II. t. 26. c. 6. — „Ad aures nostras, te".

14015 (9080) Archiepiscopo Mediolanensi mandat, ne decimas quasdam adimi episcopo Vercellensi patiatur. Coll. Lips. XXII. 5, Comp. I. L. 3. t. 26. c. 1. — „Querela venerabilis".

14016 (9081) Ecclesiam Meldensem tuendam suscipit, et canonicorum possessiones confirmat. (Fragmentum). Du Plessis Hist. de Meaux II. 66. — „Cum nobis sit".

14017 (9082) Episcopo Meldensi significat, priorissam et conventum de Colonantia quaesiisse, num „iuvenis quidam, conversus earum, genitalibus destitutus, in presbyterum posset ordinari". Mandat, cognoscat, utrum „ab hostibus sectus fuerit", an a medicis, an „ipse sibi manum iniecerit"; „priores enim" inquit „admittunt canones, tertium velut homicidam statuunt puniendum. Coll. Luc. ap. Baluzii Misc. III. 374, Mansi XXI. 1102, Comp. I. L. 1. t. 12. c. 2; sed in Coll. Lips. XI. 21, et ap. Loewenfeld Epistolae p. 220, epistola Lucio III. tribuitur. — „Dilectae in Christo".

14018 Ecclesiae S. Nicasii (de Mellento) tutelam suscipit, possessionesque et privilegia, petente Willelmo priore, confirmat. Ex Chartul. S. Nicasii f. 10. in bibl. nat. Paris. ms. lat. 13888. Misit Delisle. — „Religiosam vitam eligentibus".

14019 Fratribus ecclesiae Montis-Aragonis (Iesu Nazareni) significat, se et Iohannis Frontini et B. cuiusdam electionem cassare, mandatque ut alium sibi abbatem eligant. Coll. Lips. XXXI. 16, Comp. I. L. 1. t. 4. c. 22, Decr. Greg. L. I. t. 6. c. 10. — „Consideravimus quod".

14020 Capituli Morinensis altaria quaedam confirmat. Duchet et Giry Cart. de Térouane p. 52. — „Cum omnium iusta".

14021 (9083) Priori et praeposito Mortariensi mandat, iudicent inter coniuges quosdam. Coll. Lips. LIX. 45, Comp. I. L. 4. t. 9. c. 2, Decr. Greg. L. IV. t. 9. c. 2. — „Proposuit nobis mulier".

14022 (9084) Canonicis Mutinensibus respondet, „sobolem ex secundis nuptiis susceptam consortio cognationis prioris viri in quarto gradu coniungi de iure non posse". Comp. I. L. 4. t. 15. c. 1, (Mansi XXI. 1092). — „Dilectus filius noster".

14023 (9085) Abbatem et fratres de Neubothe hortatur, ut fratribus S. Crucis de praediis quibusdam decumas persolvant. Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 109, App. conc. Lat. XIII. 2, Coll. Lips. XXIII. 2, Coll. Cass. XXXV. 2, Coll. Bamb. XXV. 2, Comp. I. L. 3. t. 26. c. 6, Decr. Greg. L. III. t. 30. c. 8. — „Dilecti filii nostri".

14024 (9086) Abbati de Neus scribit de excommunicatione quorundam solvenda. Coll. Lips. VII. 6, Comp. I. L. 5. t. 34. c. 11, Mansi XXI. 1094. — „Si forte post".

14025 (9087. 9241) Abbati Novi-monasterii Pictaviensis (al. de Neus, al. archiepiscopo Eboracensi) interdicit, ne absolvat eos, qui „in monasterio eius religionis habitum susceperint, et inter cetera postmodum confiteantur, se tale commisisse delictum, quod ipso actu excommunicationis sententiam incurrerint". Addit de iis, qui violentas manus in fratres eius iniecerint, adhortandis, ut Romam adeant. (Integra haec decretalis epistola cum recta inscriptione tantummodo legitur in) Coll. Cantabr. in Cod. colleg. S. Trinit. Cantabr. R. 9. 17. saec. XII. fol. 76; App. conc. Lat. XIV. 2. 3, Coll. Lips. VII. 3. 4, Coll. Cass. XIX. 3. 4, Coll. Bamb. VII. 3, Comp. I. L. 5. t. 34. c. 8. 9, Decr. Greg. L. V. t. 39. c. 7. — „Consuluit nos" „Consulit nos" „Porro si aliqui".

14026 (9088) „Nomenensi episcopo mer" significat, socium eius voto itineris Hierosolymitani a sese liberatum esse, ita tamen, „ut votum eleemosynis redimere debeat et toto vitae suae tempore uni pauperum tam in victu quam in vestitu providere". Coll. Cass. XXXIX. 3. — „Bene audivimus".

14027 (9089. 9095) Episcopo Norwicensi respondet de causis delegatis. Addit, ne „clericos, in presbyteratu vel in aliis inferioribus ordinibus constitutos, in vicariis ecclesiarum alios substituere permittat". App. conc. Lat. VII. 11. 12, XV. 19, XXXIX. 3, Coll. Lips. XXXV. 11. 12, LII. 24, Coll. Cass. XLII. 12. 13, LIII. 17, Coll. Bamb. XXII. 2, XXXIII. 11. 12, XLV. 17, Comp. I. L. 1. t. 20. c. 5, L. 1. t. 21. c. 9. 10, L. 3. t. 33. c. 22, Decr. Greg. L. I. t. 28. c. 4, L. I. t. 29. c. 7. 8, L. III. t. 38. c. 18. — „Significasti nobis per" „Si quando vero" „Si quando clerici" „Si qui vero" „Clericos autem vel" „Clericos in presbyteratu".

1159—1181.

14028 (9090) Episcopo Norwicensi mandat, ut „si quos clericos per collusionem fraudem constiterit commisisse, eos beneficiis, super quibus collusum fuerit, perpetuo spoliet". App. conc. Lat. XXVIII. 12, Coll. Lips. VI. 5, Coll. Cass. XVIII. 5, Coll. Bamb. VI. 5, Comp. I. L. 5. t. 18. c. 3, Decr. Greg. L. V. t. 22. c. 3. — „Audivimus in episcopatu".

14029 (9091. 9093) Episcopo Norwicensi respondet removendos clericos esse, qui iuraverint, se „maiorem pensionem soluturos nomine beneficii, praeter solitam pensionem". Addit de clericis ab advocato praesentatis. App. conc. Lat. XVII. 4, Comp. I. L. 3. t. 33. c. 30, Comp. II. L. 2. t. 16. c. 2, Decr. Greg. L. II. t. 24. c. 11, L. III. t. 38. c. 24. — „Tua nos fraternitas" „Quia tua nos" „Cum advocatus" „Cum autem advocatus".

14030 (9092) Episcopo Norwicensi scribit haec: „Si sacerdos sciat, aliquem esse reum alicuius criminis, vel confessus fuerit, et emendare noluerit, nisi ordine iudiciario quis probare possit, non debet eum nominatim redarguere" cet. App. conc. Lat. XL. 55, Coll. Lips. XXXII. 3, Coll. Cass. XLI. 6, Coll. Bamb. XXXII. 6, Comp. I. L. 1. t. 23. c. 6, Decr. Greg. L. I. t. 31. c. 2, cf. Friedbergi annotationem. — „Si sacerdos sciat".

14031 (9094) Episcopo Norwicensi de repraesentationibus personarum scribit. App. conc. Lat. XV. 19, Coll. Lips. LII. 24, Coll. Cass. LIII. 17, Coll. Bamb. XLV. 17, Comp. I. L. 3. t. 33. c. 22. — „Significasti" „Ceterum si episcopi".

14032 (9096) Episcopo Norwicensi respondet de puella, quae, „infra nubiles annos cuidam viro in uxorem tradita et ab ipso traducta, . . . ad nubiles annos perveniens, alii nubendi licentiam postulavit", et asseruit, se a viro cognitam non esse, cum vir contrarium affirmaret. App. conc. Lat. VI. 10, Coll. Lips. LIX. 20, Coll. Cass. LVIII. 10, Coll. Bamb. LI. 9. Comp. I. L. 4. t. 2. c. 8, Decr. Greg. L. IV. t. 2. c. 6. — „Continebatur in litteris" „Continebatur autem".

14033 (9097) Episcopo Norwicensi mandat, ut in lite Huberti et magistri N. investiget, utri Emma abbatissa S. Mariae Wintoniensis decimam litigiosam prius concesserit. App. conc. Lat. XLVII. 5, Comp. I. L. 3. t. 9. c. 2, Decr. Greg. L. III. t. 10. c. 2. — „Continebatur in litteris".

14034 (9098) Episcopo Norwicensi et Waltero archidiacono mandat, ut G. (al. Hug.) presbyterum inbeat vicariam ecclesiae de Burnel (al. Buruvelle) dimittere. App. conc. Lat. XXX. 5, Coll. Cass. XXXI. 5, Coll. Bamb. XXI. 5, Comp. I. L. 1. t. 20. c. 2, Decr. Greg. L. I. t. 28. c. 1. — „Ad audientiam nostram".

14035 (9099) Episcopo Norwicensi et abbati de Evesham scribit de lite inter H. clericum et R. App. conc. Lat. XXXVI. 2, Comp. I. L. 2. t. 19. c. 8, Decr. Greg. L. II. t. 27. c. 6. — „Scripsimus vobis" „Cum aliquibus".

14036 (9100) Episcopo Norwicensi et T. Wi. archidiaconis scribit de matrimonio W. et A. viduae, „inter quos scandalum sit obortum, cuius occasione vir debitum ei coniugale subtraxerit". App. conc. Lat. VI. 11, Coll. Lips. LIX. 21, Coll. Cass. LVIII. 11, Coll. Bamb. L. 10, Comp. I. L. 2. t. 19. c. 9, Decr. Greg. L. II. t. 27. c. 7. — „Lator praesentium W."

14037 (9101) I. apostolicae sedis legato scribit „de ecclesiis censualibus episcopatus Novacen. (al. Novariensis)". Coll. Lips. XXXIV. 3, Comp. II. L. 5. t. 14. c. 1, Decr. Greg. L. V. t. 33. c. 8. — „Accepimus litteras" „Recepimus litteras".

14038 (9102) Parthenonem Nun-Eatonensem tuendum suscipit eiusque bona ac iura confirmat, petente Aeliz priorissa. Monast. Anglic. I. 520. — „Desiderium, quod ad".

14039 *Oscensi, Caesaraugustano et Pampilunensi episcopis mandat, ut Petrum Daxazar, nisi uxori Willelmi de Castro-vetulo ablatum castellum reddiderit, apud regem denuntient; quod si effectu careat, eum excommunicent. Neues Archiv VI. 301.

14040 *Regem Aragonensem rogat, ut uxori et liberis Willelmi de Castro-vetulo iustitiam exhiberi curet. Neues Archiv VI. 301.

14041 (9103) Episcopo Oscensi et priori S. Mariae Caesaraugustano scribit de M., muliere viri nobilis Ateorciae, monacha facta. App. conc. Lat. L. 13, Comp. I. L. I. t. 31. c. 1, Decr. Greg. L. I. t. 40. c. 1. — „Relatum est ad" „Relatum est auribus" „Perlatum est ad".

14042 (9104) Archiepiscopo Parmormitano respondet, „non posse in recipienda pecunia ad usuram dispensationem fieri, ut pauperes, qui in Saracenorum captivitate teneant-

1159—1181.

tur, per eandem possint pecuniam liberari". App. conc. Lat. XVI. 1, Coll. Lips. IX. 1, Coll. Cass. XX. 4, Coll. Bamb. IX. 1, Comp. I. L. 5. t. 15. c. 3, Decr. Greg. L. V. t. 19. c. 4. — „Super eo vero, quod" „Super eo, quod a".

14043 (9105) Archiepiscopo Panormitano respondet de iis, „qui praestito iuramento promittunt, se aliquas mulieres ducturos et postea eis incognitis dimittunt terram". App. conc. Lat. VI. 12, Coll. Lips. LIX. 22, Coll. Cass. LVIII. 12, Coll. Bamb. LI. 11, Comp. I. L. IV. t. 1. c. 4, Decr. Greg. L. IV. t. 1. c. 5, t. 5. c. 3. — „De illis autem".

14044 (9106) Archiepiscopo Panormitano respondet de puniendis Saracenis, qui mulieres Christianas puerosque rapiunt et iis abuti praesumunt. Addit de eo, qui „uxorem fratris sui cognovit". App. conc. Lat. L. 48, Coll. Cass. LIX. 9, Comp. I. L. 5. t. 14. c. 3, Comp. II. L. 4. t. 7. c. 2, Decr. Greg. L. IV. t. 13. c. 3, L. V. t. 17. c. 4. — „In archiepiscopatu" „De illo autem, qui".

14045 (9107) Archiepiscopo Panormitano scribit, ne ecclesias patiatur a clericis „sine autoritate et conscientia sua in manibus advocatorum resignari". App. conc. Lat. XV. 25. — „Insinuatum est auribus".

14046 (9108) Archiepiscopo Panormitano (al. episcopo Vigiliensi) respondet, „clericos seculares de mobilibus vel immobilibus rebus, quas consideratione ecclesiae perceperint, nullum posse facere testamentum". App. conc. Lat. XXIX. 5, Coll. Cass. XXVII. 4, Coll. Bamb. XVII. 3, Comp. I. L. 3. t. 22. c. 6, Decr. L. III. t. 26. c. 9. — „Quia nos tua duxit".

14047 (9109) Consulibus Papiae interdicit, ne „de decimis vel de ecclesiasticis negotiis se intromittant". Coll. Lips. XXII. 4, Comp. I. L. 2. t. 1. c. 4, (Mansi XXI. 1084). — „Relatum est auribus".

†14048 (9110) Episcopo Parisiensi scribit, „maritis etiam ex sola suscipione uxores accusare permissum esse". (Male Alex. III. inscribitur, est enim ex concilio quodam Parisiensi). Coll. Lips. XXII. 7, Comp. I. L. 5. t. 13. c. 5, Decr. Greg. L. V. t. 16. c. 4. — „Maritis etiam".

14049 (9111) Episcopo Parisiensi, et abbati S. Remigii, ac decano Meldensi mandat, ut ecclesiam de Alde iubeant R. restitui. Comp. II. L. 2. t. 7. c. 2. — „Conquestus et nobis".

14050 (9112) Episcopo Parisiensi, et abbati S. Remigii, ac decano Meldensi mandat, ut inter fratres Arremarenses eorumque abbatem iudicium faciant, quem „monasterii bona dilapidasse et inutilem esse et sortilegum" illi accusaverint. App. conc. Lat. XXII. 3, Coll. Lips. XXXIX. 3, Coll. Cass. XLV. 4, Coll. Bamb. XXXVI. 3, Comp. I. L. 2. t. 9. c. 3. — „Fratres Aremarenses".

14051 (9113) Simoni, archidiacono Parisiensi, interdicit, ne „pro intronizatione abbatis" a fratribus ecclesiae S. Victoris pecuniam exigat. Duchesne H. Fr. SS. IV. 569, Martene Coll. VI. 248, Bouquet Rec. XV. 913, Mansi XXI. 973. — „Cum si vir".

14052 (9114) Episcopo Parmensi (al. Parisiensi) de matrimonio quodam investigando respondet, licet absens sit maritus, qui propter homicidium et civitate egressus sit et literis episcopalibus quaesitus per quinquennium inveniri non potuerit. Comp. I. L. 4. t. 19. c. 1, Decr. Greg. L. IV. t. 18. c. 1. — „Relatum nobis est" „Relatum est nobis".

14053 Monasterii S. Michaelis Passignanensis possessiones et iura confirmat, petente Hugone abbate. Pflugk-Harttung Iter p. 291. — „Officii nostri nos".

14054 (9115) Episcopo Patavino respondet de matrimonio nobilis cuiusdam viri, excommunicati pro nece quondam Vincentini episcopi. Comp. I. L. 2. t. 1. c. 9, Decr. Greg. L. II. t. 1. c. 7. — „Intelleximus ex".

14055 (9116) Episcopo Patavino respondet de muliere, quae „a proprio viri sui fratre se desponsari permiserit". Comp. I. L. 4. t. 17. c. 2, Decr. Greg. L. IV. t. 16. c. 1. — „Litterae, quas".

14056 Episcopum Patavinum iudicem constituit inter clericos plebis S. Floriani et clericos S. Laurentii de Arcerata. Coll. Lips. XXXI. 17. — „Cum clerici plebis".

14057 Episcopo Patavino mandat, ut in causa inter filium Turisindi et M. eius uxorem alios etiam testes ab altera parte praesentatos recipiat, si attestationes adhuc non sint publicatae. Coll. Lips. XLIII. 1. — „Innotuit nobis ex".

1159—1181.

14058 (9117) Episcopo Pictaviensi haec scribit: „P. praesentium lator . . . . . quandam duxerat in uxorem, quam quidam dissuaserunt ei per mensem, ex quo eam duxerat, carnaliter cognoscere. Contigit autem, sicut dixit, quod pater iussit uxorem suam, quae sponsae mater erat, in huius lecto iacere, quam diabolo suggerente cognovit. Transacto vero mense tam pater quam alii propinqui coegerunt, ut matrimonium cum sponsa sua consummaret; quod facere noluit", cet. Quid faciendum sit, exponit. App. conc. Lat. XII. 4, Coll. Lips. LX. 5, Coll. Cass. LIX. 4, Comp. I. L. 4. t. 13. c. 3, Decr. Greg. L. IV. t. 13. c. 2. — „Veniens ad nos P."

14059 (9118) Episcopo Pictaviensi mandat, cogat G., ut secundum iusiurandum datum puellam quandam in matrimonium ducat. App. conc. Lat. VI. 26, Coll. Lips. LIX. 37, Coll. Cass. LVIII. 25, Coll. Bamb. LI 24, Comp. I. L. 4. t. 1. c. 9, Decr. Greg. L. IV. t. 1. c. 10. — „Ex litteris venerabilis".

14061 (9119) Archiepiscopo Pisano consulenti de eo, qui invita uxore monasterium ingressus idque relinquere coactus sit, utrum uxore mortua in monasterium redire debeat an aliam in matrimonium ducere, respondet. App. conc. Lat. V. 2, Coll. Lips. LVIII. 2, Coll. Cass. LVII. 2, Coll. Bamb. L. 2, Comp. I. L. 3. t. 28. c. 3, Decr. Greg. L. III. t. 32. c. 3. — „Quidam intravit".

14062 V(illano) archipresbytero et canonicis (Pisanis. Bulla est mutila) Pflugk-Harttung Iter p. 291. — „Litteras vestras".

14063 (9120) Ricardum Gentilem, nobilem virum, ab infestando monasterio Piscariensi dehortatur. Chron. Casaur. ap. Muratori R. It. SS. II. II. 905. — „Super prudentia".

14064 Episcopo, praeposito, archipresbytero et capitulo Pistoriensi scribit, nobilem virum A. filium Bructi Pistoriensis sibi nuntiasse, praepositum eorum in plebe de Vil. clericum et in capella S. Pantaleonis presbyterum ex proprio arbitrio instituisse, unde parrochiani in seditionem versi ecclesias destruere minarentur; quas, clerico et presbytero amotis, reordinari iubet. Coll. Lips. XXI. 4. — „Discordiae et scissurae".

14065 (9121) Episcopo Placentino respondet „de usurariorum filiis, qui eis in crimine usurarum defunctis succedunt". Comp. I. L. 5. t. 15. c. 11, Decr. Greg. L. V. t. 19. c. 9. — „Tua nos duxit".

14066 (9122) Episcopo Placentino respondet de „novis testibus super quaestione iudicata". App. conc. Lat. VIII. 12, Coll. Lips. XLIII. 12, Coll. Cass. XLVIII. 9, Coll. Bamb. XXXIX. 9, Comp. I. L. 2. t. 13. c. 17, Decr. Greg. L. II. t. 20. c. 17. — „Ut autem haec" „Fraternitatis tuae nos".

14067 (9123) Presbyteros Pontii et Asilii (corr. Pontiae et Afilae) iubet quarta feria proximae hebdomadis ad sese venire, ut in causa episcopi Praenestini et abbatis Sublacensis testimonium dicant. App. conc. Lat. VIII. 1, Coll. Lips. XLV. 1, Coll. Cass. XLIX. 1, Coll. Bamb. XL. 1, Comp. I. L. 2. t. 14. c. 3, Decr. Greg. L. II. t. 21. c. 2. (Inscriptio decretalis quomodo recte corrigenda sit, docet Albini codex, cuius notitiam dedit Stevenson in Arch. della soc. Rom. di stor. patr. VIII. 372). — „Cum super causa".

14068 (9124) Fratribus ecclesiae Ramensis praecipit, ut „de terris, quas in decimatione thesaurarii Senonensis (al. Sevensis) propriis manibus non excolant decimas usurpare nullatenus praesumant". App. conc. Lat. XIII. 6, Coll. Lips. XXIII. 11, Coll. Cass. XXXV. 7, Coll. Bamb. XXV. 7, Comp. I. L. 3. t. 26. c. 11, Decr. Greg. L. III. t. 30. c. 11. — „Licet de benignitate".

14069 (9125) Abbati Ramesiensi et archidiacono Eliensi mandat, ut inter monachos Croylandenses et canonicos Lincolnienses et Gervasium clericum super ecclesiis quibusdam iudicium faciant. App. conc. Lat. XLI. 6, Coll. Lips. XL. 2, Coll. Cass. XLVI. 2, Coll. Bamb. XXXVII. 2, Comp. I. L. 2. t. 10. c. 2, Decr. Greg. L. II. t. 14. c. 2. — „Ex litteris vestris".

14070 (9126) Archiepiscopo Ravennati mandat, ut discordiam monialium S. Margarethae, in eligenda abbatissa ortam, infra XL dies componat. Si autem in causa procedere non poterit, eam I(ldebrando), basilicae XII. apostolorum presbytero cardinali, apost. sedis legato, et priori S. Victoris terminandam committat. App. conc. Lat. XL. 5, Coll. Lips. XXXI. 6, Coll. Cass. XL. 4, Coll. Bamb. XXX. 4, Comp. I. L. 1. t. 4. c. 17, Decr. Greg. L. I. t. 6. c. 8. — „Causam, quae inter".

1159—1181.

14071 (9127) Archiepiscopo Ravennati respondet de recusationibus ac de causa B. (al. H.) et Balduini nepotis. App. conc. Lat. X. 16, Coll. Lips. XLVII. 16, Coll. Cass. LI. 15, Coll. Bamb. XLII. 15, Comp. I. L. 2. t. 20. c. 18. — „Consuluit nos fraternitas“ „Consuluit nos tua“.

14072 Abbatem S. Apollinaris in Classe, cum ecclesia quadam paupere litigantem, a iudicio G. archiepiscopi Ravennatis ad sedem apostolicam appellasse miratur, cet. Coll. Lips. XLVII. 8. — „Significavit nobis“.

14073 (9128) Archiepiscopo Ravennati (al. Remensi) respondet, se abbatem S. Apollinaris, qui ab eo „generalem appellationem interposuerit, exinde redarguisse“. App. conc. Lat. X. 2, Coll. Lips. XLVII. 2, Coll. Cass. LI. 25, Coll. Bamb. XLII. 24, Comp. I. L. 2. t. 20. c. 2 et 28, Decr. Greg. L. II. t. 28. c. 2. — „Inter cetera quod“ („Super eo, quod abbas“).

14074 (9129) G. archiepiscopum Ravennatem hortatur, ne „de cetero moveatur neque turbetur, si ei durum vel asperum scripserit“. Coll. Lips. LI. 4, Coll. Cass. LII. 4, Coll. Bamb. XLII. 4, Comp. I. L. 1. t. 2. c. 5, Decr. Greg. L. I. t. 3. c. 5. — „Si quando tuae“ „Si quando aliqua“.

14075 (9130) Archiepiscopo Remensi (al. episcopo Andrensi) respondet de eo, qui „uxori suae nunquam carnale debitum reddidit vel reddere potuit“. App. conc. Lat. VI. 24, Coll. Lips. LIX. 34, Coll. Cass. LIX. 34, Coll. Bamb. LI. 21, Comp. I. L. 4. t. 16. c. 2. — „Super eo vero, quod“.

14076 (9131) Archiepiscopo Remensi (al. Episcopo Andrensi) respondet de diacono, „qui in sabbato sancto alium diaconum vulneraverit et mulierem uxoris nomine acceperit“, cet. App. conc. Lat. XXVI. 21, Coll. Lips. XI. 17, Coll. Cass. XXI. 25, LXIII. 11, Coll. Bamb. XI. 17. Comp. I. L. 4. t. 6. c. 1, L. 3. t. 26. c. 26, Decr. Greg. L. III. t. 30. c. 14, L. IV. t. 6. c. 1. — „De diacono“ „Parochianos vero“.

14077 (9132) Archiepiscopo Remensi mandat, cogat comitem Clarimontis, ut quod susceperit Hierosolimam eundi votum exequatur. Comp. II. L. 3. t. 21. c. 3, Mansi XXI. 1098. — „Ad audientiam nostram“.

14078 (9133) Archiepiscopo Remensi mandat, cogat comitem de Dampetra, ut I. presbytero ablatas decumas restituat. App. conc. Lat. XXVIII. 7. — „Querelam I. presbyteri“.

14079 (9134) Archiepiscopo Remensi significat, controversiam Martiensis (al. Martinensis, Macularensis) et Formoselensis (al. Formolensis) ecclesiarum, super decimis de villa Levinga agitatam, quomodo diiudicaverit. App. conc. Lat. XXXVIII. 3, Coll. Lips. XLVI. 5, Coll. Cass. L. 5, Coll. Bamb. XLI. 5, Comp. I. L. 2. t. 18. c. 8. — „Controversiam, quae inter“.

14080 Remensi et Rothomagensi archiepiscopis mandat, ne a fratribus Cisterciensibus decimas de terris, quas propriis manibus aut sumptibus colant, exigi patiantur. Regest. in Memorias de litteratura Portugueza V. 312, Neues Archiv VI. 394. — „Intimatum est auribus“.

14081 Archiepiscopo Remensi et episcopo Bello(vacensi) mandat, ut Io. canonico Silvanectensi, si eum cum A. muliere in fornicatione publice fuisse comprehensum constiterit, poenitentiam iniungant et canonicos Silvanectenses ad recipiendum eum in ecclesia sua non cogant. Coll. Lips. I. 19. — „Constitutus in presentia“.

14082 (9135) F. decano et magistro R. Remensi mandat, cogant monachos S. Vincentii Laudunenses (al. Lugdonen.), „ut omnia cuiusdam mulieris et filii Randulfi Canis et beneficia, quae occasione sepulturae ipsorum receperint, fratribus S. Martini restituant“. Comp. II. L. 3. t. 15. c. 2, Decr. Greg. L. III. t. 28. c. 6. — „Cum liberum sit“.

14083 (9136) Fulconi decano et magistro R. canonico Remensi mandat, iudicent inter P. civem Remensem et A. presbyterum, excommunicatione solutum. Coll. Luc. ap. Baluzii Misc. III. 382, Comp. II. L. 2. t. 15. c. 3, Mansi XXI. 1095, 1108. — „Cum causam, quae“.

14084 (9137) Abbati Remestrensi (al. Ramesiensi) et archidiacono Exoniensi mandat, ut iudicent inter V. et R. clericos, de ecclesia quadam litigantes. App. conc. Lat. XLVII. 8, Comp. II. L. 3. t. 6. c. 5, cf. ed. Friedbergianam inter Add. et Corrig. — „Veniens ad apostolicae“.

1159—1181.

14085 (9138) (Abbati de Rivesham et decano et archidiacono Lincolniensi) scribit de lite canonicorum de Giseburne et R. clerici. App. conc. Lat. XV. 22, Coll. Lips LII. 26, Coll. Cass. LIII. 19, Coll. Bamb. XLV. 19, Comp. I. L. 3. t. 33. c. 24. — „Dilecti filii nostri".

14086 (9139) Archiepiscopo Rotomagensi respondet de iuvene a Nicolao Sagantino nutrito, cum filiis ipsius Nicolai „paternam" hereditatem petente. App. conc. Lat. VIII. 11, Coll. Lips. LXIII. 3, Coll. Cass. LXII. 3, Coll. Bamb. LIV. 5, Comp. I. L. 4. t. 18. c. 3, Decr. Greg. L. IV. t. 17. c. 3. — „Transmissae nobis".

14087 (9140) Archiepiscopo Rotomagensi et abbati Geomar (al. Episcopo Dulmensi) scribit de appellationibus captiosis. App. conc. Lat. XLIX. 5, Coll. Lips. VI. 6, Coll. Cass. XVIII. 6, Comp. I. L. 3. t. 33. c. 1, Decr. Greg. L. I. t. 42. c. 1. — „Ex quorumdam certa".

14088 Archiepiscopo Rotomagensi de debitis restituendis scribit. Coll. Cantabr. in Cod. coll. S. Trinit. Cantabrig. R. 9. 17. saec. XII. f. 92. — „Qui iuraverint".

14089 Archiepiscopo Rotomagensi haec scribit: „Suspensio vel excommunicatio post appellationem facta nullius est momenti, sed omnia maneant in eodem statu, in quo prius fuerant", cet. Coll. Cantabr. l. l. f. 92^{b}. — „Suspensio vel".

14090 Priori et canonicis S. Thomae apud Rotomagum, leprosorum curam agentibus, ecclesiam S. Salvatoris de Nocton asserit. Langlois Hist. du prieuré du Mont-aux-malades-lès-Rouen p. 425. — „Quanto maius onus".

14091 (9141. 9143. 9145. 9146. 9148) Archiepiscopo Salernitano respondet 1) quaerenti, „utrum si inter virum et mulierem legitimus consensus intervenerit de praesenti, carnali copula non secuta, liceat mulieri alii nubere; 2) „utrum filii aut filiae ante vel post compaternitatem geniti possint adinvicem copulari"; 3) „si vir vel mulier scienter vel ignoranter filium suum de sacro fonte susceperint", eos non esse propter hoc ab invicem separandos nec alterum alteri debitum debere subtrahere; 4) „laicos in accusationem vel testimonium contra clericum in criminalibus non esse admittendos", cet.; 5) „de quarta decimae et oblationis defunctorum clericum ab impetitione episcopi quadragenaria temporis praescriptione se posse tueri"; 6) de „clericis coram iudice seculari convictis de crimine", de duello a clerico sponte oblato, de presbytero Campaniae qui „in duello partem digiti amiserit", de presbytero qui puerum interemerit. App. conc. Lat. V. 1, VI. 8, VIII. 8. 9, XXVI. 4. 5. 6. 7, XXXII. 1. 2, XXXVIII. 1, Coll. Lips. XI. 4. 5. 6. 7, XLIII. 9. 10, XLVI. 1, LIX. 5, LVIII. 1, LXII. 1. 2, Coll. Cass. XXI. 8. 9. 10. 11, XLVIII. 6. 7, L. 1, LVII. 1, LVIII. 6, LXI. 1. 2, Coll. Bamb. XI. 5, XXXIX. 6. 7, XLI. 1, LI. 5, LIV. 1. 2, L. 1, Comp. I. L. 4. t. 4. c. 3, L. 3. t. 28. c. 2, L. I. t. 12. c. 1, L. 2. t. 13. c. 11, L. 4. t. 11. c. 1 et 2. L. 2. t. 13. c. 15, L. 2. t. 1. c. 6, L. 5. t. 10. c. 8, L. 5. t. 12. c. 1, L. 2. t. 18. c. 6, Decr. Greg. L. IV. t. 4. c. 3. L. III. t. 32. c. 2, L. IV. t. 11. c. 1 et 2, L. II. t. 20. c. 14 et 15, L. II. t. 26. c. 4, L. I. t. 20. c. 1, L. II. t. 1. c. 4, L. V. t. 12. c. 7, L. V. t. 14. c. 1. — „Licet preter solitum" „Verum post consensum" „Utrum autem filii" „Si vir vel mulier" „De cetero laicos" „In causis ecclesiasticis" „De quarta vero" „At si clerici" „Et si clerici" „Porro si clericus" „De presbytero" „Presbyterum autem".

14092 (9142) Archiepiscopo Salernitano scribit, „ut si qui clerici fratribus Hospitalis cum licentia sui praelati sponte ac gratis per annum vel triennium servire decernunt, nequaquam impediantur". App. conc. Lat. XXX. 9. — „Mandamus, ut si".

14093 (9144. 9147) Archiepiscopo Salernitano (al. archipresbytero Salonitano) scribit de feneratoribus plectendis ac de clericis, „qui in domibus suis publice detinent concubinas". App. conc. Lat. XVI. 5, XVIII. 1, Coll. Lips. IX. 3. LXIV. 1, Coll. Cass. XX. 6, LXIII. 1, Coll. Bamb. IX. 3, LVI. 1, Comp. I. L. 5. t. 15. c. 5, L. 3. t. 2. c. 4, Decr. Greg. L. V. t. 19. c. 5, L. III. t. 2. c. 3. — „Cum tu, sicut" „Clericos autem in".

14094 *Monasterium S. Salvatoris de lingua Messana ex potestate archiepiscopi Messanensis eximit. Pflugk-Harttung Iter p. 289.

14095 (9150) Santonensi et Cabilonensi episcopis mandat, cogant R. quondam abbatem Trevorensem (leg.: Trenorchiensem?) et monachos quosdam, ut quod praestiterint iuramentum adimpleant. App. conc. Lat. XVII. 3, Coll. Lips. XVII. 4, Coll. Cass. XXVIII. 8, Coll. Bamb. XIX. 6, Comp. I. L. 2. t. 17. c. 6, Decr. Greg. L. II. t. 24. c. 9, cum annotatione Friedbergi. — „Ex rescripto" „Ex scripto".

1159—1181.

14096 (9151) Canonicis, fratribus et monachis in episcopatu Sarensi ecclesias habentibus praecipit, ne ecclesias, „rectoribus decedentibus, auctoritate propria occupent aut etiam clericos in eis ponant". App. conc. Lat. XLVII. 4. — „Ex transmissa nobis".

14097 (9152) Sarensi et Exoniensi episcopis scribit de I., sacerdotis filio, removendo. App. conc. Lat. XIX. 7. — „Suggestum est nobis".

14098 (9153) Decano et capitulo Sarisberiensi scribit de praebenda Britfordensi Hugoni Buvet tributa a Iocelino episcopo. Theineri disqu. crit. p. 430, (App. conc. Lat. XXV. 3). — „Cum Hugo".

14099 (9154) Archiepiscopo Senonensi mandat, ut milites quosdam ab episcopo Trecensi excommunicatos absolvat. App. conc. Lat. XLVI. 5, Comp. II. L. 2. t. 2. c. 2. Decr. Greg. L. II. t. 2. c. 6. — „Ex transmissa nobis".

14100 (9159) Archiepiscopo Spalatino (al. Spoletano) scribit, bigamos sacris ordinibus privandos esse. Praeterea de simoniace ordinatis aliisque de rebus respondet. Coll. Cass. XXI. 20, (Mansi XXI. 1092), ubi Alex. tribuitur; sed in Comp. I. L. I. t. 13. c. 3, L. IV. t. 14. c. 1, L. 5. t. 2. c. 18, Decr. Greg. L. I. t. 21. c. 2, L. V. t. 3. c. 22, Mansi XXII. 482, Migne 201 p. 1375, haec fragmenta Lucio III. tribuuntur. — „Super eo, quod a" „Verum super eo" „De simoniace".

14101 (9023. 9160. 9161) Episcopo Spalensi (al. Hipponensi et Salernitano episcopis) respondet 1) de eo, qui „quandam mulierem pollutione illicita cognoverit, et sororem eius matrimonio postmodum copulaverit"; 2) de iis, „qui in sanitate vel infirmitate cum bonis suis ad religiosa loca se transtulerint; 3) „si qui in diaconatu et supra matrimonia contraxerint, cogendos eos esse uxores relinquere". App. conc. Lat. XLIX. 6. 7, Coll. Lips. XXIII. 24, LX. 9, Coll. Cass. XXXVI. 1, LIX. 8, LXIII. 15, Coll. Bamb. XXVII. 1, LV. 14, Comp. I. 3. t. 24. c. 6, L. 4. t. 6. c. 5, Decr. Greg. L. III. t. 28. c. 4. — „Continebatur in litteris" „De his, qui in" „Super eo vero quod" „Super eo, quod asseris".

14102 (9162) Abbati de Stanfort (Stradeford) et priori de Esibili (al. Febi; an S. Eusebii?) mandat, ut inter monachos Maioris monasterii et ecclesiam S. Mariae de Martinon (Mertun) iudicium faciant. Comp. II. L. 1. t. 16. c. 3, Decr. Greg. L. I. t. 36. c. 8, cf. infra ep. 14137. — „Veniens ad apostolicae".

14103 (9163) Abbati de Stradeford (al. Staforde, Castro-Foro) et priori S. Eusebii (al. de Cesebi, Helesby, Esebi) mandat, iudicent inter G. (al. W.) et A. clericos super capella quadam litigantes. App. conc. Lat. XXVIII. 6, Coll. Lips. V. 6, Coll. Cass. XXVII. 6, Coll. Bamb. V. 5, Comp. I. L. 1. t. 27. c. 4, Decr. Greg. L. I. t. 36. c. 4. „Constitutus in praesentia" „Constitutus in nostra".

14104 (9165) Strigoniensi et Colocensi archiepiscopis scribit, „coniugatum ad monasterium converti desiderantem non esse suscipiendum, nisi uxor eius similiter convertatur", cet. App. conc. Lat. V. 6. 7, Coll. Lips. LVIII. 6. 7, Coll. Cass. LVII. 7. 8, Coll. Bamb. L. 6. 7, Comp. I. L. 3. t. 28. c. 5 et 6, Decr. Greg. L. III. t. 32. c. 5 et 6. — „Coniugatus" „Sane si coniugati".

14105 Abbate S. Leodegarii Suessionensis petente, altaria ad eius ecclesiam spectantia confirmat. Coll. Moreau t. 84. f. 169 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Si quando".

†14106 (9166) Episcopo Siracusano scribit de controversia Caesarii abbatis monasterii S. Petri (Baiani) et (Iohannis) abbatis monasterii S. Luciae. (In canonum collectionibus falso Alexandro III. ascribitur; est enim ex Reg. Greg. I. L. VII. ep. 36. supra num. 1482, desumptum.) Coll. Lips. XI. 8, Comp. II. L. 2. t. 17. c. 2, Decr. Greg. L. II. t. 26. c. 9. — „Quia indicante abbate".

14107 (9167. 9177) Archiepiscopo Tarraconensi (al. Cretensi, al. Trecensi) respondet: 1) de militis cuiusdam divortio; 2) de testibus, „quibus ab adversa parte crimina opponantur". App. conc. Lat. VI. 14, VIII. 4, Coll. Lips. XLIII. 6, LIX. 27, Coll. Cass. XLVIII. 3, LVIII. 14, Coll. Bamb. XXXIX. 3, LI. 14, Comp. I. L. 2. t. 13. c. 12, L. 4. t. 20. c. 4, Decr. Greg. L. II. t. 20. c. 13, L. IV. t. 19. c. 4. — „Significasti nobis quod" „Super eo, quod" „Super eo vero".

14108 (9168) Archiepiscopo Tarraconensi scribit, canonici Pampilunenses cum questi essent, „quod dux (rex?) Navarrorum eos bonis suis spoliasset", se causam ei commisisse terminandam. „Verum" inquit „quoniam nobis tacuerunt, quod fuit ad sedem apostolicam appellatum, inhibemus, ne in executione negotii aliqua ratione procedas".

1159—1181.

Comp. II. L. 1. t. 2. c. 2, Decr. Greg. L. II. t. 28. c. 35. — „Accepta conquestione".

14109 (9169) Archiepiscopo Terdon.(? al. Tarraconensi?) de agendis diebus festis respondet. Comp. II. L. 2. t. 5. c. 2, Decr. Greg. L. II. t. 9. c. 2. — „Quoniam in parte".

14110 (9170) Archiepiscopo Toletano mandat, ut archidiaconum et clericum, qui a Bernardo, quondam episcopo Oxomensi (al. Ceromensi, al. Exoniensi), praemia simoniace acceperint, removeat; regemque et principes, ut pecuniam ab eodem episcopo acceptam ecclesiae restituant, hortetur. App. conc. Lat. II. 13, Coll. Lips. I. 2, Coll. Cass. XIII. 2, Coll. Bamb. I. 2, Comp. I. L. 5. t. 2. c. 10, Decr. Greg. L. V. t. 3. c. 11, Aguirre Conc. V. 96. — „De hoc, quod rex" „De hoc autem, quod".

14111 (9171) Archiepiscopo Toletano mandat, ut qui interdicti et excommunicati sacra procuraverint, eos, „si quadraginta solummodo vel pauciores" sint, munere sacerdotali in perpetuum privet; „si vero multitudinem magnam in hoc peccasse cognoverit, eos, quos magis causam esse delicti constiterit, perpetua depositione condemnet, et alios ab officio ad tempus suspendat, et omnibus poenitentiam iniungat". App. conc. Lat. L. 51, Comp. I. L. 5. t. 23. c. 4, Decr. Greg. L. V. t. 27. c. 4, Aguirre Conc. V. 96. — „Latores praesentium".

14112 (9172) Archiepiscopo Toletano respondet, „si quando aliqui, quos manifestum sit et notorium uxorem alterius detinere aut iniecisse manus violentas in clericum, appellaverint, eorum appellationi non esse aliquatenus deferendum"; cet. App. conc. Lat. X. 14, Coll. Lips. XLVII. 15, Coll. Cass. LI. 14, Coll. Bamb. XLII. 14, Comp I. L. 2. t. 20. c. 16, Decr. Greg. L. II. t. 28. c. 14. — „Consuluit nos tua" „Consuluit nos fraternitas".

14113 (9173) Archiepiscopo Toletano et eius suffraganeis mandat, hortentur „laicos minorum villarum, quae Aldeae vocentur, ut ecclesiis, in quibus missas audiant et baptismum et cetera ecclesiastica frequentius sacramenta percipiant, decimas ex integro persolvant". Comp. I. L. 3. t. 26. c. 24. — „Vota, quae ad".

14114 (9174) Archiepiscopo Toletano (al. Coloniensi, al. episcopo Tolosano) respondet de clericis, qui „post renunciationem factam a praedecessore eius ordines susceperint". App. conc. Lat. XXVI. 18, Coll. Lips. XI. 18, Coll. Cass. XXI. 26, Coll. Bamb. XI. 10, Comp. I. L. 1. t. 7. c. 1, Decr. Greg. L. I. t. 13. c. 1. — „Requisivit a nobis".

14116 (9175) Episcopo Tornacensi mandat, interdicat, ne quis „ecclesias suae dioecesis absque consensu suo intrare audeat, aut detinere, aut se dimittere inconsulto". Coll. Lips. XVI. 6, Coll. Cass. XXVII. 7, Coll. Bamb. XVI. 7, Comp. I. L. 3. t. 22. c. 8, Decr. Greg. L. I. t. 9. c. 4. — „Admonet nos" „Universis personis".

14117 (9176) Episcopo Trecensi (al. archiepiscopo Tarraconensi) respondet inter alia haec: „Praedecessor noster Hadrianus solis fratribus Cisterciensis ordinis et Templariis et Hospitalariis decimas laborum suorum, quos propriis manibus vel sumptibus colunt, indulsit; ceteris vero, ut de novalibus suis, quae propriis manibus vel sumptibus excolunt, et de nutrimentis animalium et de hortis suis decimas non persolvant, concessit. Quem sumus super his imitati". App. conc. Lat. XIII. 5, Coll. Lips. XXIII. 10, Coll. Cass. XXXV. 6, Coll. Bamb. XXV. 6, Comp. I. L. 3. t. 26. c. 10, Decr. Greg. L. III. t. 30. c. 10. — „Ex parte fraternitatis" „Ex parte tuae" „Ex parte tua".

14118 (9178) Archiepiscopo Triburiensi (an Nidrosiensi?) et eius suffraganeis scribit, „quod regio eorum non multum frugibus abundet et mare, in quo populus maiorem habere consueverit sustentationem, sterilius solito effectum fuerit, liceat parochianis eorum diebus dominicis et aliis festis, praeterquam in maioribus anni solemnitatibus, si allecia terrae se inclinaverint, eorum captioni congruenter intendere". Comp. II. L. 2. t. 5. c. 3, Decr. Greg. L. II. t. 9. c. 3, L. V. t. 38. c. 6. — „Licet tam veteris".

14119 (9179) Abbati et fratribus Trium-fontium respondet de monacho, „qui, cum esset in seculo, quinque solidos pro ordinatione dederit". App. conc. Lat. XXVI. 2, Coll. Cass. XXI. 4. — „Consuluit nos tua (vestra)".

14120 (9180) Episcopo Tullensi (al. Toletano) respondet de P., qui „diabolico instinctu sponsam patris sui carnali commixtione corrupit". Quae cuique poenitentia iniungenda

1159—1181.

sit, docet; mulieri praeterea „perpetuam continentiam“ imponit. Coll Cantabr. in Cod. colleg. Trinit. Cantabr. R. 9. 17. saec. XII. fol. 106b; App. conc. Lat. XII. 3. Coll. Cass. LIX. 3. — „Praesentium lator P.“ „Lator praesentium eum“.

14121 (9181) Archiepiscopo Turonensi respondet, „nec spurios nec servos debere ordinari“. App. conc. Lat. XXVI. 19, Coll. Cass. XXX. 7, Coll. Bamb. XIX. 4, Comp. I. L. 1. t. 10. c. 5, Decr. Greg. L. I. t. 18. c. 5. — „Consuluit nos tua“.

14122 Monasterii Ursicampi possessiones confirmat. Ex Chartul. Ursic. f. 109 in Arch. dép. de l'Oise in Beauvais. Misit Delisle. — „Desiderium quod“.

14123 (9182) Episcopo Verulano scribit, ne abbatem S. Nicolai de Ceperano ad recipiendum P. Rubeum cogat nec a populo Ceperano compelli sinat. Comp. I. L. 1. t. 5. c. 4, Decr. Greg. L. I. t. 9. c. 3. — „Ex transmissa relatione“.

14124 (9183) Episcopo Verulano scribit: „Octavianus avus Octaviani de Tracterio quandam feminam carnaliter cognovit, ex qua filium procreavit, et postmodum virum accipiens, filium generavit, cui Octavianus praedicti Octaviani nepos filiam suam tradere disposuit uxorem“. Mandat, ut matrimonium prohibeat. Comp. I. L. 4. t. 15. c. 2. — „Quia nobis significatum“.

14125 (9184) Episcopo Vigiliensi quaerenti, „utrum feminae clausae, impotentes misceri maribus, matrimonium possint contrahere et si contraxerint debeat rescindi“, respondet, „Romanam ecclesiam consuesse in consimilibus iudicare, ut quae non possint haberi tanquam uxores, habeantur tanquam sorores“. Coll. Luc. ap. Baluzii Misc. III. 376, Coll. Lips. LIX. 11, Coll. Cass. LXIV. 4, Mansi XXI. 1104; in Comp. II. L. 4. t. 9. c. 2, et Decr. Greg. L. IV. t. 15. c. 4, Lucio III. tribuitur. — „Consultationi tuae“.

14126 (9185. 9186. 9187) Episcopo Vigiliensi respondet, 1) eum „nihil pro ecclesiarum consecratione posse vel debere praeter procurationem exigere“; 2) „virum vel mulierem, ad bigamiam transeuntem, non debere a presbytero benedici, quia benedictio iterari non debeat“; 3) „si puella infra duodecimum annum alicui desponsata fuerit vel sponsus aliquam infra XIV. annum desponsavit, antequam ad annos pervenerat matrimonio aptos, a pactione nuptiali recedere et ad aliud matrimonium convolare non possunt“, cet. App. conc. Lat. II. 4, VI. 3. 4. 23, IX. 1, Coll. Lips. I. 1, LIX. 3. 34, LXIV. 1, Coll. Cass. XIII. 1, LVIII. 4. 22, LXIV. 1, Coll. Bamb. I. 1, LI. 3. 21, LVI. 1, Comp. I. L. 5. t. 2. c. 9, L. 4. t. 22. c. 1, L. 4. t. 1. c. 7, L. 4. t. 2. c. 11, Decr. Greg. L. V. t. 3. c. 10, L. IV. t. 21. c. 3, L. IV. t. 1. c. 8. — „Cum sit sancta“ „Cum sit Romana“ „Vir autem“ „Si vero puellam“ „Si puella infra“ „Sponsam autem“ „Sponsam alterius“.

14127 (9188) Episcopo Vigiliensi scribit, „debitores ad solvendas usuras cogi non debere, nisi eas iuramento solvere teneantur“. App. conc. Lat. XVI. 4, Coll. Lips. XVII. 1, Coll. Cass. XXVIII. 1, Coll. Bamb. XIX. 1, Comp. I. L. 2. t. 17. c. 2, Decr. Greg. L. II. t. 24. c. 6. — „Debitores autem“.

14128 (9189) Monasterii S. Iohannis de Vineis protectionem suscipit et privilegia confirmat. (Fragmentum) Louen Hist. de l'abbaye de St. Jean-des-Vignes p. 293, Migne 200 p. 1278; S. Iohannes ap. Vineas p. 108, teste Bréquigny Tabl. chron. III. 435. — „Statuimus, ut si“.

14129 (9190) Episcopo (al. archipresbytero) Volaterrano et abbati de Spongia (leg. Spognia) scribit de controversia fratrum monasterii Maturiensis et plebani clericorumque. App. conc. Lat. XI. 1, Coll. Lips. XXXVI. 1, Coll. Cass. XLIII. 1, Coll. Bamb. XXXIV. 1, Comp. I. L. 2. t. 4. c. 2, Decr. Greg. L. II. t. 4. c. 1. — „Ex litteris vestris“.

14130 (9192) Decano et praecentori et capitulo Wellensi scribit de praebenda magistro E. tribuenda, qui ab R. quondam episcopo canonicus ecclesiae receptus sit. Comp. I. L. 3. t. 33. c. 6, Mansi XXI. 1090. — „Ex diligenti relatione“.

14131 (9196) Episcopo Wigorniensi mandat, ut quae abbas S. Eadmundi R. latori epistolae ademerit, restituat. App. conc. Lat. XXII. 7, Comp. I. L. 1. t. 31. c. 2. Decr. Greg. L. I. t. 40. c. 2. — „Abbas S. Eadmundi“.

14132 (9197) Episcopo Wigorniensi concedit, ut „terras, quae de silvis exstirpatae, sint arabiles factae, iis hereditario iure concedat, a quibus ipsas suo vel parentum labore constiterit fuisse exstirpatas“. App. conc. Lat. XXIX. 4, Coll. Cass. XXVII. 3. Comp. I. L. 3. t. 11. c. 7. Decr. Greg. L. III. t. 13. c. 7. — „Ad aures“ „Illas vero terras“.

1159—1181.

14133 (9198) Episcopo Wigorniensi (al. Vigiliensi) de „duorum compatrum filiis post compaternitatem genitis“ respondet. Comp. I. L. 4. t. 11. c. 3, Decr. Greg. L. IV. t. 11. c. 3. — „Super eo, quod a“.

14134 (9199) Episcopo Wigorniensi scribit de causa R. clerici, cui ecclesia de N. concessa fuit „tunc temporis, cum V. clericus, qui lepra tactus fuisse perhibetur, eam possideret“. App. conc. Lat. XXXVII. 1, Comp. II. L. 3. t. 7. c. 1. — „Ex transmissa conquestione“.

14135 (9200) Episcopo Wigorniensi mandat, removeat C. presbyterum, vicarium ecclesiae de Estona, qui „publice concubinam teneat ac sicut laicus tabernas frequentare non erubescat“. App. conc. Lat. XVIII. 15, Coll. Lips. LXIV. 14, Coll. Cass. LXIII. 14, Coll. Bamb. LV. 14, Comp. I. L. 3. t. 2. c. 11, Mansi XXI. 1088. — „Ex parte prioris“.

14136 (9201) Episcopo Wigorniensi respondet de Wilielmo, „qui licet fidem dedisset, quod mulierem quandam duceret in uxorem, ipse sibi aliam copulare praesumpserit“. App. conc. Lat. VI. 2, Coll. Lips. LIX. 2, Coll. Cass. LVIII. 3, Coll. Bamb. LI. 3, Comp. I. L. 4. t. 1. c. 3. — „Consuluit nos tua“.

14137 (9202) Episcopo Wigorniensi mandat, ut inter monachos Maioris monasterii et ecclesiam S. Mariae de Mertun iudicium faciat. App. conc. Lat. XLVIII. 1, cf. supra ep. 14102. — „Veniens ad apostolicae“.

14138 (9204) Episcopo Wigorniensi mandat, cogat R. presbyterum, ut ecclesiam S. Mariae de Wicun Miloni clerico tribuat. App. conc. Lat. XIX. 1. Coll. Cass. XXXIII. 1, Coll. Bamb. XXIII. 1. Comp. I. L. 1. t. 9. c. 4, Decr. Greg. L. I. t. 17. c. 1. — „Conquerente nobis“.

14139 (9195. 9208) Episcopo Wigorniensi scribit, si H. „spoliatus renunciaverit ecclesiae, ne contra eum testes alterius partis de iuramento et renunciatione spontanea facta admittat“. Laudat eum, quod „in causa quadam procedere distulerit, quoniam filum fuisset fractum, quo bulla sua dependebat“. App. conc. Lat. XXII. 1, LXI. 5. Coll. Lips. XXXIX. 1, Coll. Cass. XLV. 1, LII. 7, Coll. Bamb. XXXVI. 1, Comp. I. L. 2. t. 9. c. 1, L. 2. t. 15. c. 3, Decr. Greg. L. II. t. 13. c. 2. — „Sollicite cures et“ „Sicut ex litteris“.

14140 (9210) Episcopo Wigorniensi et abbati S. Albani scribit de W., „qui violenter ecclesiam de N. ingressus, defunctus sit“. App. conc. Lat. XXII. 9, Comp. II. L. 2. t. 1. c. 4. Decr. Greg. L. II. t. 1. c. 11. — „Quia W. qui“ „Quia V. qui“.

14141 (9211) Episcopo Wigorniensi (al. Wintoniensi) mandat, ut priorem et fratres de Lauch (al. Lauth) tueatur. App. conc. Lat. XV. 7. Coll. Lips. LII. 6, Coll. Cass. LIII. 5, Coll. Bamb. XLV. 5, Comp. I. L. 3. t. 33. c. 11, Decr. Greg. L. III. t. 38. c. 9. — „Querimoniam prioris“.

14309 (9308) I(ohanni), episcopo Pictaviensi, mandat, ne in paroecia S. Petri, invito abbate Trenorciensi, ecclesiam aedificari a clericis Losdunensibus sinat. Iuenin Nouv. hist. de Tournus Pr. p. 178. — „Abbas S. Philiberti".

14310 (10261. 10266) L(eonardo) episcopo Torcellano respondet, „renunciationem factam in manu laicorum ad ipsorum terrorem, nisi forte iuramento vel fide interposita sit confirmata, non impedire, quominus is, qui renunciaverit, ecclesiae praeficiatur". Addit de electionibus cassatis. (Unam solam esse decretalem hanc et ab Alexandro III. auctore profectam, probat) Coll. Lips. XXXI. 3; Comp. II. L. 1. t. 3. c. 3, L. 1. t. 19. c. 1, Decr. Greg. L. I. t. 6. c. 12 et t. 40. c. 3. — „Ad aures nostras" „Super eo vero, quod".

1174—1181.

Febr. 5.

14311 (9309) Wintoniensi, Bathoniensi et Herefordiensi episcopis scribit de R. matrimonio. App. conc. Lat. VI. 28, Coll. Lips. LIX. 39, Coll. Cass. LVIII. 26, Coll. Bamb. LI. 26, Comp. I. L. 4. t. 17. c. 3, Decr. Greg. L. IV. t. 16. c. 2. — „Ex litteris venerabilis".

14312 (9310) R(ichardo), archiepiscopo Cantuariensi, apostolicae sedis legato, haec scribit: „Qua fronte nos super articulis iuris consulere valeas, non videmus, cum dicaris ordinem iuris pervertere et evidenter libertati ecclesiae contraire, pro quo ille gloriosus martyr Thomas subire martyrium non expavit; iam enim non in ecclesia, sicut canonicum est et honestum, non in palatio, non in camera tua, sed in propria camera regis contra debitum iuris episcoporum electiones diceris confirmare". Attamen de appellationibus quaerenti respondet. App. conc. Lat. XXXI. 2. 3, XLIII. 3, Coll. Lips. XLVII. 43, Coll. Cass. LI. 38, Coll. Bamb. XLII. 39, Comp. I. L. 2. t. 20. c. 41, Decr. Greg. L. II. t. 28. c. 25. — „Qua fronte nos" „De his etiam" „Super eo vero, quod".

14313 (9311) R(ichardo), archiepiscopo Cantuariensi, de eis scribit, „qui appellationem interpositam infra tempus conveniens non prosequantur"; cet. App. conc. Lat. X. 13, Coll. Lips. XLVII. 14, Coll. Cass. LI. 13, Coll. Bamb. XLII. 13, Comp. I. L. 2. t. 20. c. 15, Decr. Greg. L. II. t. 28. c. 13. — „Pervenit ad nos, quod".

14314 (9312) R(ichardo), archiepiscopo Cantuariensi, respondet „de his, qui iuramentum praestant, quod stabunt iudicio ecclesiae, et postea praestito iuramento appellant". App. conc. Lat. X. 29, Coll. Lips. XLVII. 30, Coll. Cass. XXVIII. 6, Coll. Bamb. XLII. 27. Comp. I. L. 2. t. 20. c. 30, Decr. Greg. L. II. t. 28. c. 20. — „Praeterea de his, qui".

14315 (9313) R(ichardo), archiepiscopo Cantuariensi, mandat, interdicat archidiaconis episcopatus Coventriensis, „ne pro excessibus corrigendis aut criminibus puniendis a clericis vel a laicis poenam pecuniariam, nec pro examinatione ignis vel aquae denarios amplius exigant". App. conc. Lat. II. 3, Coll. Lips. IV. 1, Coll. Cass. XVI. 1, Coll. Bamb. III. 1, Comp. I. L. 5. t. 32. c. 3, Decr. Greg. L. V. t. 37. c. 3. — „Licet iuxta apostolum".

14316 (9314) Richardo, archiepiscopo Cantuariensi, mandat, ut clericos Hugonis comitis, qui sacra contra interdictum procuraverint, „ab officiis et beneficiis suspendat". Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 70, Migne 200 p. 1291, Coll. Lips. XI. 28. — „Ad aures nostras".

14317 (9315) R(ichardo), archiepiscopo Cantuariensi, scribit de controversia G. et F. clericorum. App. conc. Lat. VII. 18, Coll. Lips. XXXV. 18, Coll. Cass. XLII. 19, Coll. Bamb. XXXII. 18, Comp. I. L. 1. t. 2. c. 2, Decr. Greg. L. I. t. 3. c. 2. — „Ex parte venerabilis" „Ex parte Conventrensis".

14318 Richardo, archiepiscopo Cantuariensi, mandat, ut sigillum suum non alienae personae, sed alicui ecclesiae „monacho" committat. (Fragmentum). Fifth report of histor. manuscr. p. 437. — „Cum sis monasticum".

14319 Capitulo Bituricensi concessas a Ludovico, Francorum rege, „in claustro libertates et immunitates" confirmat. In bibl. nat. Paris. Cartul. de Bourges, ms. lat. nouv. acquis. 1274. s. XIII. f. 15. (Chartam Ludov. anno 1174 datam cf. ibid. f. 91.) — „Iustis petentium desideriis".

1177—1181.

14320 (9316) Wichmanno, archiepiscopo Magdeburgensi, et . . . episcopo Brandenburgensi mandat, ut sub anathematis poena sanciant, „ne quis in canonicos vel conversos ecclesiae S. Mariae Magdeburgensis violentas manus iniiciat, aut eorum bona diripere vel occupare praesumat". Ludewig Rel. II. 336, Leuckfeld Ant. Praem. p. 91. — „Non dubitatis illos".

14321 (9317) Ecclesiae S. Mariae Magdeburgensis libertatem, a Norberto quondam archiepiscopo institutam, confirmat. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 121, Ludewig Rel. II. 335, Leuckfeld Ant. Praem. p. 90. — „Significavit nobis".

14322 (9318) Ecclesiae S. Mariae Magdeburgensi asserit ecclesiam S. Iohannis, ab archiepiscopo pro ecclesia de Wlve acceptam. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 121, Ludewig Rel. II. 334, Leuckfeld Ant. Praem. p. 92, Heinemann C. D. Anhalt. I. 442. — „Relatum est nobis".

1177—1181.

14323 (9319) Ecclesiae S. Mariae Magdeburgensi hospitale S. Alexii asserit. Hugo O. P. A. II. 121, Ludewig Rel. II. 333, Leuckfeld Ant. Praem. p. 93. — „Iustis petentium desideriis".

14324 (9320) De feudis cuiusdam praepositi aut ab episcopo aut „ab imperiali beneplacito" decernendum esse scribit. Comp. II. L. 2. t. 2. c. 3, Decr. Greg. L. II. t. 2. c. 7. — „Verum quoniam de".

1178—1181.

14325 (Guidoni) Senonensi archiepiscopo mandat, curet, ut R. archidiacono Meldensi de illatis iniuriis a (Simone) episcopo, cantore et fratre eius Theobaldo, milite de Crispeis, iusticia exhibeatur, cet. Loewenfeld Epistolae p. 205. — „Quoniam dilectus".

14326 (Bartholomaeo) Turonensi archiepiscopo, apost. sedis legato, et (Willelmo) Cenomanensi episcopo scribit, sese litteras, contra G. magistrum a laico quodam falsa suggestione impetratas, irritas denuntiare. Mandat, ut sententiam ab ipsis latam firmiter observari faciant. (Videntur esse duae epistolae, de eadem re ad eosdem praelatos missae). Loewenfeld Epistolae p. 206. — „Significatum est nobis" („Quia ea volumus").

14327 (Willelmo) Cenomanensi episcopo negotium dat, moneat Mathaeum de Belveir, ut Mariae, quondam uxori Iohannis Borgon, debitam pecuniam exsolvat. Loewenfeld Epistolae p. 207. — „Querela Andreae".

14328 (Richardo) Cantuariensi archiepiscopo, apost. sedis legato, mandat, ut Herberto de Boseham, theologiae instruendae vacare cupienti, redditus triennio in scholis conferri faciat. Loewenfeld Epistolae p. 207. — „Cum dilectus filius".

14329 Episcopo Wigorniensi et (Adamo) abbati Eveshamensi mandat, ut clericos quosdam W. de Luci, decano de N., possessiones iniuste detentas restituere iubeant. Qui si appellaverint, utramque partem ad sese accedere vult. Loewenfeld Epistolae p. 208. — „Significavit nobis".

14330 (9321) (Lanfranco) episcopo Papiensi concedit, ut donationes a P(etro) praedecessore eius inconsultis canonicis factas revocet. Comp. I. L. 3. t. 20. c. 2, Decr. Greg. L. III. t. 24. c. 2. — „Fraternitatem tuam credimus".

14331 (9322) L(anfranco) electo Papiensi respondet de consuetudine ecclesiae Papiensis, „ut si de propinquitate illorum, qui sunt matrimonio copulandi, mentio aliqua fiat, presbyteri per ecclesias publice dicant, ut qui novit aliquid, infra terminum qui praefigitur, exeat et dicat". Comp. I. L. 2. t. 13. c. 8, Mansi XXI. 1092. — „Ad haec quoniam".

14332 (9323) (Lanfranco) electo Papiensi scribit de matrimonio Em. de Siderio et filii R. Canis. Coll. Lips. XLV. 4, Comp. I. L. 2. t. 14. c. 2, Decr. Greg. L. II. t. 21. c. 1. — „Causam matrimonii".

14333 (9324) Episcopo Papiensi respondet de puella, „de cuius matrimonio inter Siderios et Canes, cives eius, quaestio fuerit ventilata". Coll. Lips. LIX. 56, Comp. I. L. 4. t. 1. c. 19, Decr. Greg. L. IV. t. 1. c. 14. — „Cum locum non".

14334 (9328) Duci Venetiae concedit, „ut si clericus de terra eius iurisdictionis super pecuniaria causa contra laicum ad suam audientiam appellaverit", causa „non nisi personis, quae de terra eius iurisdictionis sint, secundum legem et consuetudinem Veneticorum iudicanda committatur; ita quod indulgentia nostra" inquit „non debeat nisi nostro tempore durare". App. conc. Lat. XLIV. 4. — „Cum essemus Venetiae".

14335 Capitulo Bituricensi asserit centum monetae Andegavensis libras, ab Henrico, Anglorum rege, pro tutela et custodia feodi cuiusdam concessas. In bibl. nat. Paris. Cartul. de Bourges, ms. lat. nouv. acqu. 1274. s. XIII. f. 17. (Tabulam Henrici a. 1178 datam vid. ibid. f. 32). — „In scripto karissimi".

1179—1181.

Ian. 4. Tusculani

14336 (Roberto) abbati et fratribus S. Michaelis de Periculo-maris concedit, ut duodecim in eorum monasterio „praebendulae, ex testimonio R(olandi) Dolensis electi usque adeo pauperes et exiles, quod ex eis vix possint tres canonici quomodolibet sustentari", cum vacaverint, duobus tantum clericis conferantur. Delisle Chron. de Robert de Torigni II. 312. — „Non solum ex".

1179—1181.

Ian. 5. Tusculani 14337 *Inter fratres S. Bertini Sithienses et Claromarescenses de aqua quadam controversiam terminari iubet. Vide Iohannis Longi chron. S. Bertini in MG. SS. XXV. 815.

„ 12. 14338 *In ecclesia Burburgensi duos esse curatos vult. Vide Iohannis Longi chron l. l.

„ 20. 14339 (9329) M(auricio) episcopo Parisiensi asserit licentiam a sororibus Ederensibus permissam, ut ex ruinoso parthenone Giffensi novam abbatiam efficiat. Gall. Chr. VII. Instr. 74, Malingre Les antiquitez de Paris, Livre IV. 72, Migne 200 p. 1292. — „Ex autentico scripto".

„ 20. „ 14340 Parthenonis Giffensis libertates, ab Eva abbatissa Hederensi concessas, petente Eremberta abbatissa, confirmat. Cartul. de l'abbaye de Yerres, LL. 1599 A. f. 226 in tabul. nat. Paris. (Ex Coll. Baluze t. 73. f. 117 in bibl. nat. Paris. misit Delisle). — „Ex autentico".

Febr. 7. 14341 Fratribus Vallis S. Petri asserit terras quasdam, ab Hen(rico) quondam archiepiscopo Remensi fratribus Praemonstratensibus abiudicatas. Autogr. in tabul. nat. Paris. L. 231 n. 57. — „Vidimus scriptum".

„ 8. 14342 (9330) Pactionem Henrici quondam episcopi et capituli Mutinensis confirmat, ut archiepiscopum (Ravennatem) et legatos apostolicos, si Mutinam venerint, primo die episcopus, secundo canonici procurare debeant. Tiraboschi Mem. Mod. III. 77, Migne 200 p. 1293. — „Cum inter vos".

14343 *Iohanni decano et canonicis Noviomensibus concedit, ne quis ab eis de novalibus, quae propriis sumptibus excolant vel de animalibus decimas exigat. (Clausulae verba: „Anno pont. — vicesimo" aliena manu addita sunt). Teulet Layettes du trés. des chartes I. 122.

14344 (Frumoldo) episcopo, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis in episcopatu Atrebatensi constitutis scribit, se ex Te. episcopi relatione cognovisse, vicarios (Willelmi) archiepiscopi Remensis, S. Sabinae cardinalis, apost. sedis legati, alios vice sua constituisse. Prohibet, „ne huiusmodi procuratoribus vel legatis respondeant, nisi pro ipsis speciale mandatum a sese receperint". In bibl. nat. Paris. Cart. d'Arras ms. lat. 9930. s. XIII. f. 8. — „Te. frater episcope".

14345 (9331) Archiepiscopo Vituriensi (Bituricensi) respondet, se L(udovicum) Francorum regem admonuisse, ne a Iudaeis „christiana mancipia detineri, synagogasque de novo construi" pateretur. „Verum si" inquit „antiquae synagogae corruerint, vel ruinas minantur, ut reaedificentur potes aequanimiter tolerare, non autem, ut eas exaltent, aut ampliores aut pretiosiores faciant, quam antea fuisse noscuntur; quod utique pro magno debent habere, quod in suis observantiis et veteribus synagogis tolerantur". Coll. Luc. ap. Baluzii Misc. III. 379, App. conc. Lat. L. 36, Coll. Lips. LV. 5, Coll. Bamb. XLVII. 5, Coll. Cass. LIV. 5, Comp. II. L. 2. t. 19. c. 1, L. 5. t. 4. c. 1, Decr. Greg. L. II. t. 28. c. 29. L. V. t. 6. c. 7. Bouquet Rec. XV. 968, Mansi XXI. 1106. — „Consuluit nos tua".

14346 (9332) R(ichardo), archiepiscopo Cantuariensi, (al. Archiepiscopo Eboracensi) scribit, ut clericos, qui „residere in loco et curam eius per se exercere" recusent, amovere possit. Ad alias quaestiones quasdam respondet. App. conc. Lat. XV. 1. 2, Coll. Lips. LII. 1. Coll. Cass. LIII. 1. Coll. Bamb. XLV. 1, Comp. I. L. 3. t. 4. c. 4, L. 3. t. 33. c. 7, Decr. Greg. L. III. t. 4. c. 4, t. 38. c. 5. 10. — „Relatum est nobis" „De cetero prudentiae" „Cum laici, episcopis" „Quod autem consulis".

14347 (9333) Electo et capitulo Cassan. exponit de concilii Lateranensis edicto: „ut bona per ecclesiam acquisita ad eam in clericorum obitu devolvantur". Comp. II. L. 3. t. 14. c. 2, Decr. Greg. L. III. t. 26. c. 12. — „Relatum est auribus".

14348 (9334) Episcopo Divellensi (al. Dulmensi) respondet, „cum, cui ante 25 annum aetatis suae, nondum concilio Laterani celebrato, concessum fuerit magisterium ecclesiae, non esse ecclesia spoliandum". App. conc. Lat. XXV. 4, Coll. Lips. XIX. 7, Coll. Cass. XXX. 7. Coll. Bamb. XX. 7, Comp. I. L. 1. t. 8. c. 7. — „A nobis tua".

14349 (9251. 9335) Episcopum quemdam hortatur, ne in ordinandis ecclesiis statuta concilii Lateranensis laedat. Interdicit, ne „in eos, qui ab eo terras vel possessiones alias teneant in feudum, licet super feudis illis coram eo stare iustitiae sint parati, sine iudicio excommunicationis seu interdicti sententiam ferri permittat". Coll. Lips. XIX. 4, XLVII. 2, Coll. Cass. XXX. 4, Coll. Bamb. XX. 4. 5, Comp. I. L. 1. t. 8. c. 5, L. 2. t. 1. c. 7,

1179—1181.

L. 2. t. 20. c. 43, Decr. Greg. L. I. t. 14. c. 4, L. II. t. 1. c. 5, L. II. t. 28. c. 27, L. III. t. 38. c. 22. — „Eam te decet“ „Ad haec praesentibus“ „Ceterum quia quandoque“.

14350 (8937. 8940) (Rogero) archiepiscopo Eboracensi respondet de appellationibus et de concessionibus praebendarum. Statuit praeterea haec: „si sententiam a nobis latam praeceperimus per aliquem executioni mandari, et fraus intervenerit, non est facultas executori de negotio toto cognoscere, sed referri quaestiones ad sedem apostolicam oportebit“. App. conc. Lat. XLVII. 7, XLIX. 12. 13, Coll. Lips. XLVII. 38. 39. 40. 41, Coll. Cass. LI. 35. 36. 37, Coll. Bamb. XLII. 34. 37, Comp. I. L. 2. t. 20. c. 38. 39. 40, L. 2. t. 19. c. 7, Decr. Greg. L. II. t. 27. c. 5, L. II. t. 28. c. 24, L. III. t. 8. c. 3. — „Proposuit nobis“ „Relatum est auribus“ „In eminenti specula“ „Cum aliqua causa“ „De cetero noveris“.

14351 Archiepiscopo Gradensi eiusque suffraganeis mandat, prohibeant sub anathematis interminatione, ne quis parochianorum ulterius ligneamenta ad faciendas galeas Saracenis deferat, vel naves aut operas ad portandum locet, aut pecuniam credat cet. Coll. Lips. LV. 6. — „Grave gerimus“.

14352 Aurium, ducem Venetiae, hortatur, ne subditos suos ligneamenta aliasque res Saracenis vendere vel locare patiatur. Mirari se, quod dux auctoritate litterarum apostolicarum hoc permisisse dicatur. Coll. Lips. LV. 7. — „Et pro te sumus“.

1180—1181.

Mai. 23. Tusculani — 14353 M(iloni) episcopo Taurinensi et O(berto) archidiacono Mediolanensi mandat, componant litem inter T(edaldum) episcopum Placentinum et P(etrum) Romanae ecclesiae subdiaconum, S. Antonini praepositum, de ecclesia Brunetensi litigantes. Pflugk-Harttung Acta III. 280, (Wiener Sitzungsber. XCIV. 670). — „Cum inter I(ohannem?)“ „Cum inter fratrem“.

Aug. 30. — 14354 Monasterio Agaunensi asserit ecclesiam S. Mauritii de Aigle, a Guarino, episcopo Sedunensi donatam, a Ludovico, eius successore, ereptam, sed a Stephano, archiepiscopo Viennensi, apost. sed. legato, restitutam. Schweizer. Urkundenreg. II. 307.

1181. *(Ind. 14, pont. a. 22, 1180. — 25. Mart. — 1181.)*

Ian. 3. Tusculani — 14355 L(anfranco) episcopo Papiensi mandat, iudicet inter abbatem monachosque Fructuarienses et moniales de Rocca. Hist. Patr. Mon. Chart. II. 1080. — „Causam quae inter“.

„ 4. „ — 14356 (9336) P(aulo), episcopo Praenestino, aliisque heredibus bon. mem. Io(hannis), SS. Io(hannis) et Pa(uli) cardinalis presbyteri, praecipit, ut quosdam libros scholasticos fratribus ecclesiae S. Frigdiani Lucensis restituant. Baluzii Misc. IV. 596. — „Recepimus litteras“.

„ 13. „ — 14357 (9337) Canonicorum ecclesiae Ianuensis tutelam suscipit possessionesque et privilegia confirmat, Oberto praeposito et Bonifatio archidiacono petentibus. Pflugk-Harttung Acta III. 286, (Ughelli It. sacr. IV. 872). — „Quotiens a nobis“.

„ 15. „ — 14358 Monasterii Flaviniacensis possessiones quasdam et compositiones cum fratribus Fontanetensibus, Ungiacensibus ac O(ttone), quondam duce Burgundiae, factas confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 281. — „Inter cetera quibus“.

„ 16. „ — 14359 Canonicis S. Gangerici Cameracensibus concessas a Nicolao quondam episcopo praebendas ad reparationem claustri et officinarum confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 282. — „Iustis petentium desideriis“.

„ 16. „ — 14360 (9338) Duces, principes, comites, barones, universos dei fideles, solitis beneficiis propositis hortatur, ut terrae Hierosolymitanae infidelium incursionibus contritae subveniant, praesertim cum Balduinus rex „ita sit graviter iusto Dei iudicio flagellatus, ut vix ad tolerandos sufficiat continuos sui corporis cruciatus“. Gesta Henrici II., olim Benedicto Petrob. tributa, 1181 ed. Stubbs I. 272, Rogeri de Hoveden Annal. 1181 ap. Savile R. A. SS. 349, ed. Stubbs II. 255, Bouquet Rec. XV. 973, Mansi XXI. 915, Migne 200 p. 1294. — „Cor nostrum et“.

(„) („) — 14361 (9339) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, aliis ecclesiarum praelatis milites templi missos, qui terrae orientali auxilium peterent, commendat. Gesta Henrici II., olim Benedicto Petroburg. tributa, 1181 ed. Stubbs I. 275, Rogeri de Hoveden Annal. 1181 ap. Savile R. A. SS. 349^{b}, ed. Stubbs II. 258, Bouquet Rec. XV. 972, (Mansi XXI. 917, Migne 200 p. 1296). — „Cum orientalis terra“.

1181. *(Ind. 14, pont. a. 22. 1180—25. Mart. — 1181.)*

Ian. 19. Tusculani 14362 Monasterii S. Pauli Cormeriacensis patrocinium suscipit possessionesque et privilegia confirmat, petente Gerardo abbate. Mém. de la soc. de Touraine XII. Cartulaire de Cormery p. 132. — „Quoticns a nobis".

19. „ 14363 Domus eleemosynariae Andegavensis, a Stephano senescallo Andegavensi conditae, protectionem suscipit, bonaque confirmat. Orig. in Arch. dép. Maine et Loire in Angers. (Cop. in Coll. Housseau V. n. 1944 in bibl. nat. Paris.). Misit Delisle. — „Licet locis".

„ 20. „ 14364 Confirmat canonicorum S. Gaugerici Cameracensium constitutionem, ut „praebenda ad donum capituli spectans, nemini nisi diacono vel sacerdoti, in ecclesiae servitio assiduo, concedatur, et nisi vacaverit, nulli donetur". Pflugk-Harttung Acta I. 283. — „Ea quae a".

„ 23. „ 14365 (9350) (Hugoni) episcopo Dunelmensi. (al. Eboracensi, al. et Eboracensi), et abbatibus S. Edmundi et S. Albani significat, se mandasse (Roberto) Herefordensi et (Balduino) Wigorniensi episcopis, tunc Fordenensi abbati, et b. m. magistro P(etro) de Melidis, „ut si archiepiscopus Cantuariensis privilegia, quibus abbas et fratres S. Augustini se ab eius impetitione defendi crederent, vellet redarguere falsitatis, ea sibi faciant quamtocius exhiberi et quae praeponerentur hinc inde, appellatione semota, diligentius audientes fideliter et studiose conscribi". (Vide supra 13708). Controversiam autem per hos non esse terminatam scribit. „Nos itaque", inquit, „censuimus, ut coram vobis exhibeantur privilegia, quae (Richardus) archiepiscopus duxerit arguenda, in claustro praedictorum fratrum, vel in alio loco ipsius omnino securo et illi congruo, ad arbitrium vestrum, usque ad proximum festum nativitatis b. Iohannis baptistae (24. Iunii). Nolumus autem exhiberi omnia simul, sed uno exhibito, et ipsius inspiciendi et contra scribendi, si necesse fuerit, copia praestita, reddatur illud fratribus ipsis, et aliud praesentetur. Deinde usque ad purificationem b. Mariae sequentis anni (2. Febr. 1182) archiepiscopus, sufficienter instructus ad redarguenda privilegia praedicta, per se vel sufficientem responsalem, ad apostolicam sedem accedat". Interim autem privilegia ipsa nolle se vacillare. Hist. Mon S. Aug. Cant. p. 442. (Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1832, Comp. II. L. 2. t. 14. c. 2, Decr. Greg. L. II. t. 22. c. 4). — „Recepimus literas" „Accepimus literas".

„ 24. 14366 Monasterio Flaviniacensi ecclesiam S. Simphoriani aliasque, in quibus ius praesentationis habet, cum iure decimarum, oblationum et aliorum beneficiorum confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 283. — „Iustis petentium desideriis".

Febr. 5. „ 14367 (9340) Monasterii S. Mariae Cellae-superioris Wirzeburgensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Rabenoldo abbate. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 386. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 9. 14368 (9341) Pacem inter Theobaldum abbatem Cluniacensem et (Guillelmum) comitem Cabilonensem a Philippo Francorum rege factam ac compositionem cum Girardo (comite Matisconensi) confirmat. Bullar. Cluniac. p. 76. Bouquet Rec. XV. 974, Migne 200 p. 1297. — „Cum ecclesiae vestra".

„ 10. „ 14369 (9342) Theobaldo abbati et capitulo Cluniacensi significat, se (Stephano) episcopo Eduensi mandasse, ut capellam Belnensem consecraret. Qui si mandatum exsequi noluerit, permittit iis, ut episcopum Bellicensem ad conficiendam consecrationem invitent. Bullar. Cluniac. p. 76. Bibl. Cluniac. p. 1444. Migne 200 p. 1298. — „Cum apud Belnam".

„ 11. „ 14370 Heinrico, episcopo Basileensi, praecipit, ut excommunicationis sententiam, qua Horlinus (leg. Ortlibus) praedecessor eius praepositum Reiningensem contra privilegia apostolica affecerit, irritam esse iubeat. Trouillat Mon. de Bâle II. 20. — „Veniens ad nos dilectus".

„ 25. „ 14371 (9343) G(uidoni), archiepiscopo Senonensi, H(enrico), episcopo Baiocensi, S. abbati S. Genovefae et decano ecclesiae Baiocensis mandat, ut in controversia inter R(olandum), electum Dolensem, et B(artholomaeum), archiepiscopum Turonensem, apostolicae sedis legatum, testium dicta litteris consignent. Martene Thes. III. 907, Morice Mém. de Bret. I. 675, Bouquet Rec. XV. 975. — „Venerabilis frater".

„ 26. „ 14372 Monasterio S. Lazari Cameracensi bullam dat. Neues Archiv VII. 107. — „Cum (de sacrae?" „Cum ex iniuncto?").

1181. *(Ind. 14, pont. a. 22, 1180—25. Mart. — 1181.)*

Mart. 4. Tusculani — 14373 Praebendam ab Eustachio, archidiacono Cenomanensi, constitutam confirmat. Chartul. eccl. Cenoman. in Instit. des prov. de France 2. sér. II. 82. — „Ea, quae a".

„ 8. „ — 14374 Inter monasteria Fusniacense et S. Michaelis de Terasca super nemore quodam arbitrium, a Persico Beneventano et Gregorio Corano iudicibus actum, repetit et approbat. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 85. f. 1. — „Cum dilecti filii".

„ 10. „ — 14375 (9344) Ecclesiae S. Mariae Flottinensis protectionem suscipit, ac disciplinam possessiones, privilegia, petente Willelmo priore, confirmat. Flottin Hist. gén. des pays de Gastinois p. 291, Migne 200 p. 1298. — „Religionis viris" „Religiosis viris".

„ 15. „ — 14376 Monasterii Marsnensis libertatem, possessiones, privilegia confirmat, petente Petro, abbate S. Romigii Remensis. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12693. (Monastic. Benedict. XXXVI.) f. 149, Neues Archiv VII. 107. — „Cum de sacrae".

„ 21. „ — 14377 (9345) Parthenonem S. Zachariae Venetum, petente Casota abbatissa, tuendum suscipit eiusque bona confirmat. Cornelii Eccl. Ven. XI. 375, (Gloria Cod. dipl. Pad. II. 408). — „Apostolici moderaminis".

„ 21. „ — 14378 (Rogero) abbati S. Augustini Cantuariensi concedit, ut si quis in ecclesiis ad monasterii ordinationem pertinentibus sine eius vel fratrum assensu rector fuerit institutus, eum removeat. Hist. mon. S. Aug. Cant. p. 437. — „Cum in ecclesiis".

„ 21. „ — 14379 (Rogero) abbati S. Augustini Cantuariensi indulget, ne quis clericorum „commissam sibi ecclesiam cuiquam ad firmam assignet". Hist. Mon. S. Aug. Cant. p. 440. — „Audivimus et audientes".

„ 23. „ — 14380 H(ugoni) episcopo Dunelmensi et abbati S. Albani mandat, curent, ne (Richardus) archiepiscopus Cantuariensis et eius officiales, lite super privilegiis S. Augustini pendente (v. supra 14365), de possessionibus monasterii, vel hominibus, clericis et ecclesiis se aliquatenus intromittant. Hist. mon. S. Aug. Cant. p. 441. — „Cum super quaestionem".

„ 23. „ — 14381 (9346) Monachis Casinensibus asserit „viginti uncias auri de Castellone et quinque alias de Cinglis fratrum usibus a P(etro) abbate deputatas". Gattulae Hist. Cas. p. 337, Tosti St. di Montec. II. 206, Migne 200 p. 1303. — „Cum monasterium".

„ 23. „ — 14382 (9347) P(etro), abbati Casinensi, concedit, „ut abbatissas et monachas monasteriorum eius, in quibus alius ius episcopale non habet, a quo maluerit catholico episcopo benedici faciat et velari". Gattulae Hist. Cas. p. 421, Tosti St. di Montec II. 207, Migne 200 p. 1304. — „Si quando".

„ 27. „ — 14383 (9348) Monasterii S. Mariae Spainsardensis tutelam suscipit et privilegia bonaque confirmat, petente Rodulfo praeposito. Hugo O. P. A. II. Pr. p. DXXV. (corr. DIX., paginae enim falso signatae sunt). — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 27. „ — 14384 Monasterii Sacri-portus possessiones quasdam confirmat, petente Ivone abbate. In bibl. nat. Paris. Cartul. Sacri-portus ms. lat. 5466. f. 20. — „Iustis petentium desideriis".

„ 28. „ — 14385 Guillelmo abbati et fratribus S. Ruffi (dioc. Valentin.) indulget, ne quis eos excommunicare vel eorum ecclesias interdicere audeat. Gall. Chr. XVI. Instr. 108. — „Ex officio summi".

„ 28. „ — 14386 (9349) Cazimiri, ducis Poloniae, leges, „de consilio (Sbislavi) archiepiscopi et episcoporum Poloniae et principum terrae" constitutas, confirmat, „ne bona decedentium episcoporum amplius confiscentur; ut si quispiam in res defuncti episcopi manus iniecerit, vinculo anathematis teneatur". Laudat eum, quod „consuetudinem, quae a principibus terrae servabatur, videlicet ut quocumque pergerent, pompatice invadentes, horrea pauperum evacuarent, et si inter absentes aliquid negotioli quandoque contigerit, impii satellites discurrentes raptos quoscumque caballos pauperum agrestium vel enervarent in cursu, vel omnino destruerent, emendaverit". Dlugossi Hist. Pol. I. 543, Hasselbach Cod. Pom. dipl. I. 118, Bielowski Mon. Pol. hist. II. 401, Cod. dipl. mai. Pol. I. 31, Mansi XXI. 914, Migne 200 p. 1304. — „Ex parte tuae".

Apr. 11. „ — 14387 (9351) Monasterio Lacensi „decimam salicae terrae cum decima in villa de Crofte" asserit. Günther Cod. dipl. Rh. Mosel. I. 436, Beyer M. U. II. 83. — „Iustis petentium desideriis".

„ „ — 14388 In ecclesia S. Laudi de Burgo-Achardi institutam b. Augustini regulam confirmat, canonicisque privilegia quaedam concedit. („. . . . Id. April."). Chartul. S.

1181. *(Ind. 14, pont. a. 22, 1180 — 25. Mart. — 1181.)*

Laudi, ms. lat. 9212. s. XVIII. f. 7. Coll. Moreau t. 69. f. 223 in bibl. nat. Paris. — „Iniunctum nobis a Deo".

Apr. 15. Tusculani 14389 (9352) Ecclesiae S. Laudi de Burgo-Achardi protectionem suscipit possessionesque ac privilegia confirmat. petente Radulfo priore. Armorial général ou registres de la noblesse de France. Registre IV.. Du Quesnoy Pr. p. 1, Migne 200 p. 1305. — „Quotiens a nobis petitur".

„ 21. 14390 Monasterii Molismensis tutelam suscipit. ac disciplinam, possessiones, privilegia confirmat. petente Willano abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 283. — „Effectum iusta postulantibus".

22. 14391 (9353) Ecclesiam SS. Agapii et Secundini Eugubinam tuendam suscipit eiusque bona ac iura confirmat, petente Salvo priore. Sarti de ep. Eug. p. 116. — „Effectum iusta postulantibus".

Mai. 12. 14392 (9354) Monasterium S. Silvestri in insula Buci tuendum suscipit eiusque bona ac privilegia confirmat. Farlati III sacr. IV. 243. Mon. Hung. hist. I. XI. 141. — „. . . . . quapropter dilecti".

13. 14393 (9355) Monasterium S. Rufilli Foropopuliense tuendum suscipit, bonaque eius confirmat. petente Benedicto abbate. Bull. Vatic. I. 66. Migne 200 p. 1308. — „Effectum iusta postulantibus".

22. 14394 *Monasterii S. Bertini Sithiensis „patronatus curatum, aliud beneficium assecutum et exire nolentem. expellit". Vide Iohannis Longi chron. S. Bertini in MG. SS. XXV. 815.

„ 22. 14395 *Fratribus S. Bertini Sithiensibus mandat. ut „in cura de Xeoportu numerum monachorum restituant". Vide Iohannis Longi chron. l. l.

22. 14396 *Decanum Burburgensem propter iniurias monasterio S. Bertini Sithiensi illatas punit. Vide Iohannis Longi chron. l. l.

„ 22. 14397 *Fratribus S. Bertini Sithiensibus scribit de consecranda ecclesia in Nova-palude constructa. Vide Iohannis Longi chron. l. l.

„ 24. 14398 Monasterii S. Bertini Sithiensis libertatem, possessiones. privilegia confirmat, petente Simone abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 85. f. 11. (In Iohannis Longi chron. S. Bertini, MG. SS. XXV. 815 perperam legitur: „Dat. Tuscul. Id. Iunii 1181", cet). — „In eminenti apostolicae".

Iun. 1. 14399 (9357) Monasterii S. Mariae Hambeyensis protectionem suscipit. iuraque confirmat, petente Iocelino abbate. Copia a. 1640 in Arch. dép. de la Manche in St.-Lô H. 4539 (Neustria pia p. 822). — „Religiosam vitam eligentibus".

3. Viterbii 14400 Clero populoque Toletano nuntiat. sese Petrum de Cardona electum archiepiscopum confirmare. Neues Archiv VI. 294. — „Ad vestram volumus".

24. 14401 (9358) Canonicos ecclesiae Cabilonensis vetat ab episcopo sine iusta causa excommunicari. Perry Hist. de Chal. Pr. p. 54. L'Illustre Orbandale II. Pr. p. 65. Gall. Chr. IV. Instr. p. 244: „VIIII. kal. Iul."; sic etiam in chartul. S. Vinc. Cabil. ms. lat. 17090 in bibl. nat. Paris.. ut nos docet Delisle; (Mansi XXI. 1041, Migne 200 p. 1310: „VII. kal. Iul."). — „Quotiens a nobis petitur".

24. „ 14402 Gauterio decano et capitulo Cabilonensi concedit, ut malefactores suos excommunicent. Ex Chart. S. Vincentii Cabil. f. 124, in bibl. nat. Paris. ms. lat. 17090. Misit Delisle. — „Ideo cura".

„ 25. („) 14403 (9359) Ecclesiae S. Iacobi Compostellanae privilegia confirmat, petente Petro archiepiscopo. (Fragmentum). Ferrer Hist. de Sanctiago p. 227. — „In eminenti apostolicae".

27. 14404 Gauterio decano et capitulo Cabilonensi scribit, ne quis canonicorum ecclesiae terras invadat aut retineat. Ex chartular. S. Vinc. Cabil. f. 123 in bibl. nat. Paris. ms. lat. 17090. Misit Delisle. — „Ideo sumus".

28. 14405 (9360) Ecclesiae S. Laurentii Viterbiensis protectionem suscipit et possessiones confirmat. petente Egidio archipresbytero. (Pro „IV. Iulii" leg. „IV. kal. Iulii"). Bussi Ist. di Viterbo p. 401, cf. p. 100. — „Effectum iusta postulantibus".

29. 14406 (9361) Galtero decano et capitulo Cabilonensi concedit, ut si Engilbertus episcopus „personis idoneis ad repraesentationem eorum curam animarum in ecclesiis committere noluerit, liceat iis, illas Eduensi episcopo praesentare". Gall. Chr. IV. Instr. p. 244. Perry Hist. de Chalon Pr. p. 54, L'Illustre Orbandale II. Pr. p. 64, (Mansi XXI. 1041, Migne 200 p. 1311). — „Significastis nobis".

1181. *(Ind. 14, pont. a. 22, 1180—25. Mart. — 1181.)*

Iul. 6. Viterbii — 14407 (9362) Belam, Hungariae regem, hortatur, ne archiepiscopo Spalatino libere eligendo diutius impedimento sit, utque eidem ecclesiae pecuniam, per Minoslaum (leg. Miroslaum) comitem Rainerio quondam archiepiscopo ablatam, reddendam curet. Farlati Ill. sacr. III. 212, Fejér C. D. II. II. 197, Migne 200 p. 1311. — „Significantibus nobis dilectis".

„ 7. „ — 14408 Miroslavo comiti Tacholmitano salutem apostolicam denegat, quia et legatum recipere et litteris suis parere recusaverit. Hortatur, ne ecclesias dei earumque ministros inquietet, utque pecuniam archiepiscopo Spalatino ablatam restituat. Theiner Vet. mon. Slav. meridion. I. 1, Mon. Hung. hist. I. XI. 143, Pflugk-Harttung Acta II. 377. — „Quod tibi benedictionis".

„ 7. „ — 14409 (9363) Ecclesiae S. Crucis Metensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia, petente Hugone abbate, confirmat. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 473. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 9. „ — 14410 (9364) Monasterii S. Mariae Iauduriensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat. (Signa chronologica sunt vitiosa). Hugo O. P. A. I. Pr. p. 653. — „Religiosam vitam eligentibus".

9? „ — 14411 (9365) Ecclesiae Iusti-montis protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat. („Dat. VII. Iul."; an „VII. id. Iul."?) Hugo O. P. A. I. Pr. p. 729. — „Quoties a nobis petitur".

„ 14. „ — 14412 (9366) Sigehardo, abbati Laureshamensi, eiusque successoribus usum anuli concedit, petente Conrado, archiepiscopo Salzburgensi, apostolicae sedis legato. Chron. Lauresh. in MG. SS. XXI. 453. — „Eos, qui in".

„ 17. „ — 14413 (9367) Monasterii SS. Martini Laurentii et Hippolyti Faventini protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Simone abbate. Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 101. — „Quotiens a nobis petitur".

„ 19. „ — 14414 (9368) Ecclesiam Tarvisinam tuendam suscipit, canonicorumque bona confirmat, petente Dodone decano. Ughelli It. sacr. V. 529, Migne 200 p. 1314. — „Quotiens a nobis".

„ 22. „ — 14415 (9369) Monasterii S. Mariae et S. Udalrici Adelbergensis, rogatu Odelrici abbatis, protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, imposito monachis aurei unius censu annuo. Besold Doc. red. p. 8, Wirtemberg. Urkundenb. II. 217, (Hugo O. P. A. I. Pr. p. 81, Petri Suev. eccl. p. 3). — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 25. „ — 14416 Capituli ecclesiae maioris Placentinae statutum de numero duodeviginti canonicorum approbat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 678. — „Relatum est nobis".

„ 26. — 14417 (9370) Archiepiscopum et episcopos per Sueciam constitutos hortatur, ut subiectorum animis consulant. Haec addit: „Apostolorum limina visitantibus Anglicis biennium, vestratibus autem, quia remotissimi sunt, et quia se constituerunt sedi apostolicae censuales, triennium de iniuncta penitencia peccatorum relaxamus; non autem dubium est, quin illis, qui non veniunt, et censum solvunt, solucio ipsa ad remissionem valeat delictorum". Concedit, ut eos, qui „sine mutilatione, vel exoculatione, aut morte in clericos manus violentas iniecerint, ab excommunicationis sententia relaxent". Liljegren Dipl. Suec. I. 74, Örnjälm Hist. Sueon. p. 539, Migne 200 p. 1315. — „Quanto minus instructi".

„ 28. „ — 14418 (9371) Monasterii S. Nicolai Aroasiensis privilegia quaedam confirmat, bulla ad Galterum abbatem. Gall. Christ. III. 435, Gosse Hist. d'Arrouaise p. 422. — „Ex debito pastoralis".

„ 28. „ — 14419 (9372) Theobaldo abbati et fratribus Cluniacensibus concedit, „ut nullus infra parochias eorum, et praecipue de Molinis, ecclesiam, capellam seu oratorium absque consensu eorum et dioecesani episcopi aedificare praesumat". Bullar. Cluniac. p. 72, Migne 200 p. 1316. — „In eo sumus loco".

„ 28. „ — 14420 Monasterii S. Petri de Monte protectionem suscipit, possessiones confirmat, iura instituit, petente Iohanne abbate. In bibl. nat. Paris. Chartul. S. Petri de Monte, scr. a. 1392., ms. lat. 12866. f. 6. — „Cum universis venerabilibus".

Aug. 15. „ — 14421 Ecclesiae S. Mariae Obernkirchensis et Henrici praepositi patrocinium suscipit bonaque confirmat. Wippermann Urkundenb. des Stiftes Obernkirchen p. 3. — „Apostolicae sedis auctoritas".

„ 15. „ — 14422 Canonicorum S. Ambrosii Mediolanensium tutelam suscipit, bonaque et privilegia

1181. *(Ind. 14, pont a. 22, 1180.—25. Mart.—1181.)*

confirmat, petente Nazaro praeposito. Pflugk-Harttung Acta III. 287. (Giulini Mem. di Milano VI. 509). — „Quotiens a nobis".

Aug. 16. Viterbii — 14423 (9373) (Wolframo), abbati S. Michaelis Bambergensi, mitrae usum concedit. Ussermann Ep. Bamb. C. Pr. p. 122. — „Ordo rationis".

14424 *Monasterii Cassiacensis tutelam suscipit ac possessiones confirmat, petente Ebalo abbate. Mém. de la soc. acad. de St. Quentin IV. sér. I. 271, cf. Gall. Chr. IX. 431.

„ 30. urbe Castellana — Moritur „III. kal. Sept.", Emort. mon. Casin. ap. Muratori R. It. SS. V. 75, Necrol. Casin. ap. eund. VII. 944, Hist. Farf. in MG. SS. XI. 590, Chronica de Mailros 1181 ap. Fell R. A. SS. p. 175, ed. Stevenson p. 91; cf. Alexandri epitaphium in Archivio della soc. Romana di stor. patr. II. 361, et in Magno chron. Belg. ap. Pistorium et Struvium R. G. SS. III. 207, et ap. Watterich II. 649. Chron. Gaufr. prioris Vosiensis ap. Labbe Bibl. II. 327, in MG. SS. XXVI. 203: „Hebdomada eiusdem mensis (Augusti) ultima Alexander urbe Castellana decedens". (Annal. Ratispon. 1181 in MG. SS. XVII. 589: „kal. Sept."; Annal. Ceccanenses 1181 ibid. XIX. 287: „Tertio die intrante mense Septembri Alexander papa obiit"; Gesta Henrici II., olim Benedicto Petroburg. tributa, 1181 ed. Stubbs I. 282: „migravit in ipsa b. Matthaei apostoli vigilia. mense Septembris, duodecimo kalendas Octobris").

VICTOR IV. (OCTAVIANUS) antipapa. 1159—1164.

Victor usurpavit sententiam hanc: „Tu es gloria mea, tu es susceptor meus, tu exaltas caput meum domine" (14434, 14442, 14444, 14469, 14474, 14480.)

Testes bullis eius subscripserunt:

ep. Botomiensis (Bituntinus?)	Iohannes	Oct.-Nov. 1159	(bull. 14427)
„ Ferentinensis	Hubaldus	a 19. Febr. 1160 ad 11. Sept. 1162	
„ Melphiensis	Riccardus	a Oct.-Nov. 1159 ad 2. Mart. 1160	
„ Signinus	Theodericus	anno 1163	(bull. 14480)
„ Tusculanus	Imarus	a 15. Febr. 1160 ad 19. Febr. 1160	
	Theobaldus	a 11. Sept. 1162 ad 27. Oct. 1162	
„ . . . . ?	Livdo(?).	anno 1163	(bull. 14480)
pr. card. tit. Calixti	Guido (Cremensis)	a Oct.Nov. 1159 ad a. 1163	(bull. 14480)
„ „ „ S. Chrysogoni	Albertus	anno 1163	(bull. 14480)
„ „ „ S. Clementis	Heinricus	a 18. Mart. 1161 ad 25. Iul. 1161	
„ „ „ Pastoris	Iohannes	a 19. Nov. 1162 ad 27. Oct. 1162	
„ „ „ SS. Silvestri et Martini	Iohannes	a Oct.-Nov. 1159 ad 9. Iun. 1161	
„ „ „ S. Susannae	Humfredus	a 25. Iul. 1161 ad 1163	(bull. 14480)
diac. card. S. Angeli	Landus	a 15. Febr. 1160 ad 1163	(bull. 14480)
„ „ S. Georgii ad velum aureum	Gerardus	a 13. Iul. 1162 ad 27. Oct. 1162	
„ „ S. Mariae in Aquiro	Iohannes	a 15. Febr. 1160 ad 2. Mart. 1160	
	Gerardus	a 13. Iul. 1162 ad 1163	(bull. 14480)
„ „ SS. Sergii et Bacchi	Berardus (al. Bernhardus)	a 15. Febr. 1160 ad 25. Iul. 1161	
„ „ S. R. E.	Gerardus	a 19. Nov. 1160 ad 9. Iun. 1161	
„ „ S. R. E.	Aicardus	d. 29. Dec. 1160	

Datae bullae sunt p. m.

Iohannis S. R. E. subdiaconi et scriptoris	Oct.-Nov. 1159 (bulla 14427)
Godefridi S. R. E. notarii	Febr. 1160 (bulla 14433)
Magistri Gerardi S. R. E. subdiaconi	a 15. Febr. 1160 ad 9. Iun. 1161
Gerardi S. R. E. subdiaconi et dictatoris	d. 11. Mai 1161 (bulla 14497)
Gerardi S. R. E. subdiaconi et notarii	d. 11. Mai 1161 (bulla 14498) ad 25. Iul. 1161
Iohannis S. R. E. presb. card. et cancellarii	a 5. Apr. 1162 ad annum 1163 (bulla 14480).

1159. *(Ind. 8, pont. a. 1.)*

Sept. 7. Romae in ecclesia b. Petri — Eligitur. Vide supra ad 7. Sept. 1159 in Alexandri III. regestis.

Inthronizatur. Vide Victorianorum epist. in Ragewini Gest. Frid. L. IV. c. 52 in MG. SS. XX. 474: „nostrum electum manto induimus et intronizatum in sede b. Petri collocavimus". Cf. Arnulfi Lexov. epist. ed. Giles p. 124, ap. Watterich II. 466: „Sic indutus ad cathedram (S. Petri) cucurrit".

„ 7. ad palatium S. Petri — deducitur. Vide cardinalium epistolam in Ragewini Gest. Frid. L. IV. c. 52 in MG. SS. XX. 474.

(„) — 14425 (Rainaldo) archiepiscopo Coloniensi de electione sua scribit eumque rogat, ut Fridericum imperatorem ad superandos schismaticos cohortetur. Chronica regia Colon. in MG. SS. XVII. 773, ed. Waitz p. 106. (Ante consecrationem scriptam esse epistolam, putat Meyer Die Wahl Alexanders III. p. 24). — „Credimus indubitanter".

Oct. 4. Farfae — Consecratur ab Imaro Tusculano, (Ricardo) Melphiensi et Ubaldo Ferentinensi episcopis; vide supra Alexandri III. ep. 10601. „In prima dominica mensis Octobris", Ragev. L. IV. c. 50 et 52. l. l. p. 470, 474, cf. cardinalium Alexandrinorum epistolam in Theineri Disqu. crit. p. 213, ap. Watterich II. 493. Farfae factam consecrationem esse, reperimus in Annal. Ceccanens. 1159 in MG. SS. XIX. 284. (Romae eam die 7. Octobris administratam esse, perperam tradit Chronica reg. Coloniens. 1161 in MG. SS. XVII. 773, ed. Waitz p. 105.

„ 28. Signiae — 14426 (9374) Patriarchis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, ducibus, marchionibus, comitibus et ceteris principibus et egregiae familiae imperiali, in sacratissima curia domini Friderici, serenissimi ac invictissimi Romanorum imperatoris, commorantibus mandat, rogent imperatorem, ut ecclesiae salutem curae sibi habeat. Nunciat, se sepulto Hadriano IV. canonice electum, et „prima dominica mensis Octobris" (4. Oct.) consecratum esse. Monet, caveant litteras „Rolandi, quondam cancellarii, per conspirationem et coniurationem contra ecclesiam Dei et imperium Wilhelmo Siculo astricti, qui", inquit „die XII. post electionem nostram (18. Sept.) se fecit intrudi". Ragewini Gesta Frid. L. IV. c. 50 in MG. SS. XX. 470 (Watterich II. 460). — „Quam et in quantum („Quantum honorem").

Oct. Nov. „ — 14427 (9375) Monasterium Althahense superius tuendum suscipit eiusque bona et iura confirmat, imposito fratribus unius aurei censu annuo, „quemadmodum ab Adelberto comite et Frederico advocato statutum sit". Mon. Boic. XII. 108; cf. Lang Regesta I. 236. — „Pie postulatio voluntatis".

Dec. 5. Vetrallae — 14428 (9376) Heinrici, abbatis Laureshamensis, erga se studium laudat, eique gratias agit de „sancto consilio, quod Fridericus, Romanorum imperator augustus, ad restaurandam ecclesiae unitatem et haeresim scismaticam resecandam eius aliorumque consilio dispensaverit". H(ermannum) Verdensem et D(anielem) Pragensem episcopos de suis rebus narraturos esse. Chron. Laureshan. in MG. SS. XXI. 445. — „Super devotione".

1160. *(Ind. 8. — 25. Sept. — 9, pont. a. 1. — 4. Oct. — 2.)*

Febr. 5-11. propc Papiam in ecclesia S. Salvatoris — hospitatur, dum in concilio Papiensi per dies septem de schismate agitur. Vide Epistolam concilii Papiensis in MG. Leg. II. 126, Ragewini Gest. Frid. l. IV. c. 70 in MG. SS. XX. 485. Cf. Vincentii Prag. Annal. 1161 in MG. SS. XVII. 679, Font. Rer. Austriac. I. v. 130: „extra castrum Victor in quodam claustro morabatur". (Incepit concilium die 5. m. Februarii, sic est enim in Henrici Berchtesgadensis, qui concilio interfuit, epistola ap. Ragewinum L. IV. c. 72 p. 488: „curia, quae in octavis epiphaniae (13. Ian.) Papiae fuerat indicta, usque in sextam feriam proximam ante caput ieiunii (5. Febr.) est dilata", et in Annal. Reichersperg. 1160 in MG. SS. XVII. 467: „in nonis Februarii curiae et colloquii initium habetur". Cf. Reuter I. 507 not. c. et sequentes, Hefele 2. ed. V. 583.

Febr. 12. Papiam — „prima sexta feria quadragesimae" deducitur, ubi „imperator ante ianuas ecclesiae eum suscepit et descendenti de equo strepam humiliter tenuit et apprehensum per manum usque ad altare conduxit et pedes eius est osculatus", Epist. concilii Papiensis l. l. p. 486. — Vincentii Prag. Annal. 1161 l. l.: „ad maius monasterium adducitur; imperator ei debitam exhibet reverentiam: deposita videlicet veste, equum eius albissimum ornatum usque ad gradus monasterii adducit, eique descendenti strepam tenet, deinde ... usque ad altare adducunt, et ibi, Victore iam papa supra cathedram suam residente, dominus imperator pedem eius salutat, munera offerunt, aliis principibus

1160. *(Ind. 8. — 25. Sept. — 9, pont. a. 1. — 4. Oct. — 2.)*

id ipsum facientibus". Annal. Reichersp. 1160 in MG. SS. XVII. 467: „Tertia itaque idus Februarii cet. . . ., et statim sequenti die, 2. id. Febr. ab ipso imperatore et episcopis suscipitur, et inthronizatur in monasterio S. Siri", quibus verbis auctor nihil aliud hoc loco significare voluit, quam quod Vincentius Prag. vocibus „in cathedra sua residere" expressit; cf. enim supra ad 7. Sept.

Febr. 13. Papiae „Proxima die sequenti, id est sabbato, habito **generali concilio** Rolandum olim cancellarium schismaticum et eius principales fautores accensis candelis anathematizat". Epist. concilii Papiensis l. l. Cf. etiam epistolam Henrici et Odonis cardinalium ap. Bouquet Rec. XV. 753.

„ 15. „ 14429 (9377) Castrum Winzenburgense ab H(ermanno), episcopo Hildesheimensi, eiusque successoribus alienari vetat. (Facsimile bullae apud) Walther Lex. dipl. tab. XI.; Orig. Guelf. III. 449. — „Sacrosancta Romana".

„ 15. „ 14430 Canonicis Magdeburgensibus usum dalmaticae, chirothecarum, saudaliorum confirmat, additque, ut mitris de cetero utantur. W(ichmanno) archiepiscopo eiusque successoribus „episcopatum de Pomerano" (i. e. Caminensem) subiicit. Geschichtsblätter f. Magdeburg IV. 300. Cf. Gesta archiep. Magd. in MG. SS. XIV. 445. — „Iustis petentium desideriis".

16. „ 14431 (9378) Alberto, episcopo Virdunensi, concedit, ut ecclesiam S. Michaelis absolvat interdicto. Transactionem inter monasterium S. Michaelis et ecclesiam S. Dionysii factam confirmat. Baluzii Misc. III. 8, Calmet Hist. de Lorr. II. Pr. p. 359. — „Iusta postulantium".

„ 17. „ 14432 (9379) B(runoni), abbati Rosenfeldensi, significat, se eius abbatiam ecclesiae Hamburgensi tribuisse. Lappenberg Hamb. Urk. I. 207. — „Venerabilis frater noster".

(„) „ 14433 (9380) Petente Hartwigo archiepiscopo, ecclesiae Hamburgensi asserit Aldenburgensem, Meklenburgensem, Raceburgensem episcopatus; praeterea abbatiam Rosenfeldensem, imposito archiepiscopis bisantum trium censu annuo. Abbatiam Rastedensem ab Hadriano IV. eidem ecclesiae iniuste sublatam restituit. Lappenberg Hamb. Urk. I. 206, Westphalen Mon. ined. II. 2036. — „Quociens illud a".

„ 19. „ 14434 Monasterii Ilsenburgensis possessiones et privilegia confirmat, petente Sigebodone abbate. Iacobs Urk. d. Kl. Ilsenb. I. 27. — „Ad hoc universalis".

„ 24. „ 14435 (9381) Ecclesiae Basileensis possessiones quasdam, petente Ortliebo episcopo, confirmat. Herrgott Geneal. Habsb. II. 182: „VI. kal. Mart.", Trouillat Mon. de Bâle I. 336: „XI. kal. Mart.". — „Quociens illud a".

„ 27. „ 14436 (9382) Heinrico, abbati Laureshamensi, per Christianum, praepositum Merseburgensem, (leg. archiepiscopum Moguntinum) mitram mittit rogatu Friderici imperatoris et Regenoldi, electi Coloniensis. Chron Laureshamense in MG. SS. XXI. 445. — „Sacrosancta Romana".

(„) „ 14437 *Arnoldo, archiepiscopo Moguntino, „vicem apostolici super omnem sui metropolitanatus diocesim legationemque" tribuit. Vita Arnoldi archiep. Mog. ap. Jaffé Bibl. III. 645.

Mart. 2. „ 14438 Monasterium Vallis S. Mariae eiusque bona tuenda suscipit ac confirmat, petente Duotelino abbate. Decimas de novalibus vel de nutrimentis animalium a fratribus exigi vetat. Pflugk-Harttung Acta I. 284. — „Quotiens illud a".

Iun. 24. Parmae 14439 (9407) Ludovico, regi Francorum, T. capellanum et Stephanum, nuncios suos, commendat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 582, Bouquet Rec. XVI. 24, Mansi XXI. 977. (Hoc anno epistolam scriptam esse, suspicatur Reuter I. 156 n. 6). — „De nobilitatis ac".

c. Aug.— (Papiae) Rudolfi, archiepiscopi Moguntini, post necatum Arnoldum electi „iutrusionem, intrudentes cum intruso, excommunicationis anathemate condempnat". Christiani Chron. Moguut. ap. Jaffé Bibl. III. 691. (Cf. etiam infra ad 20 Iun. 1161).

Sept. 13. „ 14440 (9383) Guillelmo domino Montispessulani scribit, Fridericum imperatorem de eo sibi spem ostendisse. Monet, ut „schismata reprimat". Magistrum Bandinum, subdiaconum suum, apostolicae sedis legatum, commendat. Gariel Ser. I. 202, Bouquet Rec. XV. 779 not. a. — „Ecclesiae catholicae neccessitas".

Nov. 10. „ 14441 Encyclica, quam infra damus num. 14443, manu saec. XVII. ex Chartulario ecclesiae Barcinonensis descripta legitur in bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 107 fol. 123^{b} cum hac clausula: „Dat. Papiae IIII. idus Novembris". (Hoc igitur exemplar in Hispaniam destinatum est). — „Schismaticorum sectas".

1160. *(Ind. 8. — 25. Sept. — 9, pont. a. 1. — 4. Oct. — 2.)*

Nov. 19. Papiae — 14442 (9384) Ecclesiae Hildesheimensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. In schedis societatis Mon. Germ.: „XIII. kal. Dec." cf. Neues Archiv VII. 107. (Orig. Guelf. III. 450: „XIII. kal. Oct.", Neues Archiv IV. 66: „VIII. kal. Oct.") — „Iustis petentium desideriis".

Dec. 3. „ — 14443 Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, praepositis, archidiaconis et aliis personis ecclesiasticis, ducibus, baronibus, comitibus et universis Christi fidelibus significat, ecclesiam Dei per Rolandum eiusque sequaces simonia et periuriis maculari, cancellariam merito nunc vocari „carcerariam", episcopatus, legationes et singulas dignitates „quasi iumenta vel pecora vendi". Narrat, illos vivente adhuc papa Adriano sese coniurasse et unum de coniuratis papam constituisse, foedere cum Sicilo (rege Willelmo I.) et Mediolanensibus facto; seque ipsum multoties ab eis et praecipue a Willelmo Papiensi quondam cardinali (tit. S. Petri ad vincula) ad coniurationem invitatum fuisse. „Propter eorum", inquit, „rapacitates et manifestissimas simonias ordo ecclesiasticus factus est in derisum et in proverbium omnium regionum. Composuerunt de eis cantilenam et diversa carmina plurimi stulti, qui in choreis et locis forensibus per Gallias et per Italiam decantant et sacerdotale officium factum est materia histrionum". Friderici, Romanorum „christianissimi imperatoris", studium erga Romanam ecclesiam laudat. Liverani Spicilegium Liberianum p. 763, Pflugk-Harttung Acta II. 378. — „Schismaticorum sectas".

„ 29. „ — 14444 (9385) Ecclesiam S. Vincentii Bergomatem tuendam suscipit, eiusque bona et iura confirmat, petente Adelardo archidiacono. Lupi C. D. Berg. II. 1179. — „Commisse nobis".

1161. *(Ind. 9. — 25. Sept. — 10, pont. a. 2. — 4. Oct. — 3.)*

Ian. 16. Taurini — 14445 (9405) „E(berhardo), Salzburgensi archiepiscopo, eiusque suffraganeis episcopis et dilectis filiis abbatibus, prepositis, decanis et aliis ecclesiarum prelatis per eundem archiepiscopatum constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Divinis humanisque rationibus consonum probatur et consentaneum, membrorum saluti caput sollicite providere et ad subiectionem et famulatum sui capitis membra concorditer convenire, nec ab eius institutis et regulis ullatenus deviare. Nulli siquidem catholicorum extat ambignum nullique debet esse incognitum, sacrosanctam Romanam et apostolicam ecclesiam ab ipso domino et salvatore nostro accepisse primatum. Unde merito cardo et caput omnium ecclesiarum ab ipso salvatore Iesu Christo est instituta, ut sicut cardine hostium regitur, ita eiusdem sancte sedis doctrina et auctoritate omnes ecclesiae Domino disponente regantur. Quae tales nimirum sibi statuit filios procreare, per quos veluti per columpnas immobiles possit in sue libertatis sublimitate atque vigore iugiter inconcussa servari et cum fluctus erroris et scismatis, diabolo consueta venena fundente, fortiter intumuerint, eorum vigilantia et industria valeant auxiliante domino reprimi et tranquillitas ecclesiae celerius reformari. Quanto autem errore et scismate predicta mater vestra per Rolandi symoniaci et invasoris suorumque complicium conspirationes et mendacia et periuria concuciatur et fatigetur, et quam manifestis symoniis, rapacitatibus et importunis exactionibus, quod dolentes dicimus, hactenus per eosdem fuerit deformata, vestrae discretioni non credimus esse occultum, cum iam rerum experientia celebriqne fama predicante, fere per universum orbem sit cognitum et divulgatum. De tanta igitur concussione et scissura ecclesiae plurimum dolentes et ad statum rectitudinis omnia reduci cupientes, communicato fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium multorum et religiosorum consilio, dominica, qua cantatur Vocem iocunditatis (21. Maii), generale concilium Cremone statuimus celebrandum. Ad quod venerabiles fratres nostros primates, archiepiscopos, abbates, prepositos, decanos, aliosque ecclesiarum prelatos de universo orbe dignum duximus convocandos, quorum consilio et auctoritate rete Petri exuberantia malorum aliquatenus scissum resarciatur et unitas ecclesiae domino cooperante consolidetur. Quocirca fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus, et in virtute obedientiae auctoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli firmiter precipimus, quatinus ad iam dictum concilium in prefixo termino, omni occasione postposita, veniatis, ut que corrigenda sunt corrigantur, statuenda statuantur, et quo tenenda fuerint, invocata spiritus sancti gratia, communi consensu teneantur et confirmentur. Quicunque enim tam venerando et sancto concilio se subtrahere presumpserit, illius se non esse

1161. *(Ind. 9. — 25. Sept. — 10, pont. a. 2. — 4. Oct. — 3.)*

membrum comprobabit, quam, sicut superius diximus, caput et magistram tocius ecclesiae redemptor et salvator noster instituit. Datum Taurini 17 Kalendas Februarii". Ex cod. S. Petri Salzburgensi saec. XII. Dedit Wattenbach. De tempore cf. Reuter I. 174. — „Divinis humanisque".

Mart. 18. Albae 14446 (9386) Monachis Einsidlensibus Vare praedium asserit. Tschudi Chron. Helv. I. 82. — „Iustis petentium desideriis".

Mai 11. Cremonae 14447 Monasterii Tuitiensis, rogatu Halberni abbatis, protectionem suscipit, possessiones cum decimis confirmat, fratribusque liberam abbatis eligendi facultatem dat. Pflugk-Harttung Acta I. 286. — „Quotiens ea quae".

„ 11. 14448 Monasterii Tuitiensis, rogatu Hartberni abbatis, protectionem suscipit, decimasque et iura quaedam confirmat. (Bullam falsam esse, contendit Pflugk-Harttung l. l.; cui assentire nequeo). Lacomblet Urkundenb. IV. 778, Pflugk-Harttung Acta I. 287. — „Quotiens ea quae".

„ 21. „ Concilium. Chronica regia Colon. in MG. SS. XVII. 773, ed. Waitz p. 106: „Similia (atque in concilio Papiensi a. 1160) acta sunt apud curiam et synodum, quam imperator Cremonae habuit in dominica, quae est ante ascensionem Domini"; cf. supra ep. 14445). Annal. Laubienses 1161 in MG. SS. VI. 24: „Victor mense Maio Cremonae cogit concilium, ad quod de toto imperio Romano personae confluunt; ipse etiam imperator praesens adest". Gest. abb. Trudon. Cont. Lib. III. c. 8 in MG. SS. X. 348 de hoc concilio perperam ad annum 1160 narrant: „Transalpini clerici, Germani videlicet, Francigenae et Anglici ac diversarum aderant provinciarum".

Iun. 3. 14449 *Wirico, abbati S. Trudonis, usum anuli et mitrae concedit „in vigilia pentecostes". Gest. abb. Trud. Cont. L. III. c. 8. in MG. SS. X. 348.

„ 4. „ „Sequenti die". Gest. abb. Trud. Cont. Lib. III. c. 8. l. l.

„ 9. „ 14450 Monasterii S. Trudonis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Wirico abbate. Piot Cartul. de S. Trond I. p. 97, (Gest. abb. Trud. Cont. L. III. c. 8 in MG. SS. X. 348). — „Quotiens ea que".

„ 9. „ 14451 Monasterii Epternacensis protectionem suscipit ac libertatem et possessiones confirmat, petente Friderico, Romanorum imperatore. Gerardo abbati eiusque successoribus usum mitrae, sandaliorum, dalmaticae et ius praedicandi concedit. Beyer M. U. I. 683. — „Pie postulatio voluntatis".

„ 17. Laudam pervenit „die sabbati, quae fuit septimodecimo die mensis Iunii". Ottonis Morenae Hist. in MG. SS. XVIII. 632.

„ 19. Laudae Concilii die primo Victor iterum papa sancitur. Ottonis Morenae Hist. p. 632: „festivitate SS. Gervasii et Protasii inceptum est concilium, quod a principio Papiae, deinde Cremonae fieri dispositum fuerat, postremum . . . . Laudae celebratum est". Annal. S. Petri Erphesfurd. 1161 in MG. SS. XVI. 22: „XIII. kal. Iul.".

„ 20. „ Concilii die altero „XII. kal. Iulii . . . . praesente imperatore Friderico, Rudolfum Moguntinum electum et Christianum superelectum utrosque ecclesiastica censura deposuit, et Cunradum, Ottonis Noricorum palatini comitis germanum, praefatae sedi inthronizavit". Chron. Sampetrinum 1161 in Geschichtsqu. d. Pr. Sachsen I. 32, cf. Ann. S. Petri Erphesf. 1161 in MG. SS. XVI. 22. (Iam hoc die Conradum a Victore investitum esse, non concordare cum epistola 14472, ad Christianum destinata, putat Reuter I. 582 not. c. Notetur vero oportet, in epistola laudata litteram C. non Christianum, sed Conradum supplendam esse).

„ 22. „ Concilii die supremo „festivitate S. Iacobi Alphaei excommunicantur Ubertus, Mediolanensis archiepiscopus, una cum consulibus Mediolani et omnes eorum consiliarii et (Hugo), episcopus Placentinus, et (Raimundus) Brixiensis, et Placentiae ac Brixiae consules, ac omnes illi, qui interfecerant (Arnoldum), archiepiscopum Moguntinum, et qui in eius morte consenserant; et (Gerardus) episcopus Bononiensis et . . . . . deponuntur irrecuperabiliter; episcopus vero (Iohannes) Patavinus, et episcopus ...., usque ad Kalendas Augusti termino eis dato, ab officio suspenduntur". Ottonis Morenae Hist. in MG. SS. XVIII. 632.

„ 26. „ 14452 Balduino, abbati Lesbornensi, et Guntero, praeposito Lippoldsbergensi, mandat, commoneant sub anathematis poena Lambertum clericum et laicum E. ac alios quosdam, ut presbytero Egrich infra 40 dies de illatis iniuriis satisfaciant. Stumpf Acta Magunt. p. 76. — „Lector (leg. Lator) presentium".

1161. *(Ind. 9. — 25. Sept. — 10, pont. a. 2. — 4. Oct. — 3.)*

Iul. 25. Laudae — 14453 (9387) Episcopis Trevirensis ecclesiae suffraganeis, et abbatibus, praepositis, archidiaconis, decanis et universo clero infra Trevirensem provinciam constituto nunciat, Hillinum archiepiscopum legatum apostolicae sedis per universam Trevirensem provinciam proditum esse. Günther Cod. dipl. Rh. Mos. I. 368, Beyer M. U. I. 684. — „Ad matrem et caput".

„ 25. „ — 14454 (9388) Hillini, archiepiscopi Trevirensis, privilegia et bona confirmat. Beyer M. U. I. 685. — „In eminenti sedis".

„ 25. „ — 14455 (9389) Hillino, archiepiscopo Trevirensi, eiusque ecclesiae asserit castrum de Nassov, a capitulo Wormatiensi pro mansis 19 in villa Parthenheim traditum. Günther Cod. dipl. Rhen. Mos. I. 366, Beyer M. U. I. 687. — „Que a personis".

„ 25. — 14456 (9390) Hillino, archiepiscopo Trevirensi, abbatiam S. Maximini asserit, pacemque conciliatam inter praedecessorem eius et Henricum comitem Namurcensem confirmat. Würdtwein Nova subs. dipl. IX. 204, Beyer M. U. I. 686. — „In eminenti sedis".

c.Sept.29. ap. Regium — Vide Epist. B(urchardi notarii) Coloniensis ap. Sudendorf Registrum II. 134: „festo b. Michaelis .... neglecto".

c. 1161.

14457 *Radulpho (abbati?), Waldemari Danorum regis „scribae" et legato, „in re divina agenda anuli usum indulget". Saxonis Grammatici Gesta Danorum ed. Müller p. 774, ed. Holder p. 533.

Bernhardum (diaconum cardinalem SS. Sergii et Bacchi) in Daniam legatum mittit. Saxonis Grammatici Gesta Danorum ed. Müller p. 775, ed. Holder p. 534.

1162. *(Ind. 10. — 20. Sept. — 11, , pont. a. 3. — 4. Oct. — 4.)*

Ian. 15. Cremonae — 14458 (9391) Abbatissae Verga-villensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat. (Bulla haec Victori III. perperam ascribitur). Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 483. — „Novit apostolicae sedis".

Febr 11. „ — 14459 (9392) L(udovico), Francorum regi, iam pluribus litteris ad suscipiendam causam suam invitato, haec scribit: „dedisses iam diu, sicut vere putamus, precibus nostris effectum, nisi pravi homines tuam rectissimam animam a sanctis consiliis avertissent". St., legatum suum, commendat, qui quae promiserit, ea se facturum „et pro antiqua dilectione et pro consunguinitate, quae per dilectissimam sibi uxorem eius inter sese nuper contracta feliciter existat". Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 583, Bouquet Rec. XVI. 25, Mansi XXI. 977, (Würdtwein Nova subs. dipl. IX. 48). — „Deus omnipotens, qui" („De negotio ecclesiae").

Mart. „ — Vide epist. Eberhardi archiep. Salzburg. ap. Tengnagel Vet. mon. p. 406.

Apr. 5. „ — 14460 (9393) Compositionem inter Erphonem, abbatem S. Petri Neovillarensis, et Philippum, dispensatorem ecclesiae S. Adelphi, factam confirmat. Würdtwein Nova subs. dipl. IX. 374, Schoepflin Als. dipl. I. 250. — „Officii nostri decet".

„ 23. „ — 14461 (9394) G(eroni), episcopo Halberstadensi, concedit, ut canonici eius dalmaticis induti sacra procurent, abbatesque T(ietherus) Ilsenburgensis et R(udolfus) Wimodeburgensis mitris utantur. Pflugk-Harttung Acta I. 288, Schmidt Urk. des Hochst. Halberst. I. 224. — „Novit apostolicae sedis".

„ 25. „ — 14462 (9395) Monachis Vlierbacensibus praecipit, ut „infra XXX. dies" abbatem sibi praeficiant. (Videtur pro: „VII. Maii" legendum esse: „VII. kal. Mai.") Miraei Opp. dipl. II. 829. — „Ad apostolicae sedis".

(„) — 14463 (9396) Abbati Affligemensi significat, se fratres Vlierbacenses „ab omni, quem ad eum habuerint, respectu absolvere, ut ovile", inquit „quod vestra cum ovibus dispersit rapacitas, alterius pro eorum libertate pastoris infra XL. dies electi reparet et conservet pietas". Miraei Opp. dipl. II. 828. — „Ratio vestrae religionis".

Iun. 16. „ — 14464 (9397) Parthenonis Ersteinensis protectionem suscipit. Würdtwein Nova subs. dipl. IX. 378. — „Novit apostolicae sedis".

„ 30. „ — 14465 *Conrado, abbati Corbeiensi, eiusque successoribus monasterium Werbense subiicit, ea lege, ut „duos aureos inde singulis annis sibi suisque successoribus persolvant". Wilmans Additamenta p. 46. n. 50. — („Sacrosancta Romana").

1162. *(Ind. 10. — 25. Sept. — 11, pont. a. 3 — 4. Oct. — 4.)*

14466 Conrado, abbati Corbeiensi, usum sandaliorum, dalmaticae, mitrae et anuli, aliaque privilegia concedit. Monasterii tutelam suscipit ac possessiones confirmat. Wilmans Additamenta p. 47. — „Et iustitie ratio".

Iul. 4. Cremonae 14467 (9398) Clero episcopatus Halberstadensis significat, se Geroni episcopo et eius successoribus crucis palliique usum asseruisse, eique „vices suas ac plenam potestatem commisisse super suspendendis seu absolvendis praepositis et decanis, qui ad concilium vocati venire contempserint". Pflugk-Harttung Acta I. 289, Schmidt Urk. d. Hochst. Halb. I. 226. — „Ad sedem pietatis".

13. Bononiae 14468 (9399) Abbati Hersfeldensi usum infulae, dalmaticae, sandaliorum, annuli concedit. Wenck Hess. Landesg. III. Urk. p. 76. — „Officii nostri nos".

„ 17. Parmae 14469 Herleboldo, abbati Stabulensi, concedit, ut quibusdam diebus festis utatur anulo, mitra, dalmatica, sandaliis, utque in ecclesia sermonem ad populum faciat. Neues Archiv II. 215, Pflugk-Harttung Acta I. 289, (Mém. de l'acad. roy. de Belgique XXI., Notice de Stavelot par Gachard p. 14). — „Consuevit apostolice".

Aug. 29. ap. Laonam super pontis medium fluvii Saonae a Friderico imperatore „in decollatione S. Iohannis baptistae" nocte deducitur. Cf. Chron. reg. Colon. 1162 in MG. SS. XVII. 777, ed. Waitz p. 112, Gesta abb. Trud. Cont. libr. III. c. 8 in MG. SS. X. 348, Hugonis Pictav. Hist. Vizel. ap. D'Achery II. 540, in MG. SS. XXVI. 146. (Laona, hodie St. Jean de Laone, sita est in loco, ubi flumen Ouche incidit in Saonam. De scriptorum relationibus, de die locoque uberrime disseruit Reuter I. 527 not. d.).

Sept. 7. ap. Laona (Laonam) 14470 (9400) Monasterium Fultenbacense tuendum suscipit. Khamm Hier. Aug. V. (Pars III. Reg.) 286. — „Iustis petentium desideriis".

„ 7. ap. Leonam Concilium. Chronica regia Colon. 1162 in MG. SS. XVII. 777, ed. Waitz p. 112: „Generali synodo indicta . . . . . Fridericius imperator et Waldemarus rex Danorum cum tota illa frequentia pontificum et principum Victorem universalem papam nominant, et Alexandrum cum suis sequacibus scismaticos iudicant". — Saxonis Grammatici Gesta Danor. ed. Müller p. 781, ed. Holder p. 538: „Octavianus, vocato concilio, quam iustis suffragiis in adipiscendo sacerdotio usus fuerit, loquacius quam verius astruit; Rodlandum vero honorem, quem oblatum repudiasset, vetitum occupasse; seque causam suam generali pontificum cognitioni inspiciendam praebente, illum impietatis conscientia canonicae discretionis iudicium formidare. Praeterea, ad conciliandos sibi pontificum animos, eorum dignitatem benignis decretorum sanctionibus adornat: „„haud prius Romanam ad sedem provocandum, constituens, quam si lis ipsorum pronunciatione finiri non possit"". Finiente eo Caesar: „„provinciarum reges huius controversiae finiendae gratia ad colloquium a se invitatos"" dicit, „„eorum sententiae repugnare nefas ducturo; quos ideo non adesse, quod in Romani imperatoris iniuriam Romae pontificem creare cupiant, alienae civitatis ius suis suffragiis administrare conantes"". Post haec Regnaldus, Coloniae urbis antistes, religionis causam dicere adorsus, quanto iniuriae pondere Romani imperatoris aequitatem provincialium regum temeritas attentaret, argumentando demonstrare pergit: „„Nam si controversiam in eorum civitatibus de pontificatu ortam Caesar suis suffragiis finire vellet, haud dubie id gravium iniuriarum loco ducerent, cum ipsi simile in urbe Roma perpetrare conentur"". Quam assertionem tam valido rationis praesidio subnixam putavit, ut nunc Latialiter, nunc Gallice Germaniceque fando, ternis actionem vocibus iteraret . . . Assensis itaque pontificibus, cum Octavianus . . . accensis luminibus adversum Alexandrum eiusque suffragatores solenni execratione usurus videretur, Waldemarus, hortante Absalone (episcopo Roschildensi), ne sacrilego eius facinori interesset, concione excessit". Concilium hoc non die 29. Aug., in quem indicta erat teste Chron. reg. Col. l. l., sed die 7. et 8. m. Augusti celebratum esse probat Router I. 529; De fide relationis apud Saxonem Gramm. cf. ibid. p. 530 not. b., Prutz Friedrich I. Bd. I. 424, Hefele 2 ed. V. 605.

„ 8. ap. Laonam Livonem, electum Othoniensem, consecrat „die postero". Saxo Grammaticus ed. Müller p. 784, ed. Holder p. 539.

11. Bisuntii 14471 (9401) Ecclesiae Bonnensis iura ac possessiones confirmat, petente Gerardo praeposito. Günther Cod. dipl. Rh. Mos. I. 371. — „Ut devotis et humilibus".

„ 11. „ 14472 (9402) C(onradum), electum Moguntinum, hortatur, ne monasterium Werbense, C(onrado) abbati Corbeiensi a sese traditum, iniuriis affici a Bobbone comite patiatur.

1162. *(Ind. 10. — 25. Sept. — 11, pont. a. 3. — 4. Oct. — 4.)*

Martene et Dur. Vet. Script. I. 865, Wigand Archiv III. H. 4, Wilmans Additamenta p. 46, Jaffé Bibl. I. 603. — Praedecessorum nostrorum".

Sept. 11. Bisuntii — 14473 Monasterii S. Mariae Romersdorfensis tutelam suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Rodulfo abbate. Beyer M. U. I. 692, Wegeler Die Praemonstr.-Abt. Rommersdorf, Append. p. 3. — „Quociens ea petuntur".

„ 26. ap. Faverniacum — 14474 Monasterium S. Petri Balmense tuendum suscipit et „ab omni obedientia et subiectione Cluniacensis ecclesiae absolvit". Possessiones eius confirmat, petente Hugone abbate. Monnier Recherches hist. sur Beaume-les-Messieurs, ms. sacc. XIX., nouv. acquis. franç. 1039, Copia s. XVIII. in Coll. Moreau t. 71. f. 105, in bibl. nat. Paris. — „Officii nostri nos".

Oct. 8. Tulli — 14475 (9403) Monasterii Bonifagetensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Asselino abbate. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 309. — „Desiderium, quod ad".

„ 27. Metis — 14476 Agnete, abbatissa S. Glodesindis Metensis, petente praeposituram S. Theobaldi tuendam suscipit eiusque possessiones ac sororum S. Glodesindis in praeposituram iura confirmat. Hist. de Metz III. Preuves p. 128. (In Gall. Chr. XIII. 930 bulla data legitur „XVI. kal. Nov." i. e. 17. Oct.). — „Ad hoc, auctore domino".

Nov. 1. Treveris — Synodum „in festo omnium sanctorum cum multis episcopis et religiosis personis celebrat". Annal. Palidenses 1162 in MG. SS. XVI. 92. Quo in concilio „cum episcopis Teutonicis et Italicis sibi adhaerentibus Rolandum et eius sequaces anathematizat". Sigeb. cont. Aquicinct. 1162 ibidem VI. 409.

„ 4. „ — 14477 (9404) Universas ecclesias per Babenbergensem episcopatum constitutas hortatur, ut sibi aere alieno laboranti „factis collationibus" subveniant. Jaffé Bibl. V. 533. — „Mater et caput".

1160—1163.

Apr. 1. Vercellis — 14478 (9406) Arducio, episcopo Genevensi, significat, se A(medeo) comiti praecepisse, ut ablata ecclesiae Genevensi restitueret iniuriisque in eam abstineret. Spon Hist. de Gen. II. 22. — „Quoniam sedis apostolicae".

1161—1163.

Iun. 13. Cremonae — 14479 H(erberto) archiepiscopo et capitulo S. Iohannis Vesontionensi significat, sese ad eorum petitionem P(etro) abbati S. Vincentii usum mitrae et anuli concessisse. Gall. Christ. XV. Instr. p. 40. — „Consuevit apostolicae sedis".

1163. *(Ind. 11. — 25. Sept. — 12, pont. a. 4. — 4. Oct. — 5.)*

Cremonam — se confert post disturbatum colloquium Vesontionense (rectius: Laonense), ut tradit Acerbus Morena in MG. SS. XVIII. 640.

Cremonae — 14480 Monasterii S. Martini Glandariensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Folmaro abbate. (Notae temporis hae sunt: „Ind. 11, inc. a. 1163, p. a. 4". Testium nomina male descripta sunt, de fide vero bullae non est dubitandum). In bibl. nat. Paris. Cartul. S. Mart. s. XIV. ms. lat. 10030. f. 2, Coll. Moreau 72. f. 51. — „Apostolicae sedis consuetudo".

Nov. 2. Laudam — venit „die sabbati, quae fuit secunda dies mensis Novembris". Acerbi Morenae Contin. in MG. SS. XVIII. 642.

„ 4. Laudae — „proximo die lunae apostolicus et imperator et (Udalricus) patriarcha Aquileiensis et (Hugo) abbas Cluniacensis cum aliis quibusdam episcopis et archiepiscopis extra ecclesiam maiorem de Laude-veteri corpus b. Bassiani suis humeris portant; et ab aliis deinde ad Novum-Laude transvehitur". Acerbi Morenae Cont. in MG. SS. XVIII. 642.

(Paviae hoc anno mense Novembri aut Decembri Victorem a Conrado archiepiscopo Moguntino receptum esse, ex Helmoldi Chron. Slav. L. I. c. 90 contendit Böhmer-Will Reg. arch. Mog. II. 5. n. 29; Helmoldi vero verba non huc pertinere, sed ad annum 1160, iam recte annotavit Lappenberg in MG. SS. XXI. 82.

1159—1164.

14481 Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, praepositis et omni clero, ducibus, marchionibus, comitibus, egregiae ac strenuissimae militiae et universo populo in regno Teutonico constituto scribit, et ecclesiae et imperii negotiis prospicere et malorum pravi-

1159—1164.

tatibus obviare, suum munus esse. „Duo sunt“ inquit „principalia, quibus status hominum noscitur esse regendus, auctoritas Romani pontificis et potestas imperialis; horum usque adeo consona videntur officia, et principatus mutua societate coniunctus, ut alter alterius onera sustineat et in eodem simul habeant potestatem“. (Fragmentum). Neues Archiv VI. 449. — „Necessaria rerum dispositione“.

14482 *Henrico (II.) episcopo Leodiensi impetrante, pacem (Dei) ab Henrico I. episcopo Leodiensi institutam confirmat. Vide Aegidii Aureaevall. Gesta epp. Leod. c. 30 in MG. SS. XXV. 105.

1164. *(Ind. 12, pont. a. 5.)*

Apr. 12. Lucae „Veniens Luccam egrotare cepit, novemque diebus agonizans (Apr. 12—20) ad extrema perductus est“. Annal. Palid. in MG. SS. XVI. 91.

„ 13. „ 14483 Huberto abbati et fratribus Tongerloensibus asserit ecclesiam de Dyst, ab Elewidi illustri femina eiusque filiis per manum Henrici episcopi Leodensis collatam. Alias quasdam possessiones confirmat. Messager des sciences hist. de Belg. 1859. p. 32, ubi perperam bulla Victori II. tribuitur. — „Et apostolice sedis“.

(„) (..) 14484 Huberto abbati et fratribus S. Mariae Tongerloensibus concedit, „ut ipsius loci advocatiam nullus usurpet, sed dux Lotharingiae, qui pro tempore fuerit, sicut a . b. m. Conrado, quondam Romanorum rege, rationabiliter statutum sit, absque aliqua exactione eis et rebus eorum patrocinium praebeat“. (Fragmentum). Dynter Chron. des ducs de Brabant II. 88.

„ 20. „ Moritur. Marangonis Chron. Pisanum 1165 in Archivio storico VI. II. 35, in MG. SS. XIX. 250: „XII. kal. Maii“. Acerbi Morenae Cont. in MG. SS. XVIII. 643: ..die lunae, quae fuit (adde: vigesima) dies mensis Aprilis“. Eum „quarta feria post octavas paschae“ (22. April.) obiisse, perperam tradit nuncius in Epist. S. Thomae ed. Lupus L. I. ep. 7. p. 15, ed. Giles II. 241, quem sequitur Gervasius in chron. 1164 ap. Twysden H. A. SS. I. 1389. ed. Stubbs. I. 182; in errore item versatur auctor Annal. Casinens. 1164 in MG. SS. XIX. 312, ubi Victor dicitur die 14. Apr. mortuus esse.

PASCHALIS III. (GUIDO CREMENSIS) antipapa. 1164—1168.

Paschalis III. hac sententia usus est: „Adiutor meus esto domine, ne derelinquas me“. 14491.

Paschalis bullis subscripserunt:

ep. Albanensis	Iohannes	14488, 14490, 14491, 14492, 14495
„ Praenestinus	Vivianus	14495
„ Tusculanus	Martinus	14490, 14491, 14492, 14495
presb. card. tit. S. Chrysogoni	Albertus	14488, 14490, 14491, 14492, 14495
„ „ „ S. Clementis	Opizo	14490, 14491, 14492,
„ „ „ S. Pastoris	Iohannes	14488, 14490, 14491, 14492, 14495
„ „ „ S. Susannae	Unfredus	14488, 14490, 14491, 14492, 14495
diac. card. S. Angeli	Landus	14488, 14490, 14491, 14492, 14495
„ „ S. Mariae in Aquiro	Gerardus	14488, 14491, 14492
„ „ S. Mariae novae	Lanfredus	14488, 14490, 14491, 14492
„ „ S. R. E.	Iohannes de Scutcula	14495
„ „ S. R. E.	Otto	14495
„ „ S. R. E.	Wido	14495
„ „ S. R. E.	Stephanus	14495

Datae bullae sunt p. m.

Iohannis S. R. E. presb. card. et cancellarii 14488, 14490, 14491, 14492

Ricardi civitatis Castellanae episcopi 14495.

1164. *(Ind. 12, pont. a. 1.)*

Apr. 22. Lucae Eligitur a Rainaldo, archiepiscopo Coloniensi, et Victoris IV. cardinalibus. Chronica regia Colon. 1164 in MG. SS. XVII. 778, ed. Waitz p. 115: „Wido successit Cre-

1164. *(Ind. 12, pont. a. 1.)*

mensis episcopus 10. kal. Maii". Marangonis Chron. Pisanum 1165 in Archivio stor. Ital. VI. II. 35, in MG. SS. XIX. 250: „Hoc (Victoris obitum) audiente (archi)cancellario (Reinaldo) Lucam ivit festinanter, et cum cardinalibus ipsius Victoris secundo die elegit Guidonem in papam". In Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 111, ed. Giles II. 264 Fridericus imperator postea Reinaldo dixisse haec verba fertur: „tu ... novum mihi pontificem elegisti". Cf. Acerbi Morenae Cont. in MG. SS. XVIII. 643.

Apr. 26. Lucae — Consecratur. Chronica regia Colon. 1164 l. l.: „Ab Henrico, Leodiensi episcopo, ordinatus est 6. kal. Maii". Annal. Reichersperg. 1164 in MG. SS. XVII. 470: „Hunc consecravit Leodicensis episcopus sine cardinalibus". Cf. Aegidii Aureaevall. Gest. epp. Leod. L. III. c. 30 in MG. SS. XXV. 104.

Mai. 3. „ — 14485 Archiepiscopos, episcopos, abbates, praepositos et universos ecclesiarum praelatos hortatur, ut xenodochii Hierosolymitani fratribus subveniant. De privilegiis eiusdem addit. Cop. vidimata tabulae Iohannis episcopi Camincnsis inserta in tabul. regio Berolinensi. — „Quam amabilis (deo) et".

Nov. 30. Pisas — perducitur a Christiano (archiepiscopo Moguntino), cancellario imperatoris, „die S. Andreae". Marangonis Chronicon Pisanum 1165 in Archivio storico VI. II. 38, MG. SS. XIX. 251. (Anno 1165 hoc factum esse, contendit Böhmer-Will Regesta archiep. Mog. II. 18 num. 3 propterea, ut opinor, quia die 1. Nov. 1164 diploma Friderici I., Stumpf n. 4035, recognovit; hoc diploma ab aliis falsum, ab alius genuinum iudicatur; sed quomodocumque fides tabulae se habet, notandum est, diplomata in absentia cancellarii nomine eius recognosci potuisse, ut recte animadverterunt Ficker Forsch. z. R. u. R. It. II. 139 n. 26 et Giesebrecht in Forsch. z. d. Gesch. XXI. 629. Marango praeterea haec ad annum 1165 calculi Pisani narrat, qui nobis est annus 1164).

1165. *(Ind. 13, pont. a. 1. — 26. Apr. — 2.)*

Cisternae Neronis — Sigeberti Contin. Aquic. in MG. SS. VI. 411: „Paschalis .... Cisternam Neronis, ubi Alexander papa fuerat consecratus, totam terrae coaequavit".

Sept. Oct. Viterbium — a Christiano cancellario deducitur. Marangonis Chron. Pisanum 1165 l. l. De tempore cf. Reuter II. 190.

Nov. Viterbii — dum Alexander III. Romam revenit. Annal. Reichersp. 1165 in MG. SS. XVII. 472.

1166. *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 2. — 26. Apr. — 3.)*

Apr. 13. Viterbii — 14486 (9408) Ludovicum, Francorum regem, „consanguineum suum", monet, ut „ad cor redeat, et tantis ecclesiae dei scandalis, quae per eum solum vigere dicantur, tandem finem imponat, ut imperialem animum" inquit „reformata pace ecclesiae, ad imperii et regni tui unitatem, et tui voluntatem citius possimus revocare". Duchesne H. Fr. SS. IV. 729, Bouquet Rec. XVI. 118, cf. Reuter II. 196. — „Praedecessoris nostri".

„ 13. „ — 14487 (9409) B. Veltr., nobilem virum, hortatur, ut „pravitati schismaticorum resistat, et animum regis aliorumque principum ad unitatem ecclesiasticae pacis revocet". Duchesne H. Fr. SS. IV. 728, Bouquet Rec. XVI. 118. — „Nobilitatem tuam tanto".

Nov. 18. „ — 14488 Inter Gregorium Hornbacensem abbatem et Anselmum de Ringelste agitatae de fundo Wazchiheim controversiae decisionem ab Illino, Trevcrorum archiepiscopo et apostol. sedis legato, factam confirmat. Pflugk-Harttung Acta II. 381. — „Iustum ac rationabile".

1167. *(Ind. 15, pont. a. 3. — 26. Apr. — 4.)*

Apr. 8. Viterbii? — Benincasae electo Pisano „sacerdotii dignitatem donat sabbato sancto". Marangonis Chron. Pisan. 1168 in Archivio storico VI. II. 47, in MG. SS. XIX. 256.

„ 10. „? — Benincasam archiepiscopum Pisanum consecrat „die lunae proximiori post pasca". Marangonis Chron. Pisan. 1168 l. l.

c. lun. „ — „Nuntios quamplures ad imperatorem (Fridericum) dirigit, ut quam citius possit, nulla dilatione habita Romam pergat, hostes debellet, et Rolandum cancellarium de Roma expellat, ac ipsum in Roma ponat, victoriamque de inimicis suis acquirat, ac omnes

1167. *(Ind. 15, pont. a. 3. — 26. Apr. — 4.)*

inimicos ipsius suae ditioni subiuget; insuper etiam dicens . . . . . messem iam nunc fore albam ad metendum, vineamque maturam esse ad vindemiandum". Acerbi Morenae Continuat. anonym. in MG. SS. XVIII. 653.

Iul. 22. Romam — pervenit. Marangonis chron. Pisan. 1168 l. l.: „Imperator Fridericus cum papa Pasquali venit Romam undecimo kal. Aug. apud ecclesiam S. Petri".

„ (22) Romae in ecel. S. Petri — Inthronizatur. Chron. regia Colon. 1167 in MG. SS. XVII. 781, ed. Waitz p. 118: „Papam Paschalem in sede b. Petri collocavit (imperator)". Cf. Marangonis chron. Pisan. 1168 verba citata.

„ 30. „ — „sequenti die dominico (post d. 24. Iulii) missam celebrat et in capite imperatoris circulum aureum imponit", Acerbi Morenae Contin. anonym. p. 654. „Papam Paschalem in sede b. Petri collocavit (imperator), ubi etiam idem papa III. kal. Augusti, dominica ante Vincula S. Petri, 15 electos, alios in patriarchas, alios in archiepiscopos, nonnullos in episcopos ordinavit", Chronica regia Colon. 1167 in MG. SS. XVII. 781, ed. Waitz p. 118.

„ 31. Romae apud S. Petrum — 14489 (9410) Petentibus canonicis ecclesiae Argentoratensis, edictum Friderici imperatoris confirmat, „ut tributarii ecclesiae statutis temporibus iura iis persolvant, et si contumaciter ea usque ad festum S. Andreae retinere praesumpserint et satisfacere neglexerint, a iure proprio cadant, et si proterve adhuc retinuerint, anathematis gladio feriantur". Würdtwein Nova subs. dipl. X. 25, Wiegand Urk. v. Strassburg I. 95. — „Immobili debet".

Aug. 1. Romae in ecclesia b. Petri — „Sequenti Martis die, in quo fuit tunc festivitas S. Petri ad vincula, quae fuit in kalendis Augusti, Fridericum imperatorem et Beatricem eius coniugem ex coronis auro purissimis ac multis pretiosissimis gemmis decoratis coronat", Acerbi Morenae Contin. anonym. p. 654. „In festo b. Petri dominam Beatricem uxorem caesaris in imperatricem consecravit", Chronica regia Colon. max. 1167 l. l. Cf. Marangonis Chron. Pisan. 1168 l. l.

„ 6. Romae ap. S. Petrum — 14490 Ludovico, episcopo Basilcensi, decumarum episcopatus partem quartam asserit, ita tamen, ut eae singulis annis in singulis ecclesiis, non autem quarto quoque anno „in integrum" recipiantur. Trouillat Mon. de Bâle I. 344. — „Oportet nos pro".

„ 6. „ — 14491 Monasterii Stabulensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Herlebaldo abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 290, (Mémoires de l'acad. roy. de Belgique XXI. Notice de Stavelot p. 15). — „Piae postulatio voluntatis".

„ 6. „ — 14492 Herlebaldo, abbati Stabulensi, eiusque successoribus usum anuli, mitrae, dalmaticae, sandaliorum, sermonemque in ecclesia sua ad populum faciendi ius asserit. Alexandri, episcopi Leodiensis, donationem confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 293, (Mémoires de l'acad. roy. de Belgique XXI. Notice de Stavelot p. 15). — „Consuevit apostolicae sedis".

„ Viterbii — relinquitur a Friderico imperatore. Acerbi Morenae contin. anonym. p. 656.

14493 *Hermannum, abbatem Fuldensem, a sese consecratum privilegiis ornat; inter alia concedit, ut „minores ordines episcopali auctoritate conferat". (Verba: „minores .... conferat" non sunt a suspicione libera). Vide Brower Fuld. Antiquit. p. 300, Monasteriorum Germ. Centuria I. p. 61. Cf. Pflugk-Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 508.

1164—1168.

14494 *Christiano, christianissimo sedis apostolicae legato, imperialis aulae cancellario et Romae ecclesiae filio fidelissimo, salutem et apostolicam benedictionem". Huius formae epistolae Christiano directae memorantur in nota marginali Gestorum archiepp. Magdeb. Contin. in MG. SS. XIV. 417.

1168. *(Ind. 1, pont. a. 4. — 26. Apr. — 5.)*

Febr. 26. Romae ap. S. Petrum — 14495 (9411) Episcopatum Cameracensem, ab obedientia archiepiscopi Remensis, Alexandri III. partibus faventis, solutum, Philippo, archiepiscopo Coloniensi, subiicit. Lacomblet Urk. I. 300, Pflugk-Harttung Acta I. 294. Cf. ea, quae annotat Papst ap. Hirsch Jahrb. Heinrich II. T. II. 62 n. 3. — „Sedes apostolica".

Aug. Sept. In turre — Stephani Theobaldi. Vide Iohannis Sarisberiensis epist., Opp. ed. Giles II. 165, Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 476.

1168. *(Ind. 1, pont. a. 4. — 26. Apr. — 5.)*

Sept. 20. Romae ap. S. Petrum — Moritur „mense Septembris die 20“, Annal. Ceccanenses 1168 in MG. SS. XIX. 286 (Chron. reg. Colon. in MG. SS. XVII. 782, ed. Waitz p. 120: „XVIII. kal. Oct.“ i. e. 14. Sept.). „Cum apud b. Petri ecclesiam incubaret“, Bosonis card. Vita Alexandri III. ap. Watterich II. 411.

CALIXTUS III. (IOHANNES DE STRUMA) antipapa. 1168—1178.

Calixti sententia haec est: „Conserva me domine, quoniam speravi in te“. 14503, 14504.

Eius bullis subscripserunt:

ep. Papiensis	Syrus	14504	
„ Praenestinus	Vivianus	14503.	14504
„ Sabinensis	Iohannes	14503.	14504
presb. card. tit. S. Chrysogon.	Albertus	14503.	14504
„ „ „ SS. Laurentii in Damaso	Otto	14503.	14504
„ „ „ Pastoris	Iohannes	14503	
„ „ „ SS. Silvestri et Martini tit. Equitii	Stephanus	14503.	14504
„ „ „ S. Susannae	Unfredus	14503	
„ „ „ S. Stephani in Coelio monte	Gero	14503	
diac. card. S. Angeli	Landus	14503	
„ „ S. Eustachii	Stephanus	14503.	14504
„ „ S. Mariae in Aquiro	Gerardus	14503.	14504
„ „ S. Mariae in Monasterio	Nicholaus	14503.	14504
„ „ S. Mariae in portico	Wifredus	14503.	14504
„ „ S. Mariae novae	Ughicio	14503.	14504
„ „ SS. Sergii et Bacchi	Willelmus	14503.	14504

Datae bullae eius sunt p. m.

Martini Tusculani episcopi et S. R. E. cancellarii 14503

Stephani Parisiensis, domini Martini Tusculani episcopi et S. R. E. cancellarii vicem gerentis 14498

Sixti, domini Martini Tusculani episcopi et S. R. E. cancellarii vicem gerentis 14504.

1168. *(Ind. 2, pont. a. 1.)*

c. Sept. — Romae — Eligitur. Append. ad Ragewini Gesta Frid. imp. 1168 in MG. SS. XX. 493: „a Romanis praeter Centios Iohannes Albanensis abbas eligitur et Calixtus III. nuncupatur“. Annal. Ceccanenses 1168 in MG. SS. XIX. 286: „pars eius (Paschalis III.) elegit electum de Albanis in papam Calixtum“. Cf. Bosonis card. Vita Alexandri III. ap. Watterich II. 411, Annal. Colonienses max. 1168 in MG. SS. XVII. 782, ed. Waitz p. 120, Chron. de Mailros ap. Fell R. A. SS. p. 170, ed. Stevenson p. 81.

1169.

Mart. 16. Faventiae — 14496 B(runonem) praepositum, H(ugonem) decanum maioris ecclesiae Coloniensis et T(heodericum) abbatem Campensem constituit iudices inter (Irmentrudem) abbatissam Dithkirchensem et parochianos de Schteme (Sechtem) super presbytero in ecclesia eiusdem villae instituendo litigantes. Pflugk-Harttung Acta I. 295. — „Pervenit ad audientiam“.

1170. *(Ind. 3. — Sept. — 4, pont. a. 2. — Sept. — 3.)*

Mart. 6. Viterbii — 14497 Decimas monasterio S. Trudperti ab Immone et Wolfvino et Wolfrobo concessas et ab O(ttone) episcopo Constantiensi firmatas corroborat. Zeitsch. f. d. Gesch. d. Oberrheins XXX. 82. — „Ex iniuncto nobis“.

Aug. 29. „ — 14498 (9412) Cellae S. Fidis Slettstadensis, monasterio Conchensi subiectae, protectionem suscipit, et possessiones confirmat, petente Nybelone praeposito. Würdtwein Nova subs. dipl. X. 31. — „Sanctorum patrum sanctionibus“.

1170. *(Ind. 3. — Sept. — 4, pont. a. 2. — Sept. — 3.)*

Sept. — 14499 *Monasterio S. Eugenii Senensi decimas quasdam asserit. Wiener Sitzungsber. XCIV. 678. (Quae de hac bulla annotat Pflugk-Harttung Iter p. 278 n. 654, non intellego).

1170?

Mai. 19. Viterbii 14500 Ir(mentrudi) abbatissae Dithkirchensi significat, se sententiam inter eam et parochianos de Setheme, a Brunone praeposito et Hugone decano maioris ecclesiae Coloniensis latam comprobare. Pflugk-Harttung Acta I. 295. — „Ea quae a viris".

Iul. 9. „ 14501 Ir(mentrudi) abbatissae Dithkirchensi alteras eiusdem argumenti litteras dat. Pflugk-Harttung Acta I. 296. — „Ea quae a dilectis".

1171. *(Ind. 4. — Sept. — 5, pont. a. 3. — Sept. — 4.)*

Iun. 1. Viterbii 14502 *Ecclesiam Constantiensem „cum omnibus possessionibus, praesentibus et futuris, et in specie cum monasterio b. Georgii in Petri domo cum omnibus ad ipsum pertinentibus" in tutelam sedis apostolicae recipit. Neugart Ep. Const. I. II. 146.

1172. *(Ind. 5. — Sept. — 6, pont. a. 4. — Sept. — 5.)*

Apr. 15. ap. Montem Altinum 14503 Erlebaldo, abbati Stabulensi, concedit, ut anulo, mitra, dalmatica, sandaliis utatur, utque in sua ecclesia sermonem ad populam faciat. Pflugk-Harttung Acta I. 296, ubi pro „ap. montem Alcinum" legendum „Altinum", hodie Montalto, et orbiculi sententia corrigenda est. (Regestum in Mém. de l'acad. royale de Belgique XXI., Notice de Stavelot par Gachard p. 15). — „Consuevit apostolicae sedis".

1173. *(Ind. 6. — Sept. — 7, pont. a. 5. — Sept. — 6.)*

Apr. 26. Fulginei 14504 (9413) Monasterii S. Blasii possessiones confirmat, petente Wernero abbate. Neugart C. D. Al. II. 103, Wirtemberg. Urkundenb. II. 172. — „Quia sedis apostolicae".

1169—1175.

Sept. 2. ap. sanctum Flavianum 14505 R(udolfo) episcopo, H(enrico) praeposito, archidiaconibus totique capitulo maioris ecclesiae Leodiensis litteras dirigit. Regestum in Neues Archiv IV. 624. — „Quod tamquam viri".

„ 20. „ 14506 (9414) Parthenonis Dithkirchensis disciplinam privilegiaque, a Reinaldo et Philippo archiepiscopis Coloniensibus constituta, probat. Günther Cod. dipl. Rh. Mosel. I. 424. — „Ratio pietatis".

1177—1178.

Viterbio discedit. Romoaldi Salern. Annal. 1178 in MG. SS. XIX. 459. Bosonis card. Vita Alexandri III. ap. Watterich II. 447. De tempore fugae cf. Reuter III. 761.

1178. *(Ind. 11, pont. a. 10.)*

in Albano Monte Romoaldi Salernit. Annal. p. 459, Bosonis card. vita Alex. p. 447.

Aug. 29. Tusculani „In decollatione b. Iohannis ad pedes domini Alexandri papae III. venit". Annal. Casinens. 1178 in MG. SS. XIX. 312, Romoaldi Salern. Annal. ibid. XIX. 460, Annal. Ceccanenses 1178 ibid. XIX. 286; Rad. de Diceto Im. Hist. ap. Twysden H. A. SS. I. 601, ed. Stubbs I. 426.